


BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
29
H
3

THEOD. HACKSPANI
THEOL. & PHILOL.
CELEB. LIBRI
DUO MISCELLA-
NEORUM CUM EIUSDEM
CABBALA

ALTDORPHI
Georgi

DILIGENTIA

DISTINCTIO







In

Viri Reverendi & Excellentissimi

Dn. THEODORICI Hackspan/ THEOLOGI ET PHILOSOPHI CLARISSIMI, Obitum.



QUos plures paritas ſtudiorum junxerat annos;
Hos triſtis fati ſegregat una dies.
Eſt Tibi parta quies, Hackspani! cœlica: corpus
Terra tegit: volitat fama per ora virum.
Delaſſat verò me ſolicitudo laborum:
Hinc opto patrii tecta quieta poli.
Una dies iterum nos junget in arce ſuperna.
O veniat nobis ocyùs illa dies!

Johan. Michael Dilherrus,
Paſt. & Prof. Publ.
Norimbergæ.



VIRIS

Plurimùm Reverendis, Præclarissimis nec non Excellentissimis,

DN. JOH. MICHAELI DILHERRO, Ædis Sebaldinæ Antistiti Primario, SS. Theol. & Phil. Prof. Publico, Gymnasii Directori & Bibliothecario gravissimo.

DN. DANIELI WüLFFERO, Ædis Laurentianæ Antistiti vigilantissimo, Log. & Metaph. Prof. Publico.

DN. LEONHARDO FRISCHIO, ad S. Ægidii Ecclesiastæ fidelissimo.

DN. JOHANNI FABRICIO, ad B. Virginis Ecclesiastæ pientissimo.

DN. MARTINO BEERIO, ad Spiritus Sancti Ecclesiastæ meritissimo, Hist. Prof. Publico.

DN. JUSTO JACOBO LEIBNITZIO, ad S. Jacobi Ecclesiastæ religiosissimo.

DNN. FAUTORIBUS atq; PATRONIS omni Honoris cultu prosequendis.

DOctorum Virorum ſcripta & lucubrationes ne ſupprimantur, ſed potius in publicum emittantur, & Pietas in defunctos, & Charitas érga proximum poſtulat. *Pietas in defunctos* poſtulat, ut, quæ à Viris Eruditis adinventa & multô labore excogitata ſunt, ſub Auctorum ſuorum nomine prodeant, tum ut laus debita, quæ unica ferè Literarum merces eſt, in veros Auctores redundet, tum ut iis, qui ἀλλοτρίοις πτεροῖς καλλωπίζονται, anſa eripiatur, quò minus ſcripta aliorum ἀνέκδοτα involare, & μάζαν ὑφ' ἑτέρων μεμαγμένην ſurripere queant. *Charitas erga proximum* idem etiam exigit. Quoniam enim Doctorum Virorum monimēta non poſſunt non eſſe plurimis utilia, iniquum prorſus atq; indignum foret, ſi, quæ publice & com-

 pluri-

pluribus prodeſſe poſſunt, Publico denegarentur. Hujus commatis cùm Beati THEODOR. HACKSPANII, Conjugis mei deſideratiſſimi, ſcripta eſſe, intellexerim, eſſentq́; non pauci, qui Editionem eorum avidè efflagitarẽt, omninò vota eorundem & deſideria fruſtrari nolui: quin ſtatim, cùm Typographus ſe offerret, typis excudẽdi ea poteſtatem feci, ne ingratâ dilatione expectantium cupiditatem protrahere͂, ne dicam, eluderem. Initium à *Miſcellaneis Sacris*, publicè aliquando prælectis, & quæ hactenus in paucorum manibus erant; σὺν Θεῷ factum eſt: quibus *Cabbalæ Judaicæ expoſitionem* adjungere placuit, cujꝰ cognitio iis, qui Rabbinorum פירושים vel Commẽtarios legere & evolvere geſtiunt, non exiguam utilitatẽ afferre poterit. Deinceps etiam, quæ Optimus Mari-

tus

tus meus in *varia S. Scripturæ Loca* longo tempore meditatus fuerat, in publicū edere animus eſt, præſertim cùm audiam, iſta non minus à multis Doctiſ. Viris deſiderari, quàm quæ hactēus publici jurisfacta ſunt. Quod ſi aliud quid præterea ex ejusdē ſcriptis in manus meas pervenerit, quod luce dignum erit, cum Orbe Literato communicare haud gravabor. Nunc ad Vos, *Viri plurimùm Reverendi, Clariſſimi atq; Excellentiſſimi*, ſermonem dirigo, &, cur Venerandis Veſtris Nominibus duos hoſce Tractatus inſcribere voluerim, paucis expono. Sciatis igitur, duo potiſſimùm eſſe, quæ animum meum ad hoc faciendum induxerint. *Unum* eſt, ſingularis Amor Veſter, quem Maritus meus, cùm viveret, non ſemel, ſed ſæpiùs prolixè expertus eſt: *alterum*, multa & inſignia

de *Corpore* ſepultura adfecto, id eſt, Cadavere acceperint, nihil dubitantes, hanc eſſe germanam loci verſionem: non relinques *Cadaver* meum in *ſepulcro*. Videantur *Theod. Beza* & (a.) *Druſius*. *Poſterior* ſenſum verborum *Geneſ. XLVI, 26.* concernit: כָּל־הַנֶּפֶשׁ הַבָּאָה לְיַעֲקֹב מִצְרַיְמָה יוֹצְאֵי יְרֵכוֹ שִׁשִּׁים וָשֵׁשׁ i. e. *omnes animæ, venientes cum Jacobo in Ægyptum, egreſſæ è femore ejus ſexaginta & ſex*. *Traducem* verba importare videbantur, cùm diſerta extet animarum mentio: hunc verò ſenſum ne admitterent *Creationis* Aſſertores, de Corpore animam ſunt interpretati, commentô, ut quibusdam placet, perridiculô, eâ nempè Synecdoche, quæ hactenus nefandò quidem audita fuerat, juxta quam pars prò parte ponatur. At enimverò quicquid tandem ſit de ipsâ controverſiâ, eâq; duplici, deſcenſu nempè ad inferos, & origine animæ rationalis, quam Theologorum partim, partim Philoſophorum ſibi vendicat cathedra: ego de Synecdoche illâ, *quæ Rhetoricam, Sacræ Philologiæ partem haud poſtremam*, ſpectat, mihi quid videatur, allatis priùs adverſariis perſpicuè oſtendam, pace omnium aliter ſentientium.

(a) lib. 2. miſcell. c. 2.

2. Ne-

II. Negativa itaq; est *Bellarmini*: *Usus* (inquit) *admittit Synecdochen, quâ ponimus partem pro toto & contra: non autem admittit partem pro parte*. Item D. T. T. *Si talem* (ait) *intelligit Synecdochen, ubi pars essentialis pro alterâ parte essentiali sibi contradistinctâ accipitur, errat* 1. Rhetoricè: *proferat enim è toto Rhetoricæ systemate præceptum, quod talem Synecdochen habeat & Phyllida solus habebit*. II. *Theologicè: evolvat enim integrū Pentateuchum, Prophetas majores cum minoribus. percurrat etiam, si placet N. T. exemplum tamen fictitiæ suæ Synecdoches vel unicum inveniet nunquam*. Dn. D. S.. *Synecdoche partis pro parte oppositâ non datur*. Noviter etiam Dn. D. D. *nos*, inquit, ἀποτίμως *negamus, tropum aliquem Synecdoches dari, qui partem pro parte ponat, usi ipso loquendi magistro, USU. Allegent enim probatum aliquem autorem, qui partem pro parte ponat synecdochicè, & vincant*.

l. 4. de anima Christi c. 12
Disp. de pro. pag. animæ.
contr. miscel Disp. XVI. §. 15.
Id. B. I. & M. C. p. 143.

III. *Augustinus* partem pro parte poni afferit, sed timidiusculè; adeoq; ne in Rhetorum præcepta impingeret, *eo locutionis modo id fieri*, perhibet, *quo significatur per id quod continetur, id quod continet*, de qua sententia meum Inferiùs afferam judiciū.

Epist. 157. ad optat.

l.2. misc. c.8. At *Joann. Drusius* masculè se Bellarmino opponit, affirmativam confirmans; eum *sequitur Schindlerus* passim in Lexico, præsertim in voce, נֶפֶשׁ, item *Wagnereckius*. in Tr. de Creat. anim. p. 115. Ego facio cum Drusio & Schindlero, quorum exempla antequam ab exceptionibus liberem, alia mihi observata adjungam.

IV. Principiò igitur probatum Autorem postulant, qui partem pro parte ponat, persuasi usum huic adsertioni reclamare. sànè quidē non est mihi decretum, omnia melioris notæ Scriptorum monumenta perreptare, maximè cùm lis è Scripturâ mota sit, & ad eam Adversarii provocarint. Comm ad l. 14 c. 4. Aug. de C. D. Vel unicum sufficiat, quod Nonius *Marcellus* apud Ludovic. Vivem adfert è *Virgilio*, idq; satis luculentum, Sic autem ille lib. II. Æneid.

Intereà socios, inhumataq; Corpora terræ
Mandemus, qui solus honos Acheronte sub imo est:
Ite, ait, egregias Animas, *quæ sanguine nobis*
Hanc patriam peperêre suo, decorate supremis
Muneribus -- -- --

Cœcus sit, qui non videat *Animas* & *Corpora* figurâ quâdam invicem commutari.

V. Scripturas verò si percurramus, passim manifesta ejus synecdoches videbimus

bimus exempla. *Lutherus*, si quisquam in Scripturis exponendis, earumq; phrasi explicandâ exercitatissimus, quî verba *Psal.* CV, 18. exponat, attendite! In fonte sic legitur: בַּרְזֶל בָּאָה נַפְשׁוֹ. Lutherus trãstulit: Sein leibe must in eisen liegen. Optimè. Nam juxta *Abenezram* est Ellipsis τῦ ב in voce בַּרְזֶל, ingressa est ferrum anima ejus. *Symmachus*, Græcus interpres, ait: *εἰς σίδηρον.* Confer Syrum etiam & Arabem. *Chaldæus* tamen per hypallagen explicat hoc modo: שֵׁיד דְּפַרְזֶל עָלַת בְּנַפְשֵׁהּ, *Catena ferri admota est animæ ejus*, qualis etiam occurrit, *Judic.* I, 8. *miserunt urbem in ignem*, pro: *ignem in urbem miserunt.* Cum Luthero faciunt *Pellicanus* Comm. h. l. *Schindlerus* in Lexico, *Vatablus* in Notis, *Drusius*, *Buxtorfius* in Lexico, in voce בַּרְזֶל, Viri quaquâversum Celeberrimi, & ad hasce literas excolendas nati.

Côm. h. l.

l. 2. miscell. c. 13.

6. Græcos postulatis? Ita verò illi: *Genes.* XXXVI, 6: אֶת־כָּל־נַפְשׁוֹת בֵּיתוֹ accepit Esau *omnes animas domus suæ.* Græci reddidêre: *πάντα τὰ σώματα τοῦ οἴκου αὐτοῦ*, Et *Esai.* LVIII. 5. *numquid elegi hoc jejunium, ut quis curvet* ראשׁו *Caput ejus?* Græci *τὸν τράχηλόν σου*. Hîc manifestè collum loco

 capi-

capitis ponitur; illud enim ſpeciali vocabulo dicitur צַוָּאר. *Pſal.* XXXV, *ult.& Pſal.* LXXI, 26. : לְשׁוֹנִי תֶּהְגֶּה צִדְקֶךָ, *lingua mea meditabitur juſtitiam tuam*, Græci: μελετήσει. *Eſai.* LIX, 3. לְשׁוֹנְכֶם אַוְלָה תֶהְגֶּה, μελετᾷ, reddidêre Græci. *Pſalm.* XXXVII, 30. פִּי צַדִּיק, *os juſti meditatur Sapientiam*, Græci, ϛόμα δικαίου μελετήσει σοφίαν. Ubi Syrus pro יֶהְגֶּה ponit רנא quod notat cogitationes in rem aliquã eſſe defixas. *Proverb.* IIX, 7. *veritatem* μελετήσει ὁ λάρυγξ μου. At linguæ, ori, palato, meditatio non convenit; quin & *Pſalm.* XXXVII, 31. פֶּה per לֵב, & καρδίαν exprimitur, reſolutâ locutione impropriâ in propriam. Confer Prov. XV, 30. c. XXIV, 2. Et quod Jobi, XXVII, 4. erat dictum: אִם לְשׁוֹנִי יֶהְגֶּה רְמִיָּה, *lingua mea ſi meditabitur dolum*; tranſtulêre LXX. ἡ ψυχή μου, vel *anima mea non meditabitur injuſta*. Et quod dixerat Propheta *Eſaias* XXXIII, 18. לִבְּךָ, *Cor tuum meditabitur terrorem*, illi verterunt: ἡ ψυχὴ &c. Nam & partes Corporis pro animâ, & contra accepêre. Hinc נֶפֶשׁ eſt καρδία, *Thren.* III, 21. *& Jerem.* LI, 34. βραχίων, brachium. Aliàs quoq; רֶגֶל eſt μηρὸς, i. femur, *Deut.* XXIIX, 57. יָד manus eſt χεῖλος, labium,

Proverb.

Proverb. XXXI,31. Quin & *Proverb.XIIX, 4.* דִּבְרֵי פִי־אִישׁ transfertur: λόγ@ ἐν καρδίᾳ ἀνδρὸς. Hæc certè Synecdochen postulant, sive partis essentialis pro parte essentiali; sive partis essentialis pro integrali, sive integralis pro integrali. Hos enim modos exempla postulant, quicquid alii reclament.

7. Porrò Chaldæus Interpres ejusmodi synecdochen suo confirmat calculo. Quippe *2. Samuel. XIII, 32.* verba עַל־פִּי *in ore Absolomi hoc erat positum*; transtulit: בְּלִבָּא דְאַבְשָׁלוֹם הֲוָת כְּמָנָא *in Corde Absolomi fuerunt insidiæ istæ*, ex eo tempore, quo afflixit Ammon Thamar sororem suam. Hinc rectissimè quoq; *Lutherus*: Absolon hatts beysich behalten / nempe in corde vel animô. Nec Rabbi *Abenezra* dubitavit eâ de re, qui in com. *Genes. XVII,14.* in phrasi, *exscindetur anima de populo ejus*, נֶפֶשׁ pro גוּף, i. animam pro corpore positam asserit. Quid? quod in N. T. indicia tropi hujus reperiantur. *Marc. III.4.* ubi Servator, nescio cujus, manum aridam curaturus, quærit: ἔξεστι τοῖς σάββασι ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀποκτεῖναι; certè quidem animam Sabbatho servare licitum esse, nec Pharisæi ne-

gabant, uti nec esse benefaciendum. Nam propter animæ curationem Sabbathum erat institutum. At medicinam adhibere ipso Sabbatho, adeòq; manum aridam pristino vigori restituere, id demum indignum homine Judæo censebant. *Anima* itaq; pro *corpore* oportet accipiatur, quod ipsum τὸ ἀποκτεῖναι evincit, quod animam haud quaquam respicit, asserente Salvatore nostro *Matth. X, 28.* Adde nunc Johann. de Pinedâ Comm. in Jobi 14. ult. item Riberam, Viegam, Corn. â lapide Comment. ad Apoc. 6,9. Hi per *animas clamantes ad* DEUM, atq; effusi sanguinis pœnam reposcentes Corpora Beat. Martyrum intelligunt, quæ eâ ratione in Cœlum clamare dicantur, quomodo sanguis Abel Hyperbolicè clamâsse legitur *Genes. IV, 10.*

8. Hæc mihi exempla Scripturarum & Commentatorum lectio hucusq; suppeditavit. Nunc quid *Drusius* observârit, & quàm rectè â nonnullis oppugnetur, accipite: I. affert locum è *Ps.* CII, *6.* à voce fletus mei adhæsit os meum לִבְשָׂרִי cuti meæ. Hîc verò *Vir Clarissimus* exclamat: *Quæ suada persuadebit, h. l. poni Carnem pro Cute?*

eute? Quasi sit absurdum, os adhærere ipsi Carni! Et quasi non immediatiùs ossa adhæreant Carni quàm cuti. Hæc ille. Præstabo, hunc Drusium oculis vel nunquam, vel cùm hæc scriberet, non usurpâsse, sed quemvis potiùs alium, qui Cl. Virum, locum hunc allegantem, neglectâ phraseos cognitione, imperitè & oscitanter tractavit. Nullâ hîc suadâ est opus fateor, (nec Grammatici id intendimus, nec Oratorium schema ut inducamus, est necesse) sed cognitione Phraseos. Audi Drusium: *sententia postulat, ut exponamus: ossa mea cuti meæ adhæserunt, quo genere locutionis extremam denotant maciem. Similiter Comicus: ossa atq; cutis sùm miserâ macritudine & idem David alibi: numerare possem omnia ossa mea.* Hæc Drusius omnium optimè, nec dissentiunt *Vatablus* in Notis, *Pellicanus* in Comm. *Schindlerus* in Lexico, & *D. Gl.* in Rhet. Sacrâ, qui itid. summam hîc describi maciem censent. Nec id sine ratione. Ita quippe macies describitur *Threnor. IV, 8. agglutinavit se pellis eorum ossibus*, aruit ut lignum: *& Job. XIX, 20. cuti meæ ut carni adhæserunt ossa mea*, vel, ut Vulgata transtulit: *pelli meæ, consumptis*

 carni-

Beneficia, quæ hactenus tum in me, tum in Filium meum Liberali manu contulistis. Pro quib⁹ Beneficiis cum aliud, quod rependerē, non haberem, ne prorsus ingrata viderer, præsente occasione uti & Librum hunc VOBIS nuncupare volui, ut vel sic VOBIS de animo meo grato memoriq; consta-ret. Quod restat, *Viri plur. Reverendi, Clarissimi & Excellentiss.* etiam atque etiam Vos rogo, ut posthumū hunc Optimi Mariti fœtum serena fronte & placidô animo accipere, meque meosq; ulteriori favore Vestro complecti dignemini. Valete, *Patroni Optimi*, & Ecclesiæ Literarumq; Bono diutissimè vivite. Dabam Altdorff. d. 9. Jul. Anno χριστογονίας M DC LX.


V. V. R. R. & Excellentiarum

Observantissima

Mar. Magd. Theod. Hackspanij

Vidua mœstissima.

LIBRI PRIMI
MISCELLANEORUM



CAPUT PRIMUM.
DE
SYNECDOCHE PARTIS PRO PARTE.

§. I.



Geminam vulgò Synecdochen Rhetorum institutiones exhibent; ***unam***, quâ pars pro toto, ***alteram***, quâ totum pro parte ponitur. Numero illo nequaquam contenti, qui ætate majorum memoriâq; controversias disceptabant, ***tertiam***, addidêre speciē, quâ partis vicem pars altera subeat. Causa motæ litis cumprimis duplex: ***prior***, quod, cùm *Psal. XVI, 10.* legatur לא־תַעֲזֹב נַפְשִׁי לִשְׁאוֹל, Calvini, uti feruntur, ut filii, seu nepotes, שְׁאוֹל de *Sepulcro*, נֶפֶשׁ

de

de *Corpore* ſepultura adfecto, id eſt, Cadavere acceperint, nihil dubitantes, hanc eſſe germanam loci verſionem: non relinques *Cadaver* meum in *ſepulcro.* Videantur *Theod. Beza* & (a.) *Druſius. Poſterior* ſenſum verborum *Geneſ. XLVI, 26.* concerniit : כָּל־הַנֶּפֶשׁ הַבָּאָה לְיַעֲקֹב מִצְרַיְמָה יֹצְאֵי יְרֵכוֹ שִׁשִּׁים וָשֵׁשׁ i. e. *omnes animæ, venientes cum Jacobo in Ægyptum, egreſſæ è femore ejus ſexaginta & ſex. Traducem* verba importare videbantur, cùm diſerta extet animarum mentio: hunc verò ſenſum ne admitterent *Creationis* Aſſertores, de Corpore animam ſunt interpretati, commentô, ut quibusdam placet, perridiculô, eâ nempè Synecdoche, quæ hactenus nefandò quidem audita fuerat, juxta quam pars prò parte ponatur. At enimverò quicquid tandem ſit de ipsâ controverſiâ, eâq; duplici, deſcenſu nempè ad inferos, & origine animæ rationalis, quam Theologorum partim, partim Philoſophorum ſibi vendicat cathedra: ego de Synecdoche illâ, *quæ Rhetoricam, Sacræ Philologiæ partem haud poſtremam*, ſpectat, mihi quid videatur, allatis priùs adverſariis perſpicuè oſtendam, pace omnium aliter ſentientium.

(a) *lib. 2. miſcell. c. 2.*

2. Ne-

II. Negativa itaq; est *Bellarmini*: *Usus* (inquit) *admittit Synecdochen, quâ ponimus partem pro toto & contra: non autem admittit partem pro parte.* Item D. T. T. *Si talem* (ait) *intelligit Synecdochen, ubi pars essentialis pro alterâ parte essentiali sibi contradistinctâ accipitur, errat* I. Rhetoricè: *proferat enim è toto Rhetoricæ systemate præceptum, quod talem Synecdochen habeat & Phyllida solus habebit.* II. *Theologicè: evolvat enim integrũ Pentateuchum, Prophetas majores cum minoribus. percurrat etiam, si placet N. T. exemplum tamen fictitiæ suæ Synecdoches vel unicum inveniet nunquam.* Dn. D. S.. *Synecdoche partis pro parte oppositũ non datur.* Noviter etiam Dn. D. D. *nos*, inquit, *ἀποτόμως negamus, tropum aliquem Synecdoches dari, qui partem pro parte ponat, usi ipso loquendi magistro, USU. Allegent enim probatum aliquem autorem, qui partem pro parte ponat synecdochicè, & vincant.*

l. 4. de anima Christi c. 12 Disp. de prov. pag. animæ.

contr. miscel Disp. XVI. §. 15. Id. B. I. & M. C. p. 143.

III. *Augustinus* partem pro parte poni asserit, sed timidiusculè; adeoq; ne in Rhetorum præcepta impingeret, *eo locutionis modo id fieri*, perhibet, *quo significatur per id quod continetur, id quod continet*, de qua sententia meum Inferiùs afferam judiciũ.

Epist. 157. ad optat.

l. 2. misc. c. 8. At *Joann. Drusius* masculè se Bellarmino opponit, affirmativam confirmans; eum *sequitur Schindlerus* passim in Lexico, præsertim in voce, נֶפֶשׁ, item *Wagnereckius. in Tr. de Creat. anim. p. 115.* Ego facio cum Drusio & Schindlero, quorum exempla antequam ab exceptionibus liberem, alia mihi observata adjungam.

IV. Principiò igitur probatum Autorem postulant, qui partem pro parte ponat, persuasi usum huic adsertioni reclamare. sanè quidē non est mihi decretum, omnia melioris notæ Scriptorum monumenta perreptare, maximè cùm lis è Scripturâ mota sit, & ad eam Adversarii provocarint. *Comm ad l. 14 c. 4. Aug. de C. D.* Vel unicum sufficiat, quod Nonius *Marcellus* apud Ludovic. Vivem adfert è *Virgilio,* idq; satis luculentum, Sic autem ille lib. II. Æneid.

Intereà socios, inhumataq; CORPORA terræ
Mandemus, qui solus honos Acheronte sub imo est:
Ite, ait, egregias ANIMAS, *quæ sanguine nobis*
Hanc patriam peperêre suo, decorate supremis
Muneribus -- -- --

Cœcus sit, qui non videat *ANIMAS* & *CORPORA* figurâ quâdam invicem commutari.

V. Scripturas verò si percurramus, passim manifesta ejus synecdoches videbimus

bimus exempla. *Lutherus*, si quisquam in Scripturis exponendis, earumq; phrasi explicandâ exercitatissimus, quî verba *Psal.* CV, 18. exponat, attendite! In fonte sic legitur: בַּרְזֶל בָּאָה נַפְשׁוֹ. Lutherus trãstulit: Sein leibe must in eisen liegen. Optimè. Nam juxta *Abenezram* est Ellipsis τȣ̃ ב in voce בַּרְזֶל, ingressa est ferrum anima ejus. *Symmachus*, Græcus interpres, ait: *εἰς σίδηρον*. Confer Syrum etiam & Arabem. *Chaldæus* tamen per hypallagen explicat hoc modo: שֵׁיד דְּפַרְזֶל עָלַת בְּנַפְשֵׁה, *Catena ferri admota est animæ ejus*, qualis etiam occurrit, *Judic.* I, 8. *miserunt urbem in ignem*, pro: *ignem in urbem miserunt*. Cum Luthero faciunt *Pellicanus* Comm. h. l. *Schindlerus* in Lexico, *Vatablus* in Notis, *Drusius*, *Buxtorfius* in Lexico, in voce בַּרְזֶל, Viri quaquâ versum Celeberrimi, & ad hasceè literas excolendas nati.

Cõm. h. l.

l. 2. miscell. c. 13.

6. Græcos postulatis? Ita verò illi: *Genes.* XXXVI, 6: אֶת־כָּל־נַפְשׁוֹת בֵּיתוֹ accepit Esau *omnes animas domus suæ*. Græci reddidêre: *πάντα τὰ σώματα τȣ̃ οἴκȣ αὐτȣ̃*, Et *Esai.* LVIII. 5. *numquid elegi hoc jejunium, ut quis curvet* ראשׁו *Caput ejus?* Græci *τὸν τράχηλον σȣ*. Hîc manifestè collum loco

capitis ponitur; illud enim ſpeciali voca-
bulo dicitur צְוָאר. *Pſal.* XXXV, *ult.* & *Pſal.*
LXXI, 26. : לְשׁוֹנִי תֶּהְגֶּה צִדְקֶךָ, *lingua mea*
meditabitur juſtitiam tuam, Græci: μελετήσει.
Eſai. LIX, 3. לְשׁוֹנְכֶם עַוְלָה תֶהְגֶּה, μελετᾷ,
reddidêre Græci. *Pſalm.* XXXVII, 30.
פִּי צַדִּיק, *os juſti meditatur Sapientiam*,
Græci, ςόμα δικαίȣ μελετήσει σοφίαν. Ubi
Syrus pro יֶהְגֶּה ponit רנא quod notat
cogitationes in rem aliquā eſſe defixas. *Pro-*
verb. IIX, 7. *veritatem* μελετήσει ὁ λάρυγξ μȣ.
At linguæ, ori, palato, meditatio non con-
venit; quin & *Pſalm.* XXXVII, 31. פֶּה per
לֵב, & καρδίαν exprimitur, reſolutâ locutio-
ne impropriâ in propriam. Confer Prov.
XV, 30. c. XXIV, 2. Et quod Jobi, XXVII,
4. erat dictum: אִם לְשׁוֹנִי יֶהְגֶּה רְמִיָּה, *lin-*
gua mea ſi meditabitur dolum; tranſtulêre
LXX. ἡ ψυχή μου, vel *anima mea non medi-*
tabitur injuſta. Et quod dixerat Propheta
Eſaias XXXIII, 18. לִבְּךָ, *Cor tuum medita-*
bitur terrorem, illi verterunt: ἡ ψυχὴ &c.
Nam & partes Corporis pro animâ, & con-
tra accepêre. Hinc נֶפֶשׁ eſt καρδία, *Thren.*
III, 21. & *Jerem.* LI, 34. βραχίων, brachium.
Aliàs quoq; רֶגֶל eſt μηρὸς, i. femur, *Deut.*
XXIIX, 57. יָד manus eſt χεῖλος, labium,
Proverb.

Proverb. XXXI,31. Quin & *Proverb. XIIX, 4.* דִּבְרֵי פִי־אִישׁ transfertur: λόγος ἐν καρδίᾳ ἀνδρός. Hæc certè Synecdochen postulant, sive partis essentialis pro parte essentiali; sive partis essentialis pro integrali, sive integralis pro integrali. Hos enim modos exempla postulant, quicquid alii reclament.

7. Porrò Chaldæus Interpres ejusmodi synecdochen suo confirmat calculo. Quippe *2. Samuel. XIII,32.* verba עַל־פִּי *in ore Absolomi hoc erat positum*; transtulit: בְּלִבָּא דְאַבְשָׁלוֹם הֲוָת כְּמָנָא *in Cordê Absolomi fuerunt insidiæ istæ*, ex eo tempore, quo afflixit Ammon Thamar sororem suam. Hinc rectissimè quoq; *Lutherus*: Absolon hatts bey sich behalten / nempe in corde vel animô. Nec Rabbi *Abenezra* dubitavit eâ de re, qui in com. *Genes. XVII,14.* in phrasi, *exscindetur anima de populo ejus*, נֶפֶשׁ pro גּוּף, i. animam pro corpore positam asserit. Quid? quod in N. T. indicia tropi hujus reperiantur. *Marc. III.4.* ubi Servator, nescio cujus, manum aridam curaturus, quærit: ἔξεστι τοῖς σάββασι ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀποκτεῖναι; certè quidem animam Sabbatho servare licitum esse, nec Pharisæi negabant,

gabant, uti nec esse benefaciendum. Nam propter animæ curationem Sabbathum erat institutum. At medicinam adhibere ipso Sabbatho, adeòq; manum aridam pristino vigori restituere, id demum indignum homine Judæo censebant. *Anima* itaq; pro *corpore* oportet accipiatur, quod ipsum *τὸ ἀποκτεῖναι* evincit, quod animam haud quaquam respicit, asserente Salvatore nostro *Matth. X, 28.* Adde nunc Johann. de Pinedâ Comm. in Jobi 14. ult. item Riberam, Viegam, Corn. â lapide Comment. ad Apoc. 6,9. Hi per *animas clamantes ad* DEUM, atq; effusi sanguinis pœnam reposcentes Corpora Beat. Martyrum intelligunt, quæ eâ ratione in Cœlum clamare dicantur, quomodo sanguis Abel Hyperbolicè clamâsse legitur *Genes. IV, 10.*

8. Hæc mihi exempla Scripturarum & Commentatorum lectio hucusq; suppeditavit. Nunc quid *Drusius* observârit, & quàm rectè â nonnullis oppugnetur, accipite: I. affert locum è *Ps.* CII, *6.* à voce fletus mei adhæsit os meum לִבְשָׂרִי cuti meæ. Hîc verò *Vir Clarissimus* exclamat: *Quæ suada persuadebit, h. l. poni Carnem pro*

Cute?

cute? Quasi sit absurdum, os adhærere ipsi Carni! Et quasi non immediatiùs ossa adhæreant Carni quàm cuti. Hæc ille. Præstabo, hunc Drusium oculis vel nunquam, vel cùm hæc scriberet, non usurpâsse, sed quemvis potiùs alium, qui Cl. Virum, locum hunc allegantem, neglectâ phraseos cognitione, imperitè & oscitanter tractavit. Nullâ hîc suadâ est opus fateor, (nec Grammatici id intendimus, nec Oratorium schema ut inducamus, est necesse) sed cognitione Phraseos. Audi Drusium: *sententia postulat, ut exponamus: ossa mea cuti meæ adhæserunt, quo genere locutionis extremam denotant maciem. Similiter Comicus: ossa atq; cutis sùm miserâ macritudine & idem David alibi: numerare possem omnia ossa mea.* Hæc Drusius omnium optimè, nec dissentiunt *Vatablus* in Notis, *Pellicanus* in Comm. *Schindlerus* in Lexico, & *D. Gl.* in Rhet. Sacrâ, qui itid. summam hîc describi maciem censent. Nec id sine ratione. Ita quippe macies describitur *Threnor. IV, 8. agglutinavit se pellis eorum ossibus*, aruit ut lignum: *& Job. XIX, 20. cuti meæ ut carni adhæserunt ossa mea*, vel, ut Vulgata transtulit: *pelli meæ, consumptis*

carnibus, adhæsit os meum. Hoc ipse *Psaltes*, confirmat, l. c. verbis controversis explicationis ergò adjungens: ossa mea, tanquam focus, sunt exusta, aruit cor meum, adeò ut oblitus sim comedere panem meum. Nihil itaq; Drusio responsum. Verum quidem est, non absurdè dici os adhærere carni, idq; magis immediatè, ubi scil. caro datur: at enim in summâ macie caro exulat, si minùs ipsâ re, saltem per aliquam hyperbolen.

in Rhetor. Sac. p. 456. 9. Hoc dum *alius* videret, carnem pro cute poni quidem censuit, sed tanquam totum homogeneum pro parte homogeneâ. Cutis enim, *Magiro* teste, inter carnem & nervum quasi mediam consecuta est naturam. Sic ille h. l. totius pro parte synecdochen agnoscit. Verùm aut ego valdè fallor, aut sibi contradicit. l. extremam maciem describi asserit, quâ vix ossa cutisq; cohæreant, caro omnis defluxerit; seu propter suspiria corpus succulentum ita exaruerit, ut inter ossa & cutim caro nulla intercedat. At, si pars aliqua carnis homogenea mansit, falsum est totam periisse carnem, nihilq; superesse, quàm ossa & cutim. II, Saltem illud consideratum opor-

oportuit, h. l. carnem non minùs ossibus quàm cuti contradistingui, illamq; prorsus negari, hæc poni. Quî itaq; caro, quæ superesse negatur, per synecdochen totius poneretur pro parte? Si maximè aliàs cutis haberetur pars carnis homogenea. 3. Si cutis est pars carnis homogenea, cur non est ejusdem cum carne naturæ & rationis? Cur naturam inter nervum & carnem mediam consecuta dicitur? Ejusdem naturæ sit necesse est, ex dictâ hypothesi, minimè verò sufficit, si utrinq; tantùm aliquid participat.

10. Alter locus â *Drusio* adductus legitur, *Job. XIX.13.* ubi בַּדֵּי עוֹר, i. *membra cutis*, sunt membra carnis, cute pro carne posita. Partes autem corporis, ut videmus, sunt ossa, caro, cutis. Ergò pars pro parte ponitur. *Excipit vir Doctissimus: quid cogit in loco Jobi cutim exponere de carne? Quasi non ipsa etiã cutis possit deformari.* At hæc responsio nititur falsâ hypothesi, quasi בַּדִּים notet formam egregiam, quam pulcritudinem dicimus. Nusquam in Scripturâ, nec apud interpretes, excepta vulgatâ, hunc sensum invenies. Videantur *R. Levi Ben Gersom*, *Vatablus*, *Tremellius*

lius, *Schindlerus*, *Buxdorffius*, alii complures. *Vulgata* quidem, Græcos secuta, hic *pulcritudinem* transtulit: longè rectiùs *Drusius*, qui fontes, eorumq; interpretes, Hebræos, secutus, Vulgatam pensi non habuit, ut vel hinc patescat, Virum Cl. nec mentem Drusii fuisse assecutum, nec perlustrâsse Codicem. Accedit, quod aliàs quoq; עור â Chaldæô per אֵבְרָא, i. *membrum* reddatur, ceu videre est *Job. II, 4.* cõfer *Genebrard. ad Ps. CII, 6.* *Pinedam* in Comm. h. l. qui tamen ridiculè Vulgatam tuetur.

II. Tertius locus extat *Haggai II, 14.* de quo sic *Drusius*: *Cùm anima & corpus sint partes hominis, tamen anima ponitur pro corpore animâ casso, i. e. pro cadavere. Qui negat, neget Solem in meridie lucere. Jam verò legimus loc. cit.* טָמֵא־נֶפֶשׁ *hoc est, pollutus animâ*, de eo, *qui tactu cadaveris pollutus erat. Anima enim ibi sumitur pro corpore animâ casso, teste Hieronymo in Comment. & Augustino Epist. 157.* Nec aliter *Lutherus* noster: Der unrein ist von einem berühren aaß. Adde, si lubet, *Levit. XIX. 28.* לְנֶפֶשׁ לֹא תִתְּנוּ בִּבְשַׂרְכֶם *Lutherus* reddidit: de corpore mortuo. Chaldæus מִית *Rabbi Salomom*, &

Jascuni: מֵת, *Abenezra* גּוּף, Corpus. item *Levit. XXI, 1. & 11. Numer. V, 2. Cap. VI, 6. Cap. IX, 6. & 7. Oseæ. IX, 4.* Utut verò hîc loca complura adducantur, nondum tamen partis pro parte Synecdoche hinc colligi posse videtur.

12. *Excipitur* enim 1. Corpus animâ Casũ æquivoce est pars hominis, imò corpus humanum non nisi æquivocè, ceu etiã homo mortuus æquivocatione eâdem, dicitur. Quis itaq; partis pro parte synecdochen ibi concesserit, ubi pars univocè dicta non respondet? Sed benè habet, non sectantur Rhetores Metaphysicorum ἀκρίβειαν seu accurationem, qui materialiter & mathematicè tantùm unum corpus esse credunt arborem, cujus pars etiamnũ vivens, pars arida est, non naturaliter & formaliter, ut loquitur *Scaliger.* Nec manus arida *Marc. III, 4.* unum quid erat *Exerc 101.*
cum brachio naturâ, sed quantitate eâdẽ. *sect. 16*
Hinc non sine causâ *Aristoteles* ait: τὸ ἀκρι- *1. Eth.*
βὲς οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς λόγοις ἐπιζητητέον. *c. 1.*
CL. quoq; *Vossius* verba Mariæ: *Sustule- l. 4.*
runt Dominum meum, Joh. XX, 13. expen- *Rhet.*
dens, non veretur ibi synecdochen totius *c. 8.*
pro parte asserere, domini nomine ejus *sect. 4.*
cor-

corpus intelligens. At quis tandem asseverabit, tunc temporis inter totum partesq; essentiales relationem quandam concepisse mulierem: Cum morte unio crederetur soluta? Accedit hypothesis adversariorum, qui *Haggai II, 14.* & alibi vel cõtentum pro continente, vel partem pro toto poni statuunt. Nam nec contentum dici deberet anima, ex quo soluta est à corpore.

l. 4. de anima Christ. 12. 13. *Bellarminus* tropo locum hîc concedit nullum, sed נפש propriè non minus corpus, ac animam sonare perhibet. Opinioni recens excogitatæ hoc modo fidem conciliare nititur: *I. etsi anima*, inquit, *possit accipi pro vitâ, quia dat vitam corpori; tamen nusquam accipitur pro cadavere, cùm in cadavere sit privatio vitæ. II. Si* נפש *non significaret aliquid indifferens ad vivum & non vivens, frustra adderetur adjectivum* חיה *Genes. I, 20. c. II, 7. III. Numer. XXIII 10. dicitur: moriatur anima mea morte justorum, & cap. XXXI, 35. animæ hominum sexus fœminei, quæ non cognoverant viros, triginta duo millia. At anima humana nec mori potest, nec sexum habet. Proinde in illis locis anima non alteram partem hominis, sed alterum certè corpus, aut totum hominem signi-*

gnificat. IV. Genes. XXXVII, 22. legitur: non *interficiamus* animam ejus. Hîc anima, *nec pro animâ propriè dictâ, nec pro homine per tropum ponitur, nam pronomen ejus repugnat, sed pro ipsâ carne propriè accipitur.*

14. Ego verò non dederim Bellarmino נפש de animâ juxtà ac corpore propriè dici: *I.* ex ipsius Bellarmini hypothesi, negantis animam sumi posse pro cadavere, cùm in cadavere sit vitæ privatio, quam anima subministret; contraria simul poni non posse. Ergò nec נפש simul dici poterit propriè de animâ & corpore, quæ itidem involvunt prædicata opposita visibile, & invisibile, mortale & immortale. *II.* Si נפש propriè significaret non minùs corpus quàm animam, cur Interpres vulgatus Pontificiis authenticus loca in medium adducta voce corporis non reddidit? Nimirum mentem Scripturæ non est assecutus, quod ne dictionum quidem vim calleret, aut quid נפש propriè sonaret, percipere posset. Cur *Hieronymus*, quem latini Codicis sive autorem, sive interpretem aut interpolatorem asserunt, de cadavere exponit contra Bellarminum? Etiamnè præstat, modò nobis ægrè sit, missâ vulgatâ,

missio Hieronymo, sequi Bellarminum? Hæc ex concessis.

15. Sanè quidē dum unius vocis significata duo exhibet opposita (ceu sensum literalem Scripturæ aliàs geminum, versionem & lectionem geminam à Spir. S. intentam adstruunt Pontificii) ad philologos est amandandus, qui vocis unius non nisi unam significationem propriam & principalem admittunt, à quâ reliquæ dependeant; quippe aut communes, aut non necessariæ, aut spuriæ, autore *Scaligero*, introductæ vel ob aliarum defectum, rerumq; novarum inventionem, vel ob elegantiam sermoni conciliandam, vel deniq; ob supinam philologiæ ignorantiam. Ratio petitur è naturâ vocum, quæ sunt signa suppositiva rerum, & manifestativa conceptuum, quin etiam imagines quasi quædam rei exhibentes speciem. At imago rem non exhibet, nisi unam, reliquis ex accidenti convenit. Nec enim Æthiops Absolonem, aut corvus cygnum refert. Quod si æquè primò & propriè dictio sonat et opposita, quî fungeretur suo officio? Quî manifestaret conceptum? Prorsus quasi hederam suspensam æquè vini

l. 13. de caus. L.L. cap. ult.

vini

vini vendibilis, & non vendibilis signum esse contendas. Huc referenda sunt, quæ *Bellarm.* disputat contr. *Calvinianos lib. 1. de Euchar. cap. 9. §. ult. & c. 12. §. sed tota*, ait: *tam ineptè quæri cur sequamur proprium verborum sensum, ac si quis roget, cur ingrediamur per portam, & non per fenestram?* Item: *non recedendum esse à literâ, seu sensu proprio.* Jam si esset duplex unius vocis propria significatio, qui unã sequeretur, negaret se recessisse à sẽsu proprio; similiter qui alterã. Quin imò uterq; prætenderet januã neuter largiretur se ingressũ per fenestrã.

16. Quod si in præsenti nôsse velim, quæ tandem primaria & vocis propria sit acceptio, scire licet, triplici viâ eam indagari: I. ex origine, cùm scil. aut nomen descendit à verbo tanquam simpliciore, ut מַלְכוּת â מָלַךְ, regnum â regnavit: aut verbum â nomine, ut הֶאֱזִין audivit ab אֹזֶן auris uti nempè filius ratione formæ parentes tãquam causas univocas repræsentat; ita vox ratione significationis refert originem vel radicem, unde propullulat. Nam significatio est forma dictionis, id quod adeò non possunt negare Pontificii, ut subinde clamitent: Protestantes veris destitui Bibliis,

eò quod ſenſus genuinus eos deficiat. II. ex uſu autorum, ſi plerią; omnes vocabulo ſenſu utantur eodem & quidem frequenter: ita רֶגֶל eſt pes, nec quisquam aliter illâ voce utitur, ut diverſum mente concipiat. Ratio eſt, quia impropriâ locutione non omnes certè viri graves capiuntur, nec cum illa ſit poſterior propriâ, illico mentibus noſtris illabitur. Maximè autem attendendum, quî cum loquaris; ſua enim ſingulis diſciplinis ſunt ſignificata. Nec tamen aliter Theologus vocabit poſitivum, aliter metaphyſicus, â quo ille terminos accipit: licet JCtus è foro Romano & Medicus è Galeno & Hippocrate Philoſophis inaudita proferat ſignificata. III. ex harmoniâ linguarum maximè Orientalium, nempè ſi magis illa frequens vocis ſignificatio conſtanter maneat, & filiæ matris indolem germanam faciemą; minimè fucatam referant. Sic כֶּלֶב eſt canis, & eâdem ſignificatione uſurpatur â Chaldæo, Syro, & Arabe, quorũ iſte כַּלְבָּא, ille ܟܠܒܐ hic كلب inde hauſit. Conjungenda autem ſunt hæc indicia vel argumenta, & quod ſingulis nõ poteſt, probetur cunctis ſeu univerſis.

17. Jan

17. Jam quod נֶפֶשׁ propriè significet animam, evincunt hæc omnia, τεκμήρια: quod verò itidem propriè corpus, omnia obstant. Ac I. sive נֶפֶשׁ primitivum statuas, à quo verba descendunt, sive derivativum, descendens à radice נָפַשׁ, hodiè inusitatâ, salva res est. Hebræis enim נָפַשׁ est respiravit, animum aut spem recepit, quò respicitur ad animam vitæ & respirationis causam: Syris ܢܦܫ & Rabino Chaldæis אנפש est animavit, animum reddidit, & Arabicè نَفَسَ & نَفُسَ est, animo tranquillo esse, animum addere. II. Usum Autorum, eumq; magis frequentem nemini probavero, qui literas hasce ignorat; nemo negaverit, qui easdem etiã non luculenter callet. III. Consensus & harmonia linguarum patet. Nam quod hebræis נֶפֶשׁ dicitur, id Chaldæo est נְפַשׁ & נַפְשָׁא: Syro ܢܦܫܐ & ܢܦܫ, Arabi نفس. Sic igitur evictum, נֶפֶשׁ propriè non sumi pro corpore. Mihi quidẽ tàm ridicula videtur Bellarmini ratio, ac si quis apud *Virgilium* animam propriè corpus significare contendat, quia dictum sit: *l. 3. Æneid.*

— — — *animamq́; ſepulcro*
Condimus — — —

Qui locus cum altero §. 4. propoſito conferendus eſt.

18. Nec argumenta Bellarmin. ſunt ullius ponderis. Ad I. ℞. 1. grammaticam non admittere ejusmodi ratiocinationes dialecticas: Nam vocabula ſunt ad placitum, & ab uſu loquentium pendent, ut loquitur Cardinal l. c. II. hoc tantùm ſequi, animam non dici propriè de cadavere, in quo eſt vitæ privatio. Id verò nemo aſſerit, niſi fortè Bellarminus, qui נֶפֶשׁ ait propriè ſignificare aliquid indifferens ad vivum & non vivum: ſed eſt Synecdoche partis pro parte, cum נֶפֶשׁ pro cadavere ponatur, eaq́; talis, quæ conjuncta ſit cum catachreſi. Nam Catachreſis non eſt peculiaris tropus, ſed accidens commune per omnes tropi ſpecies ſparſum & diffuſum. Ita occurrunt duriores metaphoræ, metonymiæ; ſynecdochicæ item & Ironicæ locutiones. Antiphraſis quoq́; in hebræo inſolens non eſt: Sic בֵּרֵךְ, benedicere & maledicere, כֶּסֶל, conſtantiam & inconſtantiam, עֶרְוָה, miſericordiam & crudelitatem ſive opprobrium, מִכְסֶה, nuditatem aut rem minimè nudandam ſignificat.

19. *Ad II.* ℞. non sequi: נֶפֶשׁ significat aliquid indifferens ad vivùm & non vivum: Ergò ita est, quia additur dictio חַיָּה. Eadem enim lege colligerem, pisciculi notant aliquid indifferens ad magnum & parvum, quia additur: minuti; & ex hypothesi Bellarmini, ψυχὴ notat aliquid indifferens ad vivum & non vivum, quia *in 1. ad Corinth. XV, 45.* legitur: *primus homo factus εἰς ψυχὴν ζῶσαν.* Nimirum additur nonnũquam vox propter emphasin majorem, quæ tamen supervacanea non est, nec indifferentiam infert. Id enim supervacaneum censeri debet, quod additum nec intellectum adjuvat, nec ornatum. Atqui omninò Emphasin relinquit hebraismus, qui abstractum נֶפֶשׁ חַיָּה usurpat pro animali, quia scil. per metonymiam hîc anima vivens dicitur, i. e. dans vitam corpori vel supposito. Confer locum ex *1. ad Corinth.* adductum.

20. Ad III. partem priorem ℞. *Numer.* XXIII, 10. מוֹת יְשָׁרִים תָּמֹת נַפְשִׁי *morte justorum moriatur* anima mea, animam in eo loco poni Synecdochicè pro homine, seu pro supposito aliquo quod ibi loquitur. Quod quidẽ *Drusius lib. 2. Obs. 2.* aliiq; eùm

 secu-



secuti eâ de causâ fieri putant, quod licet homo ex animâ & corpore sit compositus, tamen non corpus, sed anima sit homo. At quia fieri nequit, ut forma de formato seu composito in casu recto dicatur propriè, mitto illorum sententiam. Vide potiùs *Thomam*. E prædicato tamen figurata locutio innotescit. Nam mors, utpote animæ & corporis solutio, quàm maximè propria est suppositi seu totius, & sensus verborum hic est; moriar ego morte justorum, licet expositio formaliter non fiat per vocem: homo. Ad posteriorem R. *Numer.* XXXI. 35. textum originalem malè redditum â vulgatâ. Neq; enim de animabus negatur, quod viros cognoverint, sed de mulieribus. Nam pronomen אֲשֶׁר, proximè præcedens vocem נָשִׁים mulieres, respicit, cum quâ pluralis יָדְעוּ cognovêre, optimè convenit, cum numero differat â נֶפֶשׁ remotiore, nec præcesserit particula כָּל notans collectionem. Falsum igitur, sexum animæ â Mose, seu tribui, seu negari; adeoq; נֶפֶשׁ propriè significare corpus.

p. 1. q. 25. a. 1. per tot

21. Ad IV. R. I. Supra probavi, vocis unius non esse nisi unam acceptionem propriã, & נֶפֶשׁ propriè significare animam. Ergo

go si pro carne, seu pro corpore sumitur, id fit impropriè & per synecdochen II. iterum impegisse vulgatum in verbis Genes. XXXVII, 21. ubi non legitur לא נַכֶּה נַפְשׁוֹ, non interficiamus animam ejus, sed: לא נַכֶּנּוּ נָפֶשׁ: *ne percutiamus eum animâ*, i. e. ita, ut anima ab eo recedat, aut vita ejus pereat. Nam הִכָּהוּ נֶפֶשׁ, percussit eum animâ, est lethale vulnus ei inflixit, lethaliter eum percussit, ut liquet ex *Deuteron.* IX, 6, 10. collato cum ejusdem *libr. cap.* IV, 42. Legitur quidem *Numer.* XXXV, 11. מַכֵּה נֶפֶשׁ, *percussor animæ*, ab הִכָּה נֶפֶשׁ, *percussit vel interfecit animam*: sed ibi est synecdoche partis pro toto, qualis obtinet, cum anima peccans mortem corporis subire dicitur. III. Si maximè legeretur, ut vulgata habet, tamen nihil evinceret Bellarminus. Nam cum suffixis quoq; dicitur de subjecto. Sic מִנַּפְשׁוֹ est ab ipso, מִנַּפְשְׁךָ â te, pariter: nō interficiam, nos נַפְשׁוֹ animam ejus, i. e. ipsum: prorsus ut *Numeror.* XXIII, 10. dictum est: *moriatur anima mea morte justorum.* Hæc de Bellarmini exceptione.

22. Patet hinc, quid sentiendum de illorum sententiâ, qui נֶפֶשׁ, & ψυχὴν in hellenismo

 nismo

nismo, voces generales esse contendunt respectu animæ & corporis, adeòq; indifferentes ad vivum & non vivum: quod si pro corpore sumantur, esse synecdochen generis pro specie. Verùmenimverò tunc talis obtinet Synecdoche, si vox una reverà rationem generis habeat, altera speciei, ut cum mortales, aut בְּרִיּוֹת, i.e. creaturæ *Marc.* XVI, 16. ponuntur pro hominibus, si avis pro gallinâ, aut animal pro bestiâ, sidus pro caniculâ aut Sirio accipiatur: uti cùm species pro genere poni censetur, cùm reverà species est. At ubi una vox aliud propriè aliud impropriè significat, ibi uti nec gen, vel species obtinet, ita nec synecdoche generis pro specie, nec contrà. Jam verò uti נֶפֶשׁ nõ habet nisi unam significationẽ propriã, & primariam; sic quoq; ψυχὴ, si maximè sumatur hellenisticè, animam, alteram hominis partem, propriè significat, & per synecdochẽ corpus aut cadaver: genus v. esse nequit ob impropriã significationẽ. Sic quęcunq; vox, præter propriam, admittit acceptionem figuratam; si de unâ determinatè acceperis, erit synecdoche generis pro specie; etiamsi in textu propriè usurpetur, v. g. anima, cùm pro corpore apud psaltem & Virgilium, & pro animâ aliis in

locis sæpè occurrit apud eosdem, semper synecdochicè sumeretur, nunquam propriê, quod absurdum. Nam figura est posterior sensu proprio.

23. *Tertiò Flacius* negat, נֶפֶשׁ significare cadaver, sed potiùs accipit de hominibus mortuis. *Nam & mortuos* (inquit) *adhuc solemus homines, parentes, aut liberos vocare per quandam vel synecdochen vel Catachresin; sicut Levitic. XXI, 11. mox illud* נֶפֶשׁ *exponitur per patrem & matrem, nec quisquam sanus dixerit, istas voces, pater & mater, idem valere, quod cadaver.* Hæc ille. ℞. Verum quidem est, mortuum dici hominem, quin etiam patrem, matrem, idq; per æquivocationem seu synecdochen conjunctam cum Catachresi: At cùm נֶפֶשׁ de mortuo dicitur, de solo corpore intelligi debet, quia locus citatus sic exponitur: עַל כָּל-נַפְשֹׁת מֵת לֹא יָבֹא לְאָבִיו וּלְאִמּוֹ לֹא יִטַּמָּא: *i. e. super ullam animam mortui i.e.* mortuum aut cadaver, *non ingredietur; super patrem suum* (mortuum, seu cadaver mortui patris) *& super matrem suam* (scil. cadaver mortuæ) *non contaminabit se.* Anima enim mortui non potest poni pro homine mortui, sed pro corpore mortui seu patris seu matris; nam מֵת posteà in-

nismo, voces generales esse contendunt respectu animæ & corporis, adeòq; indifferentes ad vivum & non vivum: quod si pro corpore sumantur, esse synecdochen generis pro specie. Verùmenimverò tunc talis obtinet Synecdoche, si vox una reverà rationem generis habeat, altera speciei, ut cum mortales, aut בְּרִיּוֹת, i.e. creaturæ *Marc.* XVI, 16. ponuntur pro hominibus, si avis pro gallinâ, aut animal pro bestiâ, sidus pro caniculâ aut Sirio accipiatur: uti cùm species pro genere poni censetur, cùm reverà species est. At ubi una vox aliud propriè aliud impropriè significat, ibi uti nec genus vel species obtinet, ita nec synecdoche generis pro specie, nec contrà. Jam verò uti נֶפֶשׁ nō habet nisi unam significationē propriā, & primariam; sic quoq; ψυχὴ, si maximè sumatur hellenisticè, animam, alteram hominis partem, propriè significat, & per synecdochē corpus aut cadaver: genus v. esse nequit ob impropriā significationē. Sic quęcunq; vox, præter propriam, admittit acceptionem figuratam; si de unâ determinatè acceperis, erit synecdoche generis pro specie; etiamsi in textu propriè usurparetur, v. g. anima, cùm pro corpore apud psaltem & Virgilium, & pro animâ aliis in

locis sæpè occurrit apud eosdem, semper synecdochicè sumeretur, nunquam propriè, quod absurdum. Nam figura est posterior sensu proprio.

23. *Tertiò Flacius* negat, נֶפֶשׁ significare cadaver, sed potiùs accipit de hominibus mortuis. *Nam & mortuos* (inquit) *adhuc solemus homines, parentes, aut liberos vocare per quandam vel synecdochen vel Catachresin; sicut Levitic. XXI, 11. mox illud* נֶפֶשׁ *exponitur per patrem & matrem, nec quisquam sanus dixerit, istas voces, pater & mater, idem valere, quod cadaver.* Hæc ille. ℞. Verum quidem est, mortuum dici hominem, quin etiam patrem, matrem, idq; per æquivocationem seu synecdochen conjunctam cum Catachresi: At cùm נֶפֶשׁ de mortuo dicitur, de solo corpore intelligi debet, quia locus citatus sic exponitur : עַל כָּל־נַפְשֹׁת מֵת לֹא יָבֹא לְאָבִיו וּלְאִמּוֹ לֹא יִטַּמָּא: *i. e, super ullam animam mortui i.e.* mortuum aut cadaver, *non ingredietur; super patrem suum* (mortuum, seu cadaver mortui patris) *& super matrem suam* (scil. cadaver mortuæ) *non contaminabit se.* Anima enim mortui non potest poni pro homine mortui, sed pro corpore mortui seu patris seu matris; nam מֵת posteà

nismo, voces generales esse contendunt respectu an mæ & corporis, adeòq; indifferentes ad vivum & non vivum: quod si pro corpore sumantur, esse synecdochen generis pro specie. Verùmenimverò tunc talis obtinet Synecdoche, si vox una reverà rationem generis habeat, altera speciei, ut cum mortales, aut בְּרִיוֹת, i.e. creaturæ *Marc.* XVI, 16. ponuntur pro hominibus, si avis pro gallinâ, aut animal pro bestiâ, sidus pro caniculâ aut Sirio accipiatur: uti cùm species pro genere poni censetur, cùm reverà species est. At ubi una vox aliud propriè aliud impropriè significat, ibi uti nec gen. vel species obtinet, ita nec synecdoche generis pro specie, nec contrà. Jam verô uti נֶפֶשׁ nõ habet nisi unam significationẽ propriã, & primariam; sic quoq; ψυχὴ, si maximè sumatur hellenisticè, animam, alteram hominis partem, propriè significat, & per synecdochẽ corpus aut cadaver: genus v. esse nequit ob impropriã significationẽ. Sic quæcunq; vox, præter propriam, admittit acceptionem figuratam; si de unâ determinatè acceperis, erit synecdoche generis pro specie; etiamsi in textu propriè usurpetur, v. g. anima, cùm pro corpore apud psaltem & Virgilium, & pro animâ aliis in

locis sæpè occurrit apud eosdem, semper synecdochicè sumeretur, nunquam propriè, quod absurdum. Nam figura est posterior sensu proprio.

23. *Tertiò Flacius* negat, נֶפֶשׁ significare cadaver, sed potiùs accipit de hominibus mortuis. *Nam & mortuos* (inquit) *adhuc solemus homines, parentes, aut liberos vocare per quandam vel synecdochen vel Catachresin; sicut Levitic. XXI, 11. mox illud* נֶפֶשׁ *exponitur per patrem & matrem, nec quisquam sanus dixerit, istas voces, pater & mater, idem valere, quod cadaver.* Hæc ille. ℞. Verum quidem est, mortuum dici hominem, quin etiam patrem, matrem, idq; per æquivocationem seu synecdochen conjunctam cum Catachresi: At cùm נֶפֶשׁ de mortuo dicitur, de solo corpore intelligi debet, quia locus citatus sic exponitur : עַל כָּל־נַפְשֹׁת מֵת לֹא יָבֹא לְאָבִיו וּלְאִמּוֹ לֹא יִטַּמָּא׃ *i. e. super ullam animam mortui i.e.* mortuum aut cadaver, *non ingredietur; super patrem suum* (mortuum, seu cadaver mortui patris) *& super matrem suam* (scil. cadaver mortuæ) *non contaminabit se.* Anima enim mortui non potest poni pro homine mortui, sed pro corpore mortui seu patris seu matris; nam מֵת posteà

 in

nismo, voces generales esse contendunt respectu animæ & corporis, adeòq; indifferentes ad vivum & non vivum: quod si pro corpore sumantur, esse synecdochen generis pro specie. Verùmenimverò tunc talis obtinet Synecdoche, si vox una reverà rationem generis habeat, altera speciei, ut cum mortales, aut בְּרִיּוֹת, i.e. creaturæ *Marc.* XVI, 16. ponuntur pro hominibus, si avis pro gallinâ, aut animal pro bestiâ, sidus pro caniculâ aut Sirio accipiatur: uti cùm species pro genere poni censetur, cùm reverà species est. At ubi una vox aliud propriè aliud impropriè significat, ibi uti nec gen. vel species obtinet, ita nec synecdoche generis pro specie, nec contrà. Jam verò uti נֶפֶשׁ nō habet nisi unam significationē propriā, & primariam; sic quoq; ψυχὴ, si maximè sumatur hellenisticè, animam, alteram hominis partem, propriè significat, & per synecdochē corpus aut cadaver: genus v. esse nequit ob impropriā significationē. Sic quęcunq; vox, præter propriam, admittit acceptionem figuratam; si de unâ determinatè acceperis, erit synecdoche generis pro specie; etiamsi in textu propriè usurparetur, v. g. anima, cùm pro corpore apud psaltem & Virgilium, & pro animâ aliis in

locis sæpè occurrit apud eosdem, semper synecdochicè sumeretur, nunquam propriê, quod absurdum. Nam figura est posterior sensu proprio.

23. *Tertiò Flacius* negat, נֶפֶשׁ significare cadaver, sed potiùs accipit de hominibus mortuis. *Nam & mortuos* (inquit) *adhuc solemus homines, parentes, aut liberos vocare per quandam vel synecdochen vel Catachresin; sicut Levitic. XXI, 11. mox illud* נֶפֶשׁ *exponitur per patrem & matrem, nec quisquam sanus dixerit, istas voces, pater & mater, idem valere, quod cadaver.* Hæc ille. ℞. Verum quidem est, mortuum dici hominem, quin etiam patrem, matrem, idq; per æquivocationem seu synecdochen conjunctam cum Catachresi: At cùm נֶפֶשׁ de mortuo dicitur, de solo corpore intelligi debet, quia locus citatus sic exponitur: עַל כָּל־נַפְשֹׁת מֵת לֹא יָבֹא לְאָבִיו וּלְאִמּוֹ לֹא יִטַּמָּא: *i. e. super ullam animam mortui i.e.* mortuum aut cadaver, *non ingredietur; super patrem suum* (mortuum, seu cadaver mortui patris) *& super matrem suam* (scil. cadaver mortuæ) *non contaminabit se.* Anima enim mortui non potest poni pro homine mortui, sed pro corpore mortui seu patris seu matris; nam מֵת posteà

ſecuti eâ de causâ fieri putant, quod licet homo ex animâ & corpore ſit compoſitus, tamen non corpus, ſed anima ſit homo. At
p. 1. q. quia fieri nequit, ut forma de formato ſeu
25. a. 1. compoſito in caſu recto dicatur propriè,
per tot mitto illorum ſententiam. Vide potiùs *Thomam*. E prædicato tamen figurata locutio innoteſcit. Nam mors, utpote animæ & corporis ſolutio, quàm maximè propria eſt ſuppoſiti ſeu totius, & ſenſus verborum hic eſt; moriar ego morte juſtorum, licet expoſitio formaliter non fiat per vocem: homo. Ad poſteriorem ℞. *Numer.* XXXI, 35. textum originalem malè redditum â vulgatâ. Neq; enim de animabus negatur, quod viros cognoverint, ſed de mulieribus. Nam pronomen אֲשֶׁר, proximè præcedens vocem נָשִׁים mulieres, reſpicit, cum quâ pluralis יָדְעוּ cognovêre, optimè convenit, cum numero differat â נֶפֶשׁ remotiore, nec præceſſerit particula כָּל notans collectionem. Falſum igitur, ſexum animæ â Moſe, ſeu tribui, ſeu negari; adeoq; נֶפֶשׁ propriè ſignificare corpus.

21. Ad IV. ℞. I. Supra probavi, vocis unius non eſſe niſi unam acceptionem propriã, & נֶפֶשׁ propriè ſignificare animam. Ergo

go si pro carne, seu pro corpore sumitur, id fit impropriè & per synecdochen. II. iterum impegisse vulgatum in verbis *Genes.* XXXVII, 21. ubi non legitur לֹא נַכֶּה נַפְשׁוֹ, non interficiamus animam ejus, sed: לֹא נַכֶּנּוּ נָפֶשׁ: *ne percutiamus eum animâ*, i. e. ita, ut anima ab eo recedat, aut vita ejus pereat. Nam הִכָּהוּ נֶפֶשׁ, percussit eum animâ, est: lethale vulnus ei inflixit, lethaliter eum percussit, ut liquet ex *Deuteron.* IX, 6, 10: collato cum ejusdem *libr. cap.* IV, 42. Legitur quidem *Numer.* XXXV, 11. מַכֵּה נֶפֶשׁ, *percussor animæ*, ab הִכָּה נֶפֶשׁ, *percussit vel interfecit animam*: sed ibi est synecdoche partis pro toto, qualis obtinet, cum anima peccans mortem corporis subire dicitur. III. Si maximè legeretur, ut vulgata habet, tamen nihil evinceret Bellarminus. Nam cum suffixis quoq; dicitur de subjecto. Sic מִנַּפְשׁוֹ est ab ipso, מִנַּפְשְׁךָ â te, pariter: nō interficiam, nos נַפְשׁוֹ animam ejus, i. e. ipsum: prorsus ut *Numeror.* XXIII, 10. dictum est: *moriatur anima mea morte justorum*. Hæc de Bellarmini exceptione.

22. Patet hinc, quid sentiendum de illorum sententiâ, qui נֶפֶשׁ, & ψυχὴν in hellenismo

locis ſæpè occurrit apud eosdem, ſemper ſynecdochicè ſumeretur, nunquam propriè, quod abſurdum. Nam figura eſt poſterior ſenſu proprio.

23. *Tertiò Flacius* negat, נֶפֶשׁ ſignificare cadaver, ſed potiùs accipit de hominibus mortuis. *Nam & mortuos* (inquit) *adhuc ſolemus homines, parentes, aut liberos vocare per quandam vel ſynecdochen vel Catachreſin; ſicut Levitic. XXI, 11. mox illud* נֶפֶשׁ *exponitur per patrem & matrem, nec quisquam ſanus dixerit, iſtas voces, pater & mater, idem valere, quod cadaver.* Hæc ille. ℞. Verum quidem eſt, mortuum dici hominem, quin etiam patrem, matrem, idq; per æquivocationem ſeu ſynecdochen conjunctam cum Catachreſi: At cùm נֶפֶשׁ de mortuo dicitur, de ſolo corpore intelligi debet, quia locus citatus ſic exponitur: עַל כָּל־נַפְשֹׁת מֵת לֹא יָבֹא לְאָבִיו וּלְאִמּוֹ לֹא יִטַּמָּא: *i. e. ſuper ullam animam mortui i.e.* mortuum aut cadaver, *non ingredietur; ſuper patrem ſuum* (mortuum, ſeu cadaver mortui patris) *& ſuper matrem ſuam* (ſcil. cadaver mortuæ) *non contaminabit ſe.* Anima enim mortui non poteſt poni pro homine mortui, ſed pro corpore mortui ſeu patris ſeu matris; nam מֵת poſteà

in specie de matre & patre intelligitur, uti liquet textum inspicienti, & gradationem.

24. IV. *Alij* etsi partem pro parte poni concedant, negant tamen esse Synecdochen, sed potiùs referunt ad metonymiam contenti pro continente, ut §.3. suprà ex Augustino diximus, & patet ex *Amesio ad responsionem in loc. cit. Bellarmini.* Respondet *Wagnereckius*, pertinere ad Synecdochen ponere contentum pro continente. Ego quidem, etsi haud concessero, quamcunq; Metonymiam apud Rhetores synecdochē dici posse, cum detur continens & contētum, quorum neutrum est pars propriè dicta respectu alterius aut fuit; eô moveor, dici debere partis pro parte synecdochen, non Metonymiam, quia §. 6. & 7. exempla leguntur, quæ respectum continentis & contenti haud involvunt: adeoq; accidit potiùs synecdochicæ locutioni, si respectus continentis & contenti accedat. Quamquā lis hæc foret de nomine.

25. Hæc mea est de Syuecdoche, toties inculcatâ, sententia, quam si *Rhetores ignorare* dicas, Ry. ignorent illi, nos sciamus. Etiam Logici hactenus locutiones universales in speciem affirmantes, sensu autem

reve-

reverâ negantes ignorârunt, quas tamen exempla confirmant. sensim disciplinæ perficiuntur, non uno actu & impetu. Vide Cl. *Vossium in Instit. Rhetoric.* ubi multa â Rhetoribus tradita non sine ratione gravissimâ emendat, alia complura supplet.

Vide disp. II. de locut. sacris à §. 2. usq; ad 13.

26. Deniq; circa loca §. 1. adducta, duplex, meo judicio, error notandus. I. in *Psalm XVI, 10.* ubi synecdochen geminam, eamq; planè contrariam urgent, ac נַפְשִׁי ipsis est, *me* & *corpus meum*, juxta *Piscatorem*. II. in loco *Genes. XLVI, 26.* ubi cum *anima* dicuntur *egressæ è femore*, id de toto i.e. quâvis hominis parte accipiunt synecdochicé. At nõ quodcunq; de toto, illicò de quavis parte dicitur. Sic occidi de homine dicitur, mimimè de anima; nec propriè partium est, sed totius. aliud est totus, aliud totum hominis.

LIB. I. CAP. II.

De sensu verborum Propheticorum Micheæ V. 2.

I Misso nunc Rhetore, Grammaticum intueamur, & quàm rectè suis ille partibus fungatur, maximè in Oraculis enarrandis, quæ Prophetæ cecinére, dispiciamus. Exempli

empli loco visum est acutè inspicere locum *Michea, quem Cap. V*, 2. offendimus ibiq; attentè perpendere 1. quid sibi velit vox צָעִיר. 2. quid verbum לִהְיוֹת importet. 3. quo sensu מוֹצָאוֹת usurpetur.

II. De *primâ quæstione* quamobrem simus soliciti, causas habemus prægnantes. Scripsit superiori seculo Mülhusanus quipam Apella, *Rabbi Lipmann*, refutationem Evangelistarum atq; Apostolorum iis in locis, quæ ex V.T. in Novum sunt derivata, quò autoritatem Novi fœderis divinam elevaret. Idem ἀθέως quosdam in Galliâ molitos, auctor est *Fr. Junius in præfat. librorum quos parallela sacra* inscripsit. Is testatur, se puerum vidisse versutissimas eorum technas, & machinationes gravissimas, quibus animæ suæ insidias periculosissimè fecerint, dum ἐναντιοφανῆ ὡς ἐναντία subindè satisq; gloriosè obtrudere ausi sint, adductis acervatim dictis è V. Novoq; T. inter se collatis. Talis locus, è Prophetâ jam adductus, in speciem pugnare videtur cum *Matth. II, 6.* Nam quod minimum est Prophetæ, Evangelistæ minimum esse negatur. Variæ inventæ sunt solutiones, quas perstringit,

suam

ſuam unicè dilaudans, *Abrah. Scultetus, Exercit. Evangelic. libr. 1 cap. 5.*

III. *O Divina*, infit, *Grammatica, quibus ego te laudibus* celebrem? *Tu es verborum illa regina, & Phraſium Domina, quæ obſcura* illuminas, *impedita explicas, & ab interpretum Veterum pariter & recentiorum perplexis reſponſis nos liberas. Absq́; te eſſet, ſubaudiremus particulam adverſativam TAMEN. Absq́; te foret crederemus, reſpexiſſe Matthæum ipſius Prophetæ exitum, ſcil. quòd ignobile opidum cum celeberrimis civitatib. de gloriâ ob editum in lucem Meſſiam certare posſit. Absq́; te eſſet, ſtatueremus, referri verba, ut Scribæ ea citâſſent, quod longè eſt falſiſſimũ. Matthæi enim interpretationem ex Prophetæ mente eſſe conceptam, tu divina doces grammatica.* Hæc ille. Nimirum vult ille צָעִיר maſculinum ex Hebraiſmo poni pro neutrô, quo deſtituuntur Hebræi, ut hæc ſit textus μετάφρασις: *Tu Bet-lehem Ephrata, parùm eſt, ut ſis in millibus Judæ, aut inter Principes Judæ* i. e. *nequaquam minima es inter Principes Judæ.*

IV. Digna profectò Grammaticæ laus, quæ cùm ſuperiore tempeſtate eviluiſſet, Barbarie alia, alia ineptiis Monachorum conſper-

conſperſit, complevitq; inſcientia: At non tutum ubivis, quæ Grammatici rectè tradunt, ire applicatum; alia præter ſcita illa proſtant media, quibus juxta præcepta illa nitimur. O divinæ *Concordantiæ*, quibus ego vos Encomiis efferam? Vos, præterquã quod verborum & phraſium germanos ſenſus exhibetis, uſum, qui longè lateq; diffuſus, monſtrantes, obſcuriſſimis quibusq; locis in lucem ſubminiſtratis, quàm impeditiſſima explicatis, longè intricatiſſima evolvitis, & à commentatorum placitis, hodiè aut nudius tertius exortis, in veritatem nos vindicatis. O Aſſertores! O Vindices! Absq; Vobis foret, crederemus cum Sculteto צָעִיר pro neutro, vel quod ampliùs eſt, adverbio eſſe poſitum.

V. Non eo inficias, nonnunquam maſculinum aut fœmininum pro neutro poni, v. g. *1. Reg. XV, 5.* fecit David אֶת־הַיָּשָׁר rectũ in oculis Domini: LXX. τὸ εὐθὲς. *Mich. III, 9.* אֵת כָּל־הַיְשָׁרָה omne rectum pervertitis: LXX. πάντα τὰ ὀρθὰ. *Daniel. III, 18.* יְדִיעַ: LXX. Γνωστὸν, notum ſit tibi, ô Rex, quod Diis tuis non incurvamus nos. *Matth. XV, 26.* לָא שַׁפִּיר, non eſt bonum, accipere panem filiorum, & projicere canibus. *Pſalm.*

XVII, 8. واحدة unum petii â Domino, & go [ه] i.e. illud requiram Atq; hóc non solius linguæ Hebraicæ proprium, sed omnium ferè Orientalium commune est principium, quod utinam novissent Scholastici! *D. Thomas* quidem certè, cui Angelico Doctori nomen est, adeò hîc absurdus & ridiculus est, ut vix quid sentiat, referre ausim. Accipite tamen quid velit: *Cherubim*, inquit, *& Seraphim sunt masculini generis, & pluralis numeri desinentia in IM & ponuntur pro pluribus personis unius ordinis. Cherubin & Seraphin desinentia in IN sunt neutrius generis pluralis numeri, & ponuntur pro toto Collegio unius ordinis.* Verumenimverò neutrum Hebræi ignorant, Cherubim & Seraphim in ים formant, quos latinus codex ferè sequitur: Et, si quando pluralis desinit in ין, Chaldaismum sapit. Græci quidem Χερουβίμ, & Χερουβίν indifferenter usurpant, quin etiam neutro genere & numero plurali τὰ Χερουβίμ transtulére, non quod ejus sint generis apud Hebræos, aut quod Hebræi genus neutrum habeant; sed quia in Angelis non est sexus: vel juxta Græcæ Linguæ proprietatem, quæ Propria vocabula, terminationis præsertim sibi inusita-

4. sent. D. 9. art. 4.

tæ, diversis appellat generibus, maximè neutro, judice *Genebrardo in* Psalm. XVII, 23. Quamquam prior ratio parvi momenti videtur, cùm Græci dicant quoq; οἱ Χερȣ-βὶμ & εἷς Χερȣβ. Neutro tamen genere invenies, *Hebr. IX*, 5. in græco & vulgatâ.

in Comm Mich. c.V. VI. Placet itaq; *Lutheri sententia*. Is, quãvis concessisset, צָעִיר per parùm exponi posse, tamen *nec hoc ineptum est*, inquit, *si accipias* τὸ צָעִיר *adjectivè*. Addo ego, magis cũ phrasi consentit. Ita enim efferri solet illud parùm, ut explicetur per נָקֵל vel מְעַט. v.g. *Esai XLIX*, 6. נָקֵל leve est, ut sis servus meus ad suscitandum tribus Jacob. 1. *Reg.* XVI, 31. הֲנָקֵל num leve fuit, aut parùm est, ut ambularet in peccatis Jerobeam? Adde 2. *Reg. III*, 8. c. *XX*, 10. *Ezechiel. IIX*, 17. & 1. *Samuel. XIIX*, 23. dicitur: הֲנִקַלָּה num parùm est, in oculis vestris affinitatem contrahere cum Rege? *Genes. XXX*, 15. הַמְעַט num parùm est, quod acceperis virum meum, ut accipere etiã velis Mandragoras filii mei? *Numeror. XVI*, 9. & 13. *Josua. XXII*, 17. *Esai. VII*, 13. *Ezechiel. XXXIV*, 18. Interdum ut verbum קָטֹן adhibetur, ut 2, *Samuel. VII*, 19. & 1. *Paralipom. XVII*, 17. וַתִּקְטַן & parùm fuit etiam hoc in oculis tuis, Domine

mine DEUS. Oſtendat jam uſum hunc לִ צְעִיר, Sculcetus, aut quem ille ſecutus eſt, *Oſiander*, & manus illicò ſumus daturi.

VII. Hoc me non fallit, *Chaldaum* vocabulo זְעֵיר vel זְעֵר ex Hebraiſmo, ad ſuum genium deflexo, uti pro Hebręo נָקֵל & מְעַט. Sic *Eſai.* VII, 13. הַמְעַט לָכֶם, num quidnam res parva vobis (ſcil. videtur) dolore afficere Prophetas? *Ezechiel.* XXXIV, 18. הַמְעַט לָכֶם, num res parva vobis eſt, bona paſcua depaſci? *Ezechiel.* VIII, 17. הֲנָקֵל numquid parum eſt domui Judæ, quòd faciat abominationes, quas hîc fecerunt? Syrus quoq; 1. *Corinth.* IV, 3. phraſin expreſſit voce Hebraiſmum reſpiciente, ſed in abſtracto לִי בִּזְעֵירוּתָא, ἐμοὶ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν; mihi pro minimo eſt, ut â vobis judicer, aut ab humano die. Nuſpiam autem illud צָעִיר ſenſu Oſiandrino, quem *Scultetus* tanquam intellectu facilimum ſecutus eſt, occurrit.

IIX. Quin etiam ſi uſum vocabuli צָעִיר abſolutè attendamus, longè veriſimiliùs diceretur, poſitam vocem pro Comparativo, quo Hebræi cum Chaldæis & Syris deſtituuntur, etſi Arabes eum agnoſcant, & reliqui adjectis quibusdam particulis efferant: Imò pro ſuperlativo paſſim recepta eſt di-

ctio v. g. *Genes.* XXV, 23. וְרַב יַעֲבוֹר צָעִיר & parvo serviet magnus i. e. major serviet minori. *Genes.* XLIIX, 14. Jsraël posuit dextram suā super caput Ephraim וְהוּא הַצָּעִיר: LXX οὗτος ἦν νεώτερος. *Genes* XIX, 31. dixit primogenita אֶל־הַצְּעִירָה LXX. πρὸς τὴν νεωτέραν. 1. *Corinth.* XV, 11. זְעוּרְהוֹן דִּשְׁלִיחֵא ὁ ἐλάχιστος τῶν Ἀποστόλων. *Matth.* V, 19. quisquis solverit unum τῶν ἐντολῶν τῶν ἐλαχίστων, Syrus: פּוּקְדָנֵא הָלֵין זְעוּרֵא. & quisquis docuerit ita homines, ἐλάχιστος, בְּצִירָא vocabitur in regno Cœlorum. Sic quoq; absolutè loquendo verteretur Michæas sensu, qui *Sculteto* prorsus esset contrarius: Et tu Beth-lehem Ephrata minor es, quàm ut sis in millib Judæ, seu principibus. Confirmationis loco accedit, quod optimè sic inter se conveniant dictiones אַתָּה tu, & צָעִיר eod. quippe genere: cùm contra parum illud, quod urgetur, rectè notante D. *Luthero*, Adverbium potiùs sit quàm ut nominis vim induat.

IX. Deniq; si sensum *Sculteti* Propheta innuere voluisset, abstracto מִצְעָר potiùs fuisset usus, hoc modo: parvitas vel res exigua est, quod sis in millibus Judæ. Verum cum nec id receptum esset, abstinuit, adeoq; alium sensum verba gignant, neces-

se

e est. Neq; tanti momenti est ratio *Sculteti*, ex connexione seu particulâ γὰρ, quam Matthæus addit, petita. Nam, si more Scripturis usitato, ה præfixum interrogativum ad vocem צָעִיר subaudias, res est salva, aliisq; Viris Doctissimis probatur; more, inquam, Scripturis usitatô, licet in hisce talibus vix gestu & pronunciatione sermonem juvet Scriptura, nec destituatur interrogationis indicio, etsi notulas â literis distinctas cum aliis linguis minimè agnoscat. Ita quippe, seposito usu, Grammatices præcepta perperàm adhibentur. Nam sæpe numero quod absolutè loquendo obtinet, in comparatione & relatione ad certam aliquam phrasin ritè haud usurpaveris. Quicquid igitur sit de conciliatione, *Scultetus* certè rem acu, quod ajunt, non tetigit.

X. *Alius quidam, Vir doctissimus*, in [d. B. I. p. 104. viam secutus, ceu ipsi persuasum, magis expeditam, *Bethlehem*, ait, *Prophetæ dicitur minima ratione existentiæ (expressè enim Propheta addit* לִהְיוֹת *ad existendum, q. d. ratione existentiæ tu minimas) â Scribis dicitur maxima ratione nativitatis, quam præbebit maximo Regum Messiæ.*

 Hæc

Hæc ille: circà quæ commodum mihi in mentem venit verborum acutiſſimi *Maldonati* in *cap. 1, 14. Johann. Non diſſimulo*, inquit, *odio mihi eſſe illam in tractandis divin. literis tàm argutam, tâm curioſam, tàm audacem ſubtilitatem; nihil enim periculoſiùs. quàm indulgere intemperanter ingenio.* Rectiſſimè omninò, operam namq; perdit, quin imò in periculum etiam incurrit multa aut falſa, aut ridicula, aut certè aliena comminiſcendi, quisquis metaphyſicam ſubtilitatem â Grammaticis repoſcit, quorum fidei nunquam fuit concredita.

XI. Profectò enim eſſentia vel exiſtentia Hebræis, ſi accuratè hîc loqui velimus, vocatur תּוּשִׁיָּה, â יֵשׁ eſtvel conſiſtit, uti Syris קְנוּמָא & הָיוּתָא, ab הָוָא, eſt ſubſtâtia aut ὑπόςασις, & Rabbinis הָיוּת, qui, ubi vocabula Hebræos deficiunt, ad analogiam nova procudere amant, adeóq; ratione eſſentiæ Hebræis diceretur, ſi uſus ſubtilitatem admitteret, בְּתוּשִׁיָּה, non verò הָיוּת. Deinde ſi לְהָיוֹת eſſet idē, quod ratione eſſentię, quidni in eod. Prophetę loco של לְהָיוֹת eſſet Dominator ratione eſſentiæ, cū ibi prædicatur dominiū Chriſti, quà homo eſt, utpote in tēpore collatū, quod ipſi eſſe eſſēntiale aut ratione eſſētiæ cōpetere ſan, dixer

nemò. Accedit, quod illud לִהְיוֹת salvâ manente textus integritate omitti potuerit, seu omissum est, *Matth.* II, *6.* Nâm verbum substantivum, quod Hebræis usitatè deest, Græci, & in comment. Rabbini tantùm supplent. Hinc *R. David Kimchi* sic reddit: אַף כִּי שֶׁהָיִיתָ צָעִיר בְּאַלְפֵי יְהוּדָה מִמְּךָ לִי יֵצֵא שׁוֹפֵט לִהְיוֹת מוֹשֵׁל בְּיִשְׂרָאֵל וְזֶהוּ הַמֶּלֶךְ הַמָּשִׁיחַ i. e. Etiamsi fuisti parvus in millibus Judæ, ex te mihi egredietur Judex, ut sit Dominator in Jsraël, & ille est Rex Messias. Supplevit enim τὸ הָיִיתָ & omisit לִהְיוֹת, textum tamen de Messiâ explicat & superaddit adversativam.

XII. Postremò dictionem מוֹצָאוֹת videamus, eiusq; sensum genuinum indagemus. Photinianus *Joannes Volckelius, Misnicus*, Nostris, æternam Filii â Patre generationem inde probantibus, hisce respondet: *Tantùm abest, ut locus ille quicquam ad hanc sententiam stabiliendam habeat momenti, ut ibi ejus ne vestigium quidem appareat. Præterquam enim quod egressus vocabulum latiùs quàm generationis patet, nullo verbo indicatur hoc loco, egressum ex ipso Deo aut ex Divina ipsius substantiâ intelligi. Sed quid multis opus? Annon Prophe-* *lib. 5. de V. R. c. 12.*

tæ ipſius verba clariſſimè oſtendunt, de egreſſu Chriſti ex opido Bethlehemitico, & natalibus ex illuſtri Regum ſtemmate ſermonē eſſe? Præceſſerat autem: Nam ex te, ſcil. Bethlehem, egredietur mihi Dux. Cur ergò de alio egreſſuum (nam in Hebræo plurale eſt) aut natalium genere hîc diſputamus? Hæc ille. Examinabo pauca à Photiniano prolata.

XIII. Primò Egreſſum latiùs patere ait, quàm nativitatem. Fatemur, nonnunquam rem ita ſe habere, ſed hîc coincidunt, ceu paſſim alibi יָצָא applicatur ad nativitatem, *Genes.* XXXV, *11.* יֵצְאוּ מְלָכִים מֵחֲלָצֶיךָ, Reges è lumbis tuis egrediuntur. *Judic.* IX, *30,* Gideoni fuêre LXX. filii יוֹצְאֵי יְרֵכוֹ, egreſſores femoris ejus. *Job. I, 25.* nudus egreſſus ſum ex utero matris meæ, יָצָתִי מִבֶּטֶן אִמִּי. Interdum abſolutè, nec additis aliis vocabulis occurrit, ut *Genes. X, 14.* אֲשֶׁר יָצְאוּ מִשָּׁם פְּלִשְׁתִּים, *è quibus egreſſi ſunt Philiſtim. 1. Paral.* II, *53.* מֵאֵלֶּה יָצְאוּ, *ex iſtis nati ſunt.* Idem obtinet hîc, ubi de oppido ſermo, cui nec femur, nec uterus, nec lumbi competunt.

XIV. Sed, quid multis verbis opus eſt? Per מוֹצָאוֹת aut egreſſio localis, aut familia, aut deniq; generatio divina intelligitur.

Non

Non illa: præterquàm enim quòd *Photiniani* de eâ non ſunt ſoliciti, dignitas accedere debet opido Beth-lehemitico ob egreſſum hunc, eaq́; talis, ut quàm longè ſuperior ſit omnib. urbibus Judææ celeberrimis: id verò minimè præſtat localis egresſus vel motus, qui Meſſiæ (de quo unanimi conſenſu omnes Judæi intelligunt cum Photinianis) tribuitur etiam reſpectu urbiũ illarum. *Non iſta*, cùm quia nuſpiam Hebræis familia dicitur מוֹצָאוֹת, ſed vel בַּיִת, vel מִשְׁפָּחָה, vel תּוֹלְדוֹת, vel deniq́; שְׁבָטִים: & Chriſtus ratione familiæ dicatur filius aut ſemen Abrahæ aut Davidis, addito familiæ capite: cùm quia מוֹצָאוֹת Meſſiæ tribuîtur מִקֶּדֶם מִימֵי עוֹלָם â quondam â diebus æternitatis; eòusq; verò familia illa ſeſe non extendebat, ſcil. Davidica, de quâ Photiniani intelligunt. Et ſi â familiâ celebri, eâq́; antiquâ Chriſtum commendare voluiſſet, ab Abrahamo potiùs ejus originem arceſſere potuiſſet, quæ duratio Davidica longè fuiſſet major.

XV. Excipit *Volckelius: verba illa, quæ reddita ſunt* â dieb. æternitatis, *nihil aliud ſignificare, quàm* â diebus ſeculi, *nec poſſunt de ejusmodi æternitate intelligi, quæ omni careat prin-*

 cipio;

cipio; repugnant enim voces: â principio, *pro quib. illa ponũtur; & ipsa vox* dierũ, *quæ nõ nisi de certo aliquo tẽpore usurpatur, reclamat*: *sed ut alibi significãt tẽpora antiqua seu prisca.* Principii *autem vox ad subjectã materiam semper referenda est. Jam verò hoc loco de Duce seu Dominatore sermo est, qui Bethlehemi sit nasciturus, & qui pascere, & curare debet populum Israëliticum.* *Quare illud* principium *rectè refertur ad illud tempus, quô primò cœperunt ab ipso DEO Reges Israëlitarum constitui, & quidem ex eod. oppido Bethlehemitica oriundi.* Hæc ille.

XVI. At enim verò nec dictio מִקֶּדֶם nec vox מִימֵי repugnat, quò minùs æternitas propriè dicta hinc colligatur. Nam מִקֶּדֶם, quod passim de diebus antiquis intelligitur, indifferenter se habet ad id, quod initium in tempore sumpsit, & quod nullum agnoscit initium temporis, adeoq; verti potest: â quondam, *à principio, ante principium*, scil. mundi, quòd aliàs dicitur: πρὸ καταβολῆς κόσμου. Voces autem מִימֵי עוֹלָם determinatè important æternitatem, quàm ex mundi initio æstimat, atq; ea ipsa DEI æterni est descriptio, quod fueri מֵעוֹלָם vel מִיּוֹם, anteqnam mundus, antequam dies esset ullus. Nimirum in textu est grada-

tio & ἐπεξήγησις; nec satis habuit Propheta dixisse, nativitatem illius Dominatoris fuisse aut futuram in Bethlehem, multò post, quàm Propheta providerat, sed addit insuper aliam nativitatem, juxta quam extiterit מִקֶּדֶם, &, si quis ibi ambiguitatem latere velit, מִימֵי עוֹלָם, à cõditu mũdi, seu ante mũdũ conditum, cum quo originẽ haud sumserit. Usq; adeò parùm erat, commendâsse opidum ab eo, quod cum Davide Dominator ille comune habere debuit, singularia poscit, & eã laudẽ, quod juxta cũ homine DEUM daturum sit opidum Bethlehem.

XVII. Atq; hæc est subjecta illa materia, de quâ Propheta intelligendus, non autem sola nativitas ex Bethlehem, ut sibi Photinianus persuasit. Falsum quoq;, vocem יְמֵי non accipi nisi de certo aliquo tempore, physico scil. & reali; æternitatem enim Dei, quæ temporis excludit differentias, non minùs accommodatè ad captum nostrum scriptura tempore imaginario æstimat, ac præsentiam ejus loco, lociq; adverbiis, & dictionibus, cùm tamen ubiq; sit repletivè. Nec ipsi hoc vitare possunt Philosophi, qui locum negant, adhibitis loci adverbiis, cum disputant, supra Cœlum

non eſſe locum. Accedit, quod מוֹשֵׁל ille *Micheæ* IV, 7. diſertè vocatur יְהוָה, & quod *Proverb.* VIII, 22. 23. Deus Meſſiam *poſſidere* dicitur קֶדֶם מִפְּעָלָיו *ante opera ſua*, מֵרֹאשׁ, מִקַּדְמֵי אָרֶץ, *à principio, ab ortu aut origine terræ*, מֵאָז *ex tunc*. Ita ſcil. verba Scriptura glomerat, ne quis de ſpatio temporis determinatô accipiat. Idem hîc quoq; â Micheâ obſervatur, qui verbis aliis atq; aliis ſubindè auget.

XIIX. Relinquitur itaq;, nativitatem, eamq; divinam per מוֹצָאוֹת innui, non eam quidem in terminis talem, quæ fiat ex eſſentiâ divinâ, id quòd ſecundo loco hîc notandum erat, ſed quæ tamen immotè hinc fluat, cùm nec creatio ſit, teſtibus Photinianis, nec impropriè dicta nativitas i. e. adoptio: negant enim Chriſtum eſſe filium DEI adoptivum: & licet naturalem eſſe inculcent, inficiantur tamen eum מִימֵי עוֹלָם fuiſſe filium Dei naturalem, ſed cœpiſſe in Mariâ Virgine. Nec deniq; ratio in textu per cauſalem particulam ab Evangeliſtâ notata convincit, de uno tantùm egreſſuum genere ſermonem eſſe; nam & hæc ratio eſt eminentiæ cujusdam inter alia oppida, aliasvè civitates, quod Meſſias è Betlehem

carnis

carnis ratione esset oriundus, etsi posteà majorem subinnuat Propheta, scil. non purum hominem, sed DEI ipsius filium, Patri coæternum, futurum Messiam, utpote cujus nativitas â diebus seu ante dies seculi facta sit.

XIX. Superest unicum dubium, quô sententiam hanc urgere queant *Photiniani*. Quod si enim agitur de divinâ Christi, quã supponimus, naturâ, quî factũ, ut in plurali numero dictũ sit מוצאותיו? Illud enim rectiùs longè competeret familiæ, ubi multæ longâq; serie deductæ generationes vel egressiones, quàm nativitati singulari? Sanè *Galatinus de arcan. Cath. Veritatis* tribuit ma- *Lib. 7. c. 3.* gni nominis Judæo *Rabbenu Haccadosch*, quod in libro, qui inscribitur גליוזיא, Gala Razia (qualem Norimbergæ etiam hoc seculo *R. Otto*, Academiæ hujus Professor, edidit) quod hoc sensu Prophetam explicârit: *dicit Propheta, egressus, in numero multitudinis, quia sunt duo Messiæ egressus, unus divinitatis, quæ est ab æterno, alter humanitatis, quæ in suæ matris extat substantiâ, quæ est creata ab horâ creationis mundi.*

XX. Verùm complures fidem *Galatini* su-

ſuſpectam reddunt, nec de libro ejusmodi ſive Judæis, ſive Chriſtianis quicquam conſtat. Adde, quod ejusmodi Judæo contra Scripturas nihil fidei adhiberi poteſt: I. enim matrē Meſſiæ fecit primam DEI in humano genere Creaturā: at Eva certè nō fuit, quæ fuit mater omnium viventium, ut alia abſurdiſſima abſurda taceam. II. Si duæ notarentur egreſſiones, una divinitatis, altera humanitatis, & quidem eadem voce מוֹצָאוֹת, ſequeretur, utramq; tempore Prophetæ factam jam fuiſſe, & quidem מִימֵי עוֹלָם; id quod non tantùm Judæis adverſatur, ſed ipſis quoq; Chriſtianis.

XXI. Hoc quidem tanquam multò certiſſimum aſſero, adſtrui â Prophetâ geminam nativitatem, ſed eâ non innuitur dictione plurali, quâ potiùs ratione, duali Propheta uteretur: Cauſa enim pluralis eſt generationis divinæ perfectio, quam quidem, pro ratione ſubjecti, crebrò Hebraismus hoc modo innuit, v. g. *Pſalm.* XCIIX, *ult. Dominus judicabit populos* בְּמֵישָׁרִים, *in rectitudinibus & juſtitiis*, juſtiſſimè. *Exodi* XXIIX, *30. pones in pectorali judicii* אוּרִים וְתֻמִּים, *illuminationes & perfectiones*, *i. e. Vatablo* interprete, illuminationem & perfectio-

ctionem summam. Sic quoq; מָעֻזִּים, *Daniel.* XI, 38. maximã fortitudinem, & חָכְמוֹת *Proverb.* IX, 1. summam importat sapientiam.

LIB. I. CAP. III.

De verbo חָלַק, *quo usus est Moses Deuteron.* IV, 19. *& genuino ejus loci sensu.*

I. Adorationis cultum solius DEI esse proprium, passim divinæ loquuntur literę. Hinc per *Esaiam* dictum est â Domino, *gloriam divinã nemini cuiquam dandã esse*, nisi scil. idem ex unione ad Deum omnipotens sit & omniscius. Et toties Jsraëlitis interdicitur, ne Solem, Lunam, exercitum Cœlestem prostrati adorent. Jsraëlitis (inquam) nam de gentibus reliquis verba oppidò dura sunt, *Deuter.* IV, 19. de quibus inter Autores variant sententiæ.

II. Ea verò sic habent: ne eleves oculos tuos ad Cœlos, & videas Solem, Lunam, Stellas &c. & servias eis: אֲשֶׁר חָלַק יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֹתָם לְכֹל הָעַמִּים תַּחַת כָּל־הַשָּׁמָיִם. *Arias Montanus* transtulit: *quos partitus est Dominus Deus tuus omnibus populis*

lis sub omnibus Cœlis. At enim quo sensu tandem dicitur Deus populis exercitum cœlestem partitus? *Vulgata* reddit: *ne colas ea, quæ* creavit *Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub Cœlo sunt.* Sanè hâc ratione divisio illa refertur non ad cultum aliquem, quo Gentiles astra prosecuti sunt, sed ad ministeriun, ab omni idololatriâ alienum, & quod nos potiùs ab eadem avocare debet, & in cognitionem Dei deducere, qui stellis ad usum nostrum est usus, ceu monet Psaltes *Psalm.* XIX, *1.* Cœli enarrant gloriam & opus manuum ejus annunciat firmamentum. Nimirùm hoc ipso *ἀναλόγως* creator perspicitur in creaturis, & tantò creditur major & melior, quò horum omnium auctor est, quæ creata sunt, atq; causa æquivoca, ut colligit *liber Sapientiæ Cap.* XIII, *3, 4, & 5.* Adde *Siracidem cap.* XLIII, *5. & 12.*

III. *Sixtinus Amama in censurâ hujus loci*, si vocem spectes, pessimè, si rem & sensum, non admodùm benè Vulgatum reddidisse judicat, eò quod non simplex notetur stellarum ministerium. Profectò חָלַק nusquam idem est, quod creavit, nedum, quod creavit in ministerium creaturarum, adeóque

que versio cum voce haud convenit. *Valent. Schindlerus* quidem, Vulgatæ Autorem respexisse putat ad خلق quod est creare tùm in Sacro tùm in profano sermone Arabum. Verùm dissentio ab illo, cùm, quòd vix Hebraismum benè expresserit Vulgatus, tantùm abest, ut Arabica attigerit, aut sectatus sit: tùm quòd illud formaliter non sit creare in ministerium alterius. Accedit oppositio inter Judæos, de quibus negatur, *Deuteron.* XXIX, 26. quòd Diis alienis i.e. stellis & exercitui Cœlorum fuerint attributi, & inter ethnicos seu gentes, de quibus hîc asseritur talis attributio seu divisio. Itaq; non poterit intelligi creatio ad ministerium Judæis & Gentibus commune. Scio *Chaldæum*, aliosq; eum secutos explicare Mosen de beneficiis, quæ Judæi ab idolis non acceperint; verùm Textus longè sonat aliud, quin aliud locorum collatio etiam non accuratissimè inspecta postulat.

IV. *Alius quidam* vir celebris de naturali DEI notitia è rebus creatis, earumq; aspectu oriunda disputans, verbum חָלַק multò interpretatur aliter. *Deuter.* IV, 19. (inquit)

(inquit,) *de Sole, Luna, & Stellis dicitur, quod diviserit Jehova omnibus populis sub cœlo, ut sc. illis serviant & utilitatem præstent, sed Hebræũ חָלַק significat etiam blanditus fuit. Sensus igitur est, quod DEUS illis cæli luminarib. invitet atq; alliciat omnes gentes ad sui agnitionem & celebrationem.*

V. Sic ille: verùm sensum Mosis non est assecutus. Nam חָלַק Hebræis non sumitur in Kal, nisi שְׁנֵי-פָּנִים i.e. sensu gemino. sc. 1. לְשׁוֹן חִלּוּק, significatione divisionis; deinde 2. לְשׁוֹן חֲלָקוּת significatione mollitiei & lævitatis: at in Hiphil הֶחֱלִיק est propriè emollire, lęvigare, ac trãslatè, blandiri. Qui itaq; de blãditiis Mosen accipit, significatione propriam cum impropriâ cõfundit, nec discrimen conjugationum Kal & Hiphil observat, quo tamen observato maximè opus esset. Favere quidem videri potest isti sententiæ locus *ex Ps. LV*, 22. חָלְקוּ מַחְמָאֹת פִּיו quib. vocibus notatur blanditia; ea verò nõ innuitur solâ voce חָלְקוּ sed integra phrasi, ceu in illo: *solvere corrigias calceamentorum* ministerium indicari solet, non verò in sola voce solvere, sed in tota locutione. Accedit, quod si sermo esset de blanditiis, nihil proprium haberent Judæi: nam hoc ipsis cum

cū Gétibus est comune, quod intuitu exercitus cælestis homo perducatur ad DEI notitiam: quî itaque diceretur *Deut. XXI r*, 26. *de* Israëlitis לֹא חָלַק לָהֶם? scil. juxta eorum sententiam Judæi intuitu astrorum ad notitiā DEI de duci nō possunt. Etsi verò revelatione DEUM habuerint cogni um Judæi, notitia tamen, quæ ex creaturis petitur, hîc non excluditur. Neque finis divisionis hîc notatur ille, videlicet Creatoris agnitio, cùm disertè de Idololatria sermo sit, quæ DEI notitiam supponit.

VI. *Iudæi* tradunt, hunc locum esse in numero illorum quatuordecim Dictorum, quæ LXX. Interpretes interpolarint, sermonem Hebraicum in Græcum transferentes. Recésentur autem illa *in lib.* יַלְקוּט *ad v.1.c.1. Gen.* assignantur LXXII Interpretibus totidem cellæ, quibus seorsim ab aliis alii, non tamen aliam, sed eandem prorsus ediderint versionem Græcam Mutasse vero non ipsum textum, sed versionē textui attemperasse feruntur. E.G. *Gen 1. v.1.* ordinem mutarunt hoc modo: אֱלֹהִים בָּרָא בְרֵאשִׁית, i.e. *Deus creavit ab initio* ne scil. Deum ipsum in principio nescio quis בָּרָא creasse dicatur. *v.* 26. numerum & perso-

D nas

nas ità LXX. mutarunt: אֶעֱשֶׂה אָדָם בְּצֶלֶם בִּדְמוּת, *faciam hominem ad imaginem & similitudinem*, ne occasionem Idololatriæ Ptolomæo darent. *Genes.* II, 2. diem mutàrunt: וַיְכַל בְּשִׁשִּׁי, *& perfecit die sexto*, ponentes pro 7. die sextum, ne scilicet egisse aliquid & cessasse tamen die septimo dicatur. *Gen.* XI, 7. singularem itidem pro plurali substituerunt, ne occasio esset plures fingendi Deos. Sic itaque *Deut.* IV, 19. iidem interpretes addidisse leguntur vocem לְהָאִיר, *ad lucendum vel ad subministrandam lucem. Vnde & R. Salomo* ad verbum חָלַק annotavit, לְהָאִיר לָהֶם, *ut lucem præberent eis*. Reliqua loca, quæ LXX. immutasse dicuntur, vide *Gen.* XVIII, 12. C. XLIX, 6. *Exod.* IV, 20. C. XII, 40. C. XXIV, 11. *Num.* XVI, 15. *Deut.* XVII, 3. C. XIV, 7. *Lev.* XI, 6.

VII. Verum enim verò quantum fidei tribuendum historiæ Judaicæ, in vulgus notum est, & quid de exemplis aliquot modò adductis sentiat *Drusius*, ipse exponit in Epistolis. Alibi quoque ex professo ipse ostendam. Sanè, etsi falso Mosen additamento hoc non exposuerint, tamen impertinenter & insufficienter verba restringunt ad commune ministerium, Judæis atque gentibus,

Epist. 16. 25. 93. 95. & seqq.

gentibus, imò & beſtiis conveniens; cùm tamen propter hanc ſive Dei actionem, ſive quo alio nomine vocare allubeſcat, diſertè Judæi opponantur Gentilibus, utpote quibus hactenus nil cum illis ſit commercii, quosque Dominus ex Ægypto evocatos, in populum hæreditatis ſibi adoptârit.

VIII. *Manaſſe Ben Iſraël* quidem aliter mentem LXX. Interpretum explicat: *addiderunt* (inquit) *vocabulum* לְהָאִיר, *quo ſignificabant, cæteras quidem gentes planetarum viribus obnoxias, at Iſraëlem in ſolius Dei tutela eſſe, ideoq; mox ipſa ſcriptura ſubjicit*: At vos ſumſit Dominus. *Nam* (ut inquit Abenezra) *experimenta approbarunt, unicuiq; populo, imò & urbi ſuum planetam eſſe: ſed Iſraëlem planetarum nulli ſubjectum, ſuo tantùm regimini ſubeſſe voluit DEVS. Hæc mens verborum ſcripturæ eſt.* *Quæſt. 2. in Deut.*

IX. At hæc neq; τῶν LXX. neq; ſcripturæ mens eſt. *Non illorum*, qui vocabulis uſi ſunt, ut ſonant, ne tenebras loco Moſaico offunderent, imò uti ſcript. iiſce uſa fuerat, *Gen.* I, *15.* ubi מְאֹרֹת, *luminaria* dicuntur *in expanſo poſita* עַל-הָאָרֶץ לְהָאִיר, *ut lucē ſpargerent ſuper terram*, ſcilicet univerſam, adeoque quibusvis ſentientibus, non vero ut in-

 fluant

fluant in creaturas rationales benevolo aut maligno aſpectu, ceu Manaſſe credit. Quin imò id unicè operam dederunt LXX. ne qua ratione Ptolomæum, à Republ. Iſraëlis alienum, offenderent: at numquid offenſio non fuiſſet, ſi ſibi ſolis Deum propitium eſſent polliciti: Ptolomæi autem fatum non ab ipſo Deo, ſed planetarum proſpero aut adverſo aſpectu mēſi fuiſſent, cui ita cordi erant res Judæorum, ut, quæ Deus eorum edidiſſet Oracula, ne quem laterent, in Græcum transfundi ſermonem curarit?

X. *Neq; hujus*. Repugnat enim commune Judæorum effatum, quod legitur *in lib.* חֲסִידִים : לְכָל־אָדָם יֵשׁ מַזָּל בְּרָקִיעַ. h. e. *nemo quisquam hominum eſt, quin planetam in cœlo habeat*. Hinc conſcripti ab illis Planetarum libri, ac licet clamitent *ex Prov.* XI, *8.* impium pii loco pœnas dare, Apellæ tamē, impietati mancipati, hîc minimè excipiuntur, uti nec gentiles, ſed in quavis gente, qui recta exequitur, Deo gratus eſt. Regunt aſtra homines, ſed regit aſtra Deus. Adde, quòd *Deut.* IV, *19.* non agatur de influxu aſtrorum ſive proſpero ſive adverſo, ceu liquet inſpicienti textum, ſed potius de eorum abuſu aliquo.

pag. ult.

XI. Tan-

XI. Tandem neque *Sixt. Amama placet in Censura ad h. l.* qui illud חִלֵּק accipit de ea divisione, qua singulis regionibus stellæ singulæ assignatæ sint, ut multa sint astra, quæ in nostro hemisphærio aut nunquam omninò aut per vicissitudines mensium & annorum tantùm se ostendant. Nam primò de Sole quoque sermo est, qui Judæis cum Gentibus quotannis & quot diebus comunis. 2. dicitur, quod *Deus* חִלֵּק *omnibus populis sub omni cælo* Præstat itaque, ut exponamus verbum חִלֵּק non de ipso actu divinæ divisionis, sed permissione, dum scilicet gentes, permittente ex justo judicio Numine, aliæ alios ex astris Deos aut de astros, in objecto cultus errantes, sibi adoptarunt. Subigit me necessitas, ut eò usque descendã; urget explicatio scripturarũ, *Act.* XIV, *16.* ubi disertè dicitur: *In præteritis generationibus* εἴασε *permisit vel dimisit Deus omnes gẽtes ingredi vias suas, quanquam intestatum se non reliquit, cælitus dans pluvias.* Confer de Judæis simile quid *Psal.* LXXXI, *13.*

LIB. I. CAP. IV.

De Germano Sensu Oraculi divini, Gen. IV, 7.

I. Verba DEI ad Cainum fratricidam

 consi-

consideraturus, universam tractationẽ tribus sectionibus absolvam. Prima expositiones varias enarrabit. Altera genuinum sensum indagabit; ultima de Consequentiis atque expositionibus, sectione prima adductis, liberrimum feret judicium. Libertas quippe, *Cunæo* auctore, *anima est judicii, maxime in Philologia, ubi salvâ fide in alia omnia discedere licet.* Certè enim *sacræ Philologiæ addicti, placentæ non sumus, ut omnibus placere queamus, nec vero esse debemus, cum nec omnes nobis placeant, & in nostro foro simus judices, ceu falsè ludit* Drusius: tantum abest, ut *aliorum haberi velimus Psittaci, qui verba & sonum sine mente referunt, & nunc rectè nunc perversè dicta deblaterant*, ceu alius loquitur Vir longè maximus. Nimirum *Lutherum* sequimur, qui in *Tract. de servo arbitrio* nil moratur *Hieronymum* parùm probantem. *Neq; enim de sensu Hieronymi* (inquit) *sed de sensu scripturæ disputamus: non patior me propter auctoritatem minorem à majori divelli, nec tantus est Hieronymus, ut propter eum Paulum deseram. Neq; enim mancipia sumus, ut vereamur in explicatione loci alicujus ab eo dissentire.*

2. Cæterum de prima sectione si agendum,

dum, Verba ipſa noverimus, neceſſe eſt. Ea verò ſic habent: הֲלוֹא אִם־תֵּיטִיב שְׂאֵת וְאִם לֹא תֵיטִיב לַפֶּתַח חַטָּאת רֹבֵץ וְאֵלֶיךָ תְּשׁוּקָתוֹ וְאַתָּה תִּמְשָׁל־בּוֹ׃. Inde varia cùm noſtra tempeſtate, tum vero ſeculis ſuperioribus fuere deducta. *Melanchthon in LL. CC. editis anno M. D. XXXV.* ſic legit: *nonne ſi benè feceris, recipies.* Atque inde colligit, *neceſſe eſſe, ut reſtet alia vita, in qua Abel recipiat præmium.* Hoc poſtea Philippi præmium *Balth. Hagerus*, more Jeſuitis recepto, in neſcio quam mercedem commutavit, quaſi ſcilicet qui vitæ ſanctimoniæ ſtudet, mercedem propriè dictam indidem expectare poſſit. Loco de Reſurr.

III. *B. Lutherus*, tranſtulit: Iſts nicht alſo/ wann du fromm biſt/ ſo biſt du angenehm? Inde *Remonſtrantes* talem nectunt verſionem: *nonne ſi benè feceris, erit acceptatio vel eris acceptus*, &c. *6. Confeſſ.* §. 4. nec non in *Apologia pro Confeſſ.* ſic colligunt, *Deum actiones internas moraliter per ſe bonas magis diligere & gratas habere, quam nudas perſonas. Non enim* (ajunt) *quia perſona utcunque placet, idcirco actiones tales placent, ſed contra quia actiões iſtæ placent, idcirco perſona placet.*

IV. Bellarminus, hominem in morali- *lib. V.*

ac G. & L. A. c. 22.

bus arbitrio libero prædicum esse, sanctè asseverat, usus in eam rem verbis præsentibus. Verba ejus hæc sunt: *Illa conditio* si benè *& illa* si malè *nonne etiam liberum ostendunt voluntatis arbitrium? Cur enim non dicimus homini, si solem stare feceris, sicut dicimus, si benè egeris, habebis hoc & illud, nisi quia non ignoramus, non esse in potestate hominis, ut solem stare faciat, esse autē ut benè agat, si velit vel malè, si nolit.*

V. *Patres Latini* talem exhibebant versionem, Græcos secuti: *nonne si rectè offeras, rectè autem non dividas, peccasti? quiesce.* Hîc innui putant, modum offerendi Deo sacrificium gratum, homine dignum; & quid peracto jam peccato facto sit opus. Rectè offerētem Cainum, pessimè divisisse, vilioribus nullo delectu habito oblatis; Itaq; admisso illo peccato, eundem rubore suffusum, ad pœnitentiam vocari. Inculcat hunc sensum & hanc sequelam ex *Ambrosio, Augustino & Chrysostomo* Jesuita Moguntinus, *Johannes Busæus in Viridario Christianarum virtutum, tit. de Oblat. sui Deo facta.*

VI. *Lutherus in Comm h. l* auctor est, *Gerundensem Mosen* ita exposuisse, ut hæc verba ad primogenituram Caini retulerit. Eam

Eam verò ſententiam in ſolidum tuetur *Bonaventura Corn. Bertramus in Lucubr. Frankēthalenſibus*, verſionem autem talem adornat: *Nonne ſi benè egeris* (erit tibi) *excellentia* (præcellens dignitas) *&*, *ſi non benè egeris, ad fores ipſas aberratio recubans?* (at verò) *tum erga te* (erit) *appetitus ejus*, *& tu poteſtatem habebis in illum, ſcilicet in Abelem.* Explicat verò verba illa in hunc ſenſum: *non eſt, mi Caine, quod tantoperè doleas, fratrem Abelem tibi in Eccleſia regendâ præpoſitum fuiſſe. Nam ſi in poſterum te ad frugem receperis, & in melius vitam commutaveris, futurum quoq; eſt, ut priſtinam tuam dignitatem recuperes: ita ut Abel frater tuus natu minor ſe tibi libentiſſimè ſubjecturus ſit, tibiq; jus tuum integrum & illibatum reſtituturus, ſicq; illi qualibet pro imperio injuncturus & præſcripturus ſis.*

VII. Hæ ſunt potiores loci hujus expoſitiones. Nam ad hanc ex parte quoque ſpectant, quæ Clariſſ. *Tarnovius* adfert, ea omnia in ſequentibus fuſius pertractabimus: Nunc uti ordo poſtulat, ſectionem ſecundam aggredior, & quæ difficultatem ſubinferunt, aut verò occaſionem dedére hiſce ſententiis, ſeorſim evolvo. Ordior autem

tem à dictione שְׁאָת, cujus sensum germanum quædam regulæ, nec non constructio diversa juvabunt.

VIII. *Regula prima* est *R. David Kimchi*
pag. 11 in *Michlol* לְפִי שֶׁהַמָּקוֹר וְהַשֵּׁם קְרוֹבִים יָבֹא
& 39. מָקוֹר בְּדֶרֶךְ הַשֵּׁם וְכֵן הַשֵּׁם יָבֹא בְּעִנְיַן הַמָּקוֹר׃
Ven. edit. h. e. *quia infinitivo cum nomine intercedit quædam affinitas, infinitivus pro nomine & vicissim nomen pro infinitivo usurpatur*, v. g. *Psal.* CI, *3. odio habui* עֲשׂוֹת־סֵטִים *facere prævaricatorum* i. e. מַעֲשֵׂה סֵטִים opus vel factum prævaricatorum. Adde loca, *1. Sam.* XV, *12. Deut.* XXV, *2. Psal.* CXXXIX, *2. Esa.* XXXVII, *28.* Exempla verò nominis loco infinitivi positi, hæc sunt, *Num.* X, *2. Deut.* X, *11.* ubi לְמַסַּע ponitur pro לְהַסִּיעַ, *ad proficiscendum*; *& eod. cap.* ע. *15.* לְאַהֲבָה אוֹתָם pro לֶאֱהוֹב. Confer *Esther.* IX, *19. Ezech.* XVII, *9.*

IX. *Altera regula* hæc est: non rarò ex præcedentibus ἀπὸ κοινοῦ aliquid repetendum est, & contrà ex seqq. ad præcedentia vox revocanda, ut sensus constet. Prior regulæ pars multis nititur exemplis, ubi non modo negativa particula repetenda, quàm etiam repetiit *Psal.* IX, *19. Chaldæus* cum Græco; sed vel ipsa nomina aut verba recurrere debebant, v. g. *Prov.* IX, *7. derisorem corripiens*

piens accipit sibi ignominiam, & increpans impium (לְקֹחַ) *maculam ejus.* *Sic Matth.* XVI, 3. *Hypocritæ, faciem cæli quidem nostis dijudicare, at signa temporum non potestis*, supple διακρίνειν. Confer loca *Matth.* V, 22. *Dan.* XI, 37. *Apoc.* XI, 8. *Esa.* XL, 14. *Psal.* VI, 2.

X. E posteriore autem parte nonnulla revocanda esse, declaratione indiget. Ad priora itaque reducenda vox gratis, *Mal. I, 10. Quis est inter vos, qui claudat fores?* (supple חִנָּם, gratis) *aut num acceditis altare meum gratis? Prov.* XIII, 1. *Filius sapiens* (שֹׁמֵעַ) *eruditionem Patris, at derisor non audit increpationem.* Hinc *Genebrardus* in *Comm. Ps.* 1, 5. textum per hypozeugma sic effert: *non stabunt Impii in judicio* (צַדִּיקִים, justorum) *nec peccatores in cætu justorum.* Neque inficias ire possumus, dictionem μόνος soli verbo λατρεύειν junctum æque ad verbum προσκυνεῖν pertinere, *Matth.* IV, 10. hoc modo: Dominum Deum tuum solum adorabis, & illi soli servies. Rationem etiam *Socinus* reddit *contra Bellarm. & Wiekum hanc: Aliter* (inquit) *Christus ad rem non respondisset, cum nominatim Diabolus ab eo requisivisset adorationem, non servitutem.*

XI. Jam verbum נָשָׂא variis modis con-

strui-

ſtruitur, & aliis atque aliis jungitur nominibus, præterquam quod שְׂאֵת nonnunquam vim nominis obtinet, ſcilicet *Geneſ.* XLIX,*3*. *Pſal.*LXII,*5*. uti vult *Bertramus*. Primò conſtruitur cum voce בְּרָכָה, ut *Pſal.* XXIV,5 יִשָּׂא בְרָכָה מֵאֵת יְהוָה, *accipiet benedictionem à Domino.* Aliàs cum vocabulis, peccatum notantibus, idque de peccati veniâ ſeu gratiâ delicti, ceu *Exod.*XXXIV,*7.* ubi Deus dicitur נוֹשֵׂא עָוֹן וָפֶשַׁע וְחַטָּאָה, *condonans iniquitatem, prævaricationem & peccatum.* Ponitur autem ſimplex pro compoſito, quo deſtituuntur Hebræi, nempe *ferre* pro auferre. *Secundò* idem eſt, quod dare pœnas peccati ſive proprii, ut *Num.*IX,*13.* חֶטְאוֹ יִשָּׂא, ſive imputati, ut cum de Chriſto dicitur metaphorâ quadam, *Eſa.* LIII, 4. חֳלָיֵנוּ הוּא נָשָׂא, *languores noſtros* (peccata) *ipſe portavit*, uti verbo סָבַל mox exponitur. *Et v.8. propter prævaricationem populi pœnas dediſſe* disertè legitur, h.e. non propter ſuam ipſius labem, ſed delictum alicunde imputatum. Innuit hanc ſignificationē perfixum ב, *Ezech.* XVIII,*20. Filius* לֹא יִשָּׂא בַּעֲוֹן הָאָב *non feret iniquitatem Patris, ſeu pœnam peccati à Patre commiſſi*: quin imò ſic exponitur, *Mich.*VII,*9.* זַעַף יְהוָה אֶשָּׂא, *iram Domini portabo,*

tabo, quoniam peccavi ei, i. e. pœnam, uti ira passim pro pœna accipitur. *Tertiò* נָשָׂא ad remotius מִנְחָה referri posset, ut agatur de acceptatione doni seu sacrificii; quod scil. si benè agat Cain, secutura sit acceptio doni, quod non respexerat Deus.

XII. Verùm ex hisce constructionibus variæ, præter ultimam, dependent sententiæ. R. *Moses Haddarsan*, teste *Galatino*, ad benedictionem refert, è constructione & regula primâ, posito infinitivô pro nomine. *Chaldæus* ad alteram constructionem respiciens, sive repetita voce חַטָּאת è mēbro posteriori, sive adsumpta significatione verbi absoluta, quæ etiam *Gen.* XVIII, 24. obtinet, transtulit יִשְׁתְּבֵק, *dimittetur aut remittetur*, quam alii secuti nominaliter expressére, per veniam. *Vulgatus*, suum *recipies* prorsus aliunde hausisse videtur, quasi per μετάθεσιν, quæ ipsi insolens non est, remotis punctis, pro שְׂאֵת legisset תִּשָּׂא, hoc est, תִּשָּׂא *feres*. *Bertramus*, remoto verbo, nomen propriè dictum substituit.

Lib. 6. de A. C. V. c. 6.

XIII. Super est tamen alia, hisce omnibus longè accommodatior constructio, quæ sensum gignit planissimum. Nempe igitur jungitur dictioni פָּנִים verbum נָשָׂא,

Iob.

*Iob.*XI,*15. ne habitare fac in tentoriis tuis iniquitatem tunc enim* תִּשָּׂא פָּנֶיךָ מִמּוּם, *elevare poteris faciem tuam sine maculâ* (inculpatè, bona & ſalva conſcientia; adeoque impune) *eris q; fortis nec timebis.* Ubi poſteriora verba lucem afferunt prioribus. Item; *Iob.*XXII,*26. ſi elongabis iniquitatem à tentoriis tuis, in omnipotente delectaberis.* וְתִשָּׂא אֶל־אֱלוֹהַּ פָּנֶיךָ, *& elevabis ad Deum faciem tuam*, juxta LXX. *παῤῥησιασθήσῃ ἐναντίον Κυρίου, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν ἱλαρῶς.* Scilicet elevatio faciei ad Deum fiduciam animi benè conſcii adeoq; erga Deum animati notat, unde aliàs effertur hæc ipſa phraſis per *elevationem capitis, Iud.* VIII, *28. Iob.*X,*15.* Et in N.T. huc referendum, quod legitur *Luc.* XVIII, *13.* de publicano malè ſibi conſcio: *οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι*: ac ex adverſo piis mandatur *c.* XXI, *28. ut attentè ſigna futuri judicii conſiderent; atq; elevent capita ſua* in ſignum bonæ conſcientiæ, *quoniam appropinquet redemptio eorum.*

XIV. Repetitâ itaque è verſu præcedente voculâ פָּנִים talem exhibeo verſionem: *Nonne ſi benè feceris, elevatio erit*, ſcilicet faciei? reddit itaque atque confirmat ſenſum

inſtitu-

institura in textu oppositio inter demissionem & elevationem. Iratus est Cain valdè, aic textus וַיִּפְּלוּ פָּנָיו *& cecidit facies ejus.* (ut qui Deum iratum expertus esset, eò quod ad sacrificium non respexisset) *& dixit Dominus ad Cain: ad quid est ira tibi* וְלָמָּה נָפְלוּ פָנֶיךָ, *& quare cecidit facies tua? Nonne si benè egeris, elevatio erit*, scilicet ejus, quod cecidit, & quod demisisti. Quæ enim aliàs cohæsio?

XV. Adde, quod nulla sit ratio, quamobrem cum *R. Mose Hadarsan* vocem בְּרָכָה suppleamus. Extat quippe in textu, quo commodè שְׂאֵת ה׳ referri queat. Nec de remissione seu veniâ ritè acceperis. Nam vel intelligerētur peccata præterita vel futura; *non illa*, cùm actiones spiritualiter bonæ & à fide profectæ remissionem supponant, non sequantur Ergò dici nequit, *remittetur tibi si benè egeris*. *Neq; hæc*: Nam benè agentes non opus habent veniâ, respectu actionis & objecto & fine bonæ; & si malè egeris, potius tibi dimittetur, non per ullam actionem tuam, sed DEI misericordiam, Confer *1. Ioh*, II, *1*. Vulgatus quoque interpres, si malè textum legit, vapulat; si rectè lectum aliunde supplet, itidem errat, cum obvium sit

sit in textu, quo referri queat illud שְׂאֵת. Sententia vocem מִנְחָה repetens, & nimis remota respicit, cum adsint propiora nec cum phrasi script. congruit, quæ in oblatione muneris verbo לָקַח utitur, *Gen.* XXXIII, *9.* de eo, qui donum aliquod accipit; & verbo נָשָׂא, de eo qui dat, *1. Reg.* IX, *11. Ezech.* XX, *31.* Unde מַשְׂאֵת vel מַשְׂאֵרֶת est munus, oblatio, & נָשָׂא מַתָּנָה vel נָשָׂא בְּמִנְחָה est obtulit munus, non verò accepit. Bertrami denique opinio, quòd שְׂאֵת innuat jus primogenituræ & excellentiam quandam, nullam habet speciem, cum in textu, ut dictũ, opponantur elevatio & peccatum ad fores excubans.

XVI. *Nunc* vocem חַטָּאת videamus, de cujus genere si constiterit, sequentia expeditu erunt faciliora. Recepta passim adeoque passiva sententia est, eam esse fœmininis generis: sed illicò quæritur, cur dicatur חַטָּאת רֹבֵץ, non רֹבֶצֶת, ut genus consentiat? Nonnulli putant, peccatum hîc sumi pro pœna, atque hanc ambiguitatem notari diversitate generis. Verum exempla, quibus probetur, *generis discrepantiam juvare sacram Rhetoricam*, nec dum vidimus, ut nunc non excutiam, quod חַטָּאת de pœna accipiendum

piendum esse parum liqueat, ab illis verò contra disputandi leges supponatur.

XVII. *R. Moses Haddarsan* th. 12. citatus ridiculam rationem affert: רֹבֶצֶת (inquit) i.e. *accubans vel jacens, in fœminino genere non est scriptum, sed* רֹבֵץ *in masculino, quia in principio quidem fomes debilis est, ut fœmina, deinde vero fortis, ut masculus.* Etsi verò inficias ire nolim, interdum fœminino respondere masculinum, ut עֲשִׂיתֶם *fecistis vos Ruth.* I, 8. ad notandum virilem animum: & contra masculino fœmininum; *Ezech.* XXXIII, 26. עֲשִׂיתֶן, ad vituperium & lasciviam muliebrem animumq; effæminatum notandum: tamen hîc, uti supponit Apella, non יֵצֶר הָרָע seu originale peccatũ intelligitur Abeli atq; Caino com̃une, sed actuale animum, è malefactis saucium, arguens.

XVIII. Mihi perplacet sententia *Hieronymi*, qui חַטָּאת non accipit fœminino genere. Sic namque scribit *in Trad. in Gen. ad h. l. quod in LXX. fecit errorem, illud est, quia peccatũ vel* חַטָּאת *in Hebræo masculini generis est, in Græco fœminini: & qui interpretati sunt, masculino illud, ut erat in Hebræo genere transtulerunt.* Cum Hieronymo facit *M. Marinus in* תֵּבַת נֹחַ *seu arca Noe*, addito in-

 super

ſuper loco *Amos* V, *12.* ubi pluralis חַטֹּאת construitur cum maſculino עֲצֻמִים. Neque enim putandem eſt, omnia deſinentia in ה ſervile fœminini generis eſſe, etſi ut plurimum res ita ſe habeat: ſane רָמוֹת à רָמָה deflexum eſt, adeoque habet ת ſervile; maſculini tamen generis eſſe, docet constructio cum vocula אֶחָד, *Ezech.* I, *16.* aliàs enim אַחַת dicendum fuiſſet. Nec rara eſt maſculinorum terminatio pluralis in וֹת, ut patet vel ex *Schikardo*; ego quidem de peccato prorſus ſimile obſervavi exemplum. עָוֹן ab עָוָה, maſculini generis eſt; tamen legitur in formâ plurali fœminina, addito participio maſculino, *Eſa.* LIX, 2. עֲוֹנֹתֵיכֶם הָיוּ מַבְדִּלִים, *peccata veſtra diviſerunt inter vos & Deum veſtrum.*

XIX. Simili prorſus ratione participium maſculinum רֹבֵץ arguit חַטָּאת eſſe maſculini generis: atque idem confirmant ſuffixa maſculina in בּוֹ & תְּשׁוּקָתוֹ, adeoque triplici argumento conſtat, חַטָּאת non eſſe hîc fœminini generis. Hæc dum tracto, non ſum neſcius, quosdam ſecutos *Petrum Martyrem*, adferre exempla, quæ hûc non ſpectant, videlicet *Ier.* V, *25.* *Pſal.* CIII, *10.* *Eccleſ.* X, *4.* Nos verò nitamur adductis rationibus ipſius-

ipsiusq; textus fundaměto: neq; enim genus nos fallere potest, ubi triplex est è textu pro masculino argumentum; pro fœminino verò ne quidem unicum.

XX. Excusare quidem satagit *Cl. T. in Exerc. Bibl.* participium רֹבֵץ; Ellipsis (inquit) *est alias in S. literis frequens, nempe particulæ similitudinis. Et sensus*: Si non benè feceris, ad januam, i. e. *in promtu* peccatum est, velut excubans quadrupes, i. e. *Synecdochicè canis, cui custodia domus concreditur.* Ita nimirum refert הּ רֹבֵץ aliorsum, non ad id, quod in textu exprimebatur.

XXI. Concedo quidem, similitudinis particulam interdum deesse, adeoque supplendam. Verbi gratia, *Psal.* XI, 1. ubi David ait: *sperabo in Domino, quomodo dicitis animæ meæ, ut transmigret à monte vestro* צִפּוֹר, *hoc est*, כְּצִפּוֹר, *tanquam passer*, ceu rectè supplevit *Pagninus* ex *Psalm.* CXXIV, 7. Adde *Deut.* XX, 19. *Prov.* XIII, 12. *Psal.* XXXIX, 6. Verum ubi loca illa habentur, textus Ellipsin innuit, necessitas etiam urget; cum disparata de se invicem prædicari in casu recto nequeant. Sed quæ hîc tandem necessitas? Incertum etiam, quod supponitur, רֹבֵץ propriè esse quadrupedum. Nam הַרְבִּיץ *Esa.*

LIV, *11*. dictum de lapidibus, notat formalè significatum esse situm aliquem (qui pro ratione subjectorum variat) non præcisè quadrupedum recubationem, adeoque frustrà & sine necessitate per synecdochen canis intelligitur.

XXII. De suffixis porrò laborat, ut ea detorqueat ad Abelem. Rationibus nititur his. I. Ex locis, uti ait, parallelis, *Gen.* III, *16.* & *Cant.* VII, *11.* judicat enim, תְּשׁוּקָה illam reverentiam ac benevolentiam denotare, quam inferior superiori vel etiam par pari, ut conjuges, sibi invicem debent, & qua quis permotus libenter ad quemvis ejus, erga quem affectus est, nutum ac vocem accurrit, quod ἔτυμον ipsum שׁוק indicet, atque cognata radix probet, nempe שָׁקַק, quæ sonat, discurrit ut servus, ab hero emissus. Provocat ad *Fullerum.* Potuisset addere *Bertramum*, superius adductum, qui multò an Fullerum, adducto etiam loco, *Gen.* III, *16.* idem confirmârat. Patescere itaque putat, cum peccatum neque persona sit, nec subjectio ejus voluntarias, de peccato id minimè accipi posse.

Lib. 3. misc. c. 15.

XXIII. At enim verò, quod pace ejus dictum velim, fallit locorum ab ipso instituta colla-

collatio. Neque enim *Gen.* III, *16.* reverentia quædam voluntaria aut spontanea subjectio innuitur; id quod evincit ipse textus. Adam, Evæ caput ac Dominus, de arbore vetitâ uxoris suasu manducans, omnem longè posteritatem ad exitium pertraxerat, ipsaque mulier inscio minimèque consulto marito defectionis fecerat initium, contra quam in re tam gravi, tam periculosa factum oportuit: nunc pœnæ loco Uxori in mandatis datur, ut deinceps virum, in cujus potestate constituta, debito honore prosequatur: viro ex adverso, quod uxoris secutus sit consilium, denuntiat DEUS concatenatos labores ex terrâ maledictâ.

XXIV. Jam verò omnis pœna est contra voluntatem, nec quisquam lubens pœnas dat. Unde igitur esset voluntaria illa mulieris reverentia, vel spontanea subjectio? Ut nunc non addam, alia omnia testari exempla. *Bellarm.* aliam profert sententiam, quæ תְּשׁוּקָה de desiderio aut concupiscentia muliebri accipiat atq; significari putet, mulierem etiam post laborem gerendi uteri & dolorem pariendi, adhuc virum desideraturam. Verùm hæc sententia *Lib. 3. de A. Grat. c. XI.*

Viro Cl. non favet: nam, ut rectè addit Bellarm. non levis est pœna, ab eo se continere non posse, quod tam ingentem dolorem & tristitiam adferat; omnis quippe pœna contra voluntatem. Adde quòd appetitus ejusmodi muliebris in primo quoque statu habuisset locum, contra autem Abel suo ductus consilio & voluntate deliberatâ Caino subjectus fuisset futurus. Prodit quoque hanc vocis acceptionem ἔτυμον Autoris, quòd שָׁקַק sit discursus vel discursatio servi ab hero emissi, vel certè ei æqualis: At illa non raro est contra voluntatem, & tenentur servi volentes nolentes imperata exequi.

XXV. *Secundo* idem probat è particula אֶל, quæ *ad* vel *erga* significet, non autē *sub*, uti תַּחַת, aut similis aliqua vocula, subjectionem importans. Verùm hoc argumentum facilius Vulgatæ opponeretur, juxta literam examinandæ, quam nobis. Scimus enim, non quamcunque subjectionem particula תַּחַת aut similibus, ab ipso minimè adscriptis, notari: est, cum אֶל quoque locum invenit, uti patescit è loco modò exposito, *Gen.* III, 16. quem de subjectione rectissimè (prævideral enim argumentum §. præced.

addu-

adductum) *sapiens Abenezra* exponit; תְּשׁוּקָתֵךְ reddens per מִשְׁמַעְתֵּךְ obedientiam, subjectionem, hoc sensu: תִּשְׁמְעִי כֹּל אֲשֶׁר יְצַוֶּה עָלַיִךְ כִּי אַתְּ בִּרְשׁוּתוֹ לַעֲשׂוֹת חֶפְצוֹ, *audies, quæcunque præcipiet tibi: nam in potestate ejus es, ut facias, quæcunque ipsi placuerint.* Idem ulterius confirmant subjuncta verba, *& ille dominabitur tibi*, per ἐπεξήγησιν scripturæ familiarem, ne quo dubio textus laboret. Adde, quod שָׁמַע quoque obedientiam notans cum אֶל passim inveniatur.

XXVI. *Deniq;*, quod adductis rationibus assequi non potuit, authoritate probatum dare satagit, adeoque adducit *Chrysostomum*, qui posteriora verba itidem de Abele, *Hom.*
non depeccato acceperit. Verùm si auto- *18. in*
ritate litem hanc dirimere licet, audiamus *Gen.*
quoque *Augustinum, l.15. de Civ. Dei c.7.* ita loquentem: *Ad te conversio ejus, & tu dominaberis illius. Nunquid fratris? absit. Cujus igitur, nisi peccati? &c.* ut alios Patres silentio nunc involvam.

XXVII. *Pareus in Notis ad Bellarm. §.4.* adductum, ipsam nudè sententiam repetit, repugnare scilicet Grammaticæ, si relativa masculina referantur ad fœmininum antecedens. Verùm è textu colligendum

erat genus substantivi חַטָּאת: neque enim nova quadam revelatione, supernê facta, talia Deus pandit mortalibus; sed à posteriori eorum dependet notitia, adeoque è triplici masculino rectius magisque prudenter colligitur, חַטָּאת esse masculinum, quàm hoc modo: חַטָּאת alicubi fœmininũ est. Ergò hîc suffixa masculina prorsus aliò torqueri debẽt, ad personam scilicet, cujus proximè nulla extitisset mentio, cum contrà disertè textus meminisset peccati.

XXVIII. Nec juvat *Pareum* exceptio, quòd Deus sit καρδιογνώστης, qui ad cor Caini orationem direxerit, in quo latuerit fratris odium: aut quod ex v. 8. patescat, ipsum Cainum verba Dei de potestate sua in fratrem intellexisse, cùm Moses addat: *Et locutus est Cain ad fratrem suum.* Non ènim opposita sunt, dirigi sermonem ad cor Caini, & Abelis tamen disertam fieri mentionem, ceu patet ex v. 9. aut eum ita describi, ut dubium subsit nullum, de quo sermo habeatur, uti liquet ex v. 10. ac, si maximè verba ad cor, suppresso Abelis nomine, directa fuissent à Deo, Moses tamen ductu Spiritus S. citra dubium loco pronominum, utpote functus Historici officio, substituisset nomen

men Abelis vel fratris. Nam talia propter nos scripta sunt, adeoque scriptura nobiscum condescendit, mentemque Dei ita exprimit, ut tam ex serie textus nosse queamus. Deinde non liquidò colligitur ex v. 8. Cainum verba Oraculi divini accepisse de potestate in fratrem: sed potius insuper habita dehortatione divinâ blandè locutum cum fratre, ut eum ex ædibus paternis evocatum adeoque auxilio destitutum, foris arbitratu suo perimeret. Ita nimirum atque hac fini simulabat vultum, temperabat vocem. Neque enim Hebræi tam solicitè, uti Græci aut Latini periodũ cogere possunt; hinc textum rectè sic transferes: *cum Cain Abelem blandè esset allocutus, hinc factum, ut adversus eundem foràs sive in agrum evocatum surrexerit, eumq; interfecerit.*

XXIX. *Postremò* non placet, quod *Quidam*, generis diversitatem asserentes, masculinum רֹבֵץ ad sensum referunt, ut mente respiciat dictionem חטא, quæ itidem masculini generis est. Etsi enim certum sit, quædam referri in scripturis ad sensum: tamen nulla est hujus effugii necessitas. Quem enim præterit, quædam esse generis utriusque, de quibus è textu demum addi-

tisque verbo, adjectivo, pronomine, participiis, judicium rectè formatur: tale sanè est חַטָּאת, uti patuit superius, adeoque *Gen.* IV, 7. ubi participium atque suffixa masculini itidem generis sunt, masculini etiam generis vox illa fuerit. Quinimò longè satius est, longè etiam rectius judicium formaveris, si unicum חַטָּאת habeas pro masculino, quam triplici masculino valere jusso fœmininum confingas. Sequimur itaque *Paulum*, qui *ad Rom.* passim inculcat, ut caveamus, ne peccatum in mortali corpore nostro dominetur, aut verò pareamus concupiscentiis nostris, exemplo nempe Caini, Judæ & aliorum.

XXX. Non quadrat autem huc illorum sententia, qui aliter, quam de peccato textum accipiunt; nonnulli minus congruè de pœna interpretantur. Huic enim subjecti sumus, non dominamur ei. Nec oblationem seu sacrificium pro peccato denotat, ceu vult *Pagninus* in Lexico, qui in versione à se ipso dissentit, dum *peccatum* transfert, & נְשׂוּא *veniam*: neque enim eadem venia oppositione in textu instituta notabitur, nec dominium in oblationem

Caino

Caino competebat, qui lege divinâ obligabatur ad eandem.

XXXI. Solus *Bonaventura Corn. Bertramus* de nescio qua aberratione à scopo textum accipit: *vox* חַטָּאת (inquit) *quam aberrationem sumus interpretati, est à verbo, quod à scopo proposito aberrare significat atq; adeò in primariâ & propriâ acceptione, ut liquido constat, ex Iud.*XX, *16. quasi h.l. Deus ex genuina ipsius vocis acceptione comminetur Caino, nisi vitam emendet, pietatemq; colat, futurum, ut ille à scopo, quo sibi ex primogenitura jure & prærogativa populi Dei regendi dignitatem obventuram & cessuram proponebat, quam longissimè aberret.*

XXXII. Sed hæc aërem feriunt. Dubium enim est, חָטָא primariò & propriè idem esse, quod à scopo proposito aberrare; nulloque exemplo constat, חַטָּאת formaliter aberrationem à scopo notare. Dixi suprà c. 1. §. 16. tribus maximè modis propriam vocum acceptionem investigari, origine, usu crebriore, harmoniâ linguarum. Jam verò חַטָּאת est ex חָטָא, quod sonat aberrare, sive moraliter, ut passim, sive artificialiter, uti in loco Jud. adducto: Ita hactenus usus obtinuit, ut frequentissimè consentien-

ſentientibus reliquis linguis de peccato accipiatur, non modò in radice, unde Chaldæis חֲטָא, Syris ܣܟܠ, Arabi خطي & خطا eſt peccare: ſed quoque in derivatis, unde Syris ܣܟܠܐ eſt error naturæ, abortus ſcilicet.

XXXIII Præſcindatur hinc conceptus communis, & apparebit, notari factum ipſum erroneum, non finem: peccator enim v.g. ambitioſus, finem ſuum interdum aſſequitur, teſte Chriſto, *Matth.* VI, *2. & 5.* ambitioſi orantes, eleemoſynas erogantes, quò conſpicui fiant hominibus, habent mercedem ſuam, ut qui hoc ipſum ſcopi loco intendebant. Accedit, quod licet radix interdum variè ſumatur, idem tamen in quibuscunque derivatis non obtineat, adeque nulla eſt è *ſola* radice conſequentia: radix ita ſumitur. Ergò etiam derivatum: aliàs enim, cum dageſch forte h.l. innuat conjugationem Pihel, notabit ſacrificium aut oblationem pro peccato, contra quam ſentit Bonaventura. Nam חִטֵּא per antiphraſin eſt expiavit, oblato ſcilicet ſacrificio autem alio aliquo medio. Nec uſpiam, quod ego quidem ſciam aut obſervare potuerim,

tuerim, חַטָּאת importat aberrationem, abstractè consideratam, i.e. talem, quæ nec à naturæ nec artis aut legis sive positivæ sive naturalis ordine deflectat & cujus objectũ innuatur nullum: Aliàs enim potius verbum תָּעָה adhibetur, v.g. *Gen.* XXXVII, *15.* הִנֵּה תֹעֶה בַּשָּׂדֶה, *ecce ille vagabatur* (errabat) *in agro*.

XXXIV. Hæc de sectione secunda, quam tertia excipit de conclusionibus, è textu deductis, ferens judicium. *Philippus* itaque, qui præmium post hanc vitam intelligebat, fallitur cum *Hagero*, qui mercedem superaddit: cum nullius sive præmii sive mercedis propriè dictæ ibidem extet mentio. Nec fidi est Interpretis, multa è voce, quam arbitratu suo adjectam cupit, cogere: sed ex iis, quæ aperta, quæ manifesta sunt, adeoque immotæ revelationis divinæ, fidem nostram firmare tenemur. Nec ignoro *Monachum quendam*, *Ioh. Albam, Hisp. c. 4. selectar. Annot.* ex voce חַטָּאת colligendum relinquere præmium, pœnæ scilicet oppositum.

XXXV. Verum ille nec dum evicit, pœnam peccati nomine hîc venire. Neque enim si peccaveris, לַפֶּתַח præ foribus illico pœna est, ut ille quidem *fores* accipit, cum multi

multi flagitiosorum admissæ in juventâ prætervitæ ad decrepitam usque senectam, imò enimverò quamdiu spiritum trahunt; pœnas non subeant, quæ eos manent in futuro demum seculo. Et uti superius dictum, ejusmodi quid intelligamus oportet; in quod homini dominium quoddam competat, quales certè non sunt pœnæ, quas inviti sustinemus. Risum autem debet *Alba*, dum peccatum, cui dominamur, intelligi ait, non in voce חַטָּאת, sed in verbis אִם לֹא תֵיטִיב. Cur enim ad sensum solum referremus, cum in textu adsit vox חַטָּאת, eaque multò propior, ad quam dominium illud referri possit, debeat?

XXXVI. Deinde nec *Remonstrantes* nobis inde probaverint, Deum actiones internas, moraliter per se bonas, magis diligere ac gratas habere, quam *nudas* personas; quod dictum sit: *nonne si benè egeris, erit acceptatio?* Nam 1. שְׂאֵת non est idem, quod acceptatio, sed elevatio faciei; uti ex oppositione superius evici. 2. Nec sequitur, *si benefeceris, erit acceptatio.* Ergò propter benefactum acceptus eris, nedum ergò benefactum acceptum erit magis, quam tua ipsius persona. Uti non sequitur, *si proximo dimi-*

seris

feris peccatum, etiam Pater cœlestis delicti gratiam faciet, Matth. VI, 14. Ergò condonatur peccatum propter tuam condonationem. Gratuita enim est, *Matth.* XVIII. nec ad conditionalem causalis rectè infertur, cum conditio esse queat, quod causa non est.

XXXVII. Tertiò *Bellarminus*, quod intendit, Hieronymo judice, facile obtinebit, *in moralibus scilicet* hominem liberi esse arbitrii, etsi non sit æqualis ad bonum & malum indifferētia. Audiamus ipsum *Hieronymum in quæst. Hebr. in Gen. si malè egeris, illicò peccatum tuum ante vestibulum tuum sedebit, & tali janitore comitaberis: verum quia liberi arbitrii es, moneo, ut non tibi peccatum, sed tu peccato domineris.* Neque sanè id vult Bellarm. hominem propriis viribus, seclusa gratiâ, *supernaturale* opus, quale est fides, peragere posse, cum prorsus illud à gratia divina suspendat, *Lib. 6. c. 1. 2. & 3. loci cit.* Contrà autem non citato tantùm loco, sed *l. 4. c. 7.* in *Civil.* hominem arbitrii liberi esse hinc contendit: *Potuit* (inquit) *Cain non irasci, neq; vultum præ mærore dejicere. Neq; enim ovi dicitur, quare fugis lupum? (uti Caino, quare iratus es & quare concidit vultus tuus?)*

tuus?) non enim potest non fugere lupum. Neq; lupo dicitur: quare agnum voras? quia non potest aliud facere. Hæc verò etiam Nostratium sententia est. Videantur *Meisnerus Dec. 3. Anthr. disp. 3. q. 1. §. 28. & Osiander in Bibliis ad h. l.*

XXXVIII. Quartò *Patres*, qui modum offerendi sacrificium DEO gratum ex Oraculo divino colligunt, Græcos, textus literam & lectionem genuinam minimè secutos, amplexi sunt, quos, absentibus punctis, sic legisse, quam maximè fit verisimile: הֲלֹא אִם תֵּיטִיב שְׂאֵת וְאִם לֹא תֵּיטִיב לְפַתַּח חַטָּאת רֹבֵץ׃ *nonne si rectè offeras, rectè autem non dividas, peccasti, quiesce.* תֵּיטִיב enim adverbialiter exposuere ex Hebraismo. Duo quippe verba nonnunquam ità junguntur, ut unum Adverbii loco sit positum, v. g. *Genes.* IV, *2.* וַתֹּסֶף לָלֶדֶת *& addidit parere*, i. e. iterum peperit, quod *v. 25.* per עוֹד exprimitur. Et in eodem verbo תֵּיטִיב, *Deut.* XXVII, *8. scribes omnia* בָּאֵר תֵּיטִיב, *declarando, benefaciendo*, i.e. rectè declarando. ♆. XXXIII, *3.* הֵיטִיבוּ נַגֵּן *benefacite pulsare*, i.e. optimè pulsate. Hoc enim modo in unum conflarunt comma, quæ dividenda erant.

XXXIX. *Bertrami* denique sententia nec

nec certam fovet hypothesin, & à textus verbis abludit. Supponit enim, natô Caino illicò primogenituræ jus regendi subditos Deoque ministrandi sumsisse initium: idque Bonaventura è Judæorum scitis nullo scripturæ usus fundamento nobis obtrudit, tanquam cognitissimum & testatissimum, cum ullum ejus rei in sacris extet ne vestigium quidem, nec ministerium, Deo sacrum, naturâ cohæreat cum primogenituræ prærogativâ, sed maximè lege positiva opus habeat, quam hîc nullam offendimus. Non ignoro quidem, quædam primogenituræ jura Mosaicam legem juxtà cum sacrificiis & circumcisione anticipasse, atque eo nomine malè audit Esau, quod ea pensi non habuerit, *Genes.* XXV, 31. C. XXVII, 36. quin etiam βέβηλος seu profanus *Hebr.* XII, 16. appellatur. Sed nulla nos subigit necessitas, ut quæcunque ceremonialia sive positiva cum ipso orbe aut verò paulò post initium sumpsisse credamus.

XL. A textus verbis Cornelium abludere, superius ostensum est: nec enim שְׂאֵת hîc excellentiam (primogenituræ scilicet) importat, sed elevationem vultus; nec חַטָּאת aberrationem à scopo formaliter in-

nuit, sed peccatum: תְּשׁוּקָה quoque subjectionem innuit, non eam necessariò, cujus voluntas est principium, sed illam quoque, quam quis invitus subit, adeoque detrectat, uti patuit verbis, *Gen.* III, 16.

XLI. Unica superest ratio, quâ sententiæ suæ colorem induci posse, arbitratur: *Vix putarim* (inquit) *Cainum, si de solâ sacrificii unius repudiatione aut rejectione ageretur in illa Dei increpatione, in illum furorem incidisse, ut fratrem ipse trucidaret.* Verum & illa falsa nititur hypothesi, quasi Deus increpet Cainum propter illud solum sacrificium rejectum: potius conscientiam Caini perstringit, vitiis collutulatam, propter quam *Sap.* XI, 3. *ἄδικος* dicitur, *ἀδελφοκτόνοις θυμοῖς* correptus, atque hinc *ἐκ τοῦ πονηροῦ* fuisse perhibetur. *Cujus gratia*, inquit *Ioh. 1. Ep. C.* III, 12. *interfecit fratrem?* ac respondet: *quia opera ejus mala erant, fratris autem ejus δίκαια.* Scilicet non tam propter oblatum sacrificium *ἄδικος* erat, sed aliis de causis, quæ illud præcedebant: etsi furor posteà auctus sit, dum ambitionem vitio ipsi Deus verteret: Abelis autem vitæ benè actæ laudem & testimonium perhiberet.

LIB. I. CAP. V.

De Verbis Psal.XCIX, 6. משה ואהרן בכהניו.

I. *Martinus Becanus, Ies. Moguntinus, in refut. Torturæ Torti p.57.* quid de Mose sentiat, his maximè verbis exponit: *Certum est, fuisse non modo principem secularem, sed etiam Ecclesiasticum, aut si omnia dicenda sunt, quadruplicem personam sustinuisse. Primam principis secularis*: alteram *legislatoris*; tertiam *summi sacerdotis*; quartam *Prophetæ. Hoc testatur* Philo l.3. *de vita Mosis, in fine, cum ait: Hæc est vita, hic exitus Mosis, Regis, Legislatoris, Pontificis, Prophetæ. Quod fuerit Pontifex seu summus sacerdos, partim colligitur ex illo Ps.* XCVIII, 6. Moses & Aaron in sacerdotibus ejus: *partim ex officio sacerdotali, quod exercuit. Nam ut habetur, Levit.8. consecravit Aaronem in sacerdotem, sanctificavit tabernaculum & altare, obtulit sacrificia & holocausta, obtulit incensum Domino. Hoc autem nemini licebat facere, nisi sacerdoti, juxta illud, 2.Paralip.XXVI, 8. Non est tui officii, Ozia rex, ut adoleas incensum Domino, sed sacerdotum.*

II. Quorsum ista (*inquies*) tam operosè probare satagit? Nimirum, ut Hæreticis,

quos vocant, ægrè faciat cum reliquis Jesuitis, & nunc ex hypothesi illa contra nos quoque argumenta nectat, nunc verò fit, quod responsionis loco, ne prorsus obmutuisse credatur, reponat. Sic *Bellarminus* concludit, *necessariò requiri infallibilem controversiarum judicem in Republ. Ecclesiasticâ, ad formam Mosaicæ Resp. cujus supremus judex erat Moses ipse, Psal.* XCVIII, *6. pontifex atq; sacerdos infallibilis. Idem* jus ordinandi ministros Ecclesiæ hinc ad Episcopos restringit, nobisque ministerium omne denegat: *Aaronem* (inquit) *& filios ejus sacerdotes* primos *Testamenti Veteris solus Moses & Pontifex & sacerdos ordinavit & consecravit, Lev. 8. Mosen autem sacerdotem fuisse testatur David, Psal.* XCVIII. *Moses & Aaron inter sacerdotes ejus.* Denique confirmat inde, in Nov. Testam. quoque personam eandem Politico simul atque Ecclesiastico fungi posse officio, quod Moses & summus Princeps temporalis & summus Pontifex fuerit.

l. 3. de V. D. c. 4.

l. 1. de Cler. c. 3.

l. 5. de P. R. c. 9.

III. Quod si nos colligamus, Clericos quoque conscientiæ ratione subesse debere Magistratui Politico, eò quod Levitæ Mosi subjecti fuerint; audies illicò referentem Cardi-

Cardinalem. *Mosem non solum principem totius populi, sed & summum sacerdotem fuisse, adeoq; ipsi Levitas subjectos fuisse, ut sacerdos erat, Psal. XCVIII. non ut princeps Politicus.* Item, ubi Pontificii concludunt, infallibilem fuisse Pontificem summum V. T. Ergò etiam N. T. Pontificem talem esse debere, scilicet Romanum: nos contra inferre solemus, Moses V. T. summus Pontifex fuit fallibilis. Ergò etiam Pontifex Romanus est fallibilis. Hunc ictum ut evadant, valdè sudant *in Colloq. Ratisbonensi Sess. 2.* Etsi enim Ingolstadiensis Academiæ Procancellarius, *Albertus Hungerus*, hoc instar principii, quam maximè noti, supponeret, adeoque non putaret, unquã fuisse in dubium vocatum, quod Moses fuerit summus Pontifex: *Gretsero* tamen longè aliter visum, l. d. disertè dicenti: *Scio, Dominos negaturos, Mosen fuisse sacerdotem: sed intereà non erit finis, si progrediamur in hujusmodi quæstiõibus. Quod autem Moses sacerdos Domini fuerit, patet ex Psal. XCIX. Moses & Aaron in sacerdotibus ejus.*

IV. Sed heus, Gretsere, num minutiæ sunt, quas tu supponis, hypotheses? & quibus, nisi salvis, sententia tua prorsus perit? Videa-

Videamus itaque ex instituto, quid sacræ suppeditent literæ, & numquid nam ex *Ps.* XCIX,6. evinci queat propriè dictum Mosis sacerdotium, aut verò aliàs ex eisdem ratio, quæ in speciem producatur, militet. Verba Psaltis hæc sunt: מֹשֶׁה וְאַהֲרֹן בְּכֹהֲנָיו. *Chaldæus* reddit בְּכָהֲנוֹי, Syrus ܒܟܘܡܪ̈ܘܗܝ. Arabs: في كهنته. *Latinus: in sacerdotibus ejus. Lutherus*: Unter seinen Priestern. Reliqui interpretes Latini, præter *Osiandrum*, in præfixo ב variant. *Tigurini*, quos *Vatabli* nomine vulgò allegant, transtulére: *inter sacerdotes ejus*, i. e. ut habet nota Vatabli: *Moses & Aaron præclarissimi sacerdotum ejus. Iunius & Tremellius*: *Mosen & Aaron cum sacerdotibus ejus, scilicet exaudivit.*

V. Judæorum quoque sententia est, Mosen fuisse sacerdotem. Unde in *Michlal Jophi Rabbinus*, qui *R. Samuel Tarsa Buxtorfio dicitur*, in h. l. ita scribit, ad vocem בְּכֹהֲנָיו: כִּי גַּם מֹשֶׁה כֹּהֵן וְהוּא שִׁמֵּשׁ בִּכְהוּנָּה גְדוֹלָה תְּחִלַּת בְּשִׁבְעַת יְמֵי הַמִּלּוּאִים, i. e. *dicitur*, בכהניו, *quia Moses quoque sacerdos fuit & quidem summus, initiò septem dierum consecrationis.* Similiter *Abenezra* scribit ad h. l. *dictio* כֹּהֵן *in toto codice sacro sonat ministrum Dei juxta illud Esaia*

Isaiæ LXI, 6. כֹּהֲנֵי יְהוָה *sunt, ut ibi explicantur ministri Dei nostri, & alterum illud, Exod.* XXVIII, *41.* C. XL, *51. sacerdotio fungentur mihi.* Unde idē *Abenezra ad Exod.* XXVIII, *1.* Mosen iterum vocat כֹּהֵן הַכֹּהֲנִים, *sacerdotem sacerdotum.*

VI. Simili testimonio ex *Schemoth Rabba, parasch.37.* victus Cl. ICtus, *Ioh Seldenus*, Mosen facit Pontificem summum extraordinarium, adductis Judæorum argutiis diversis atque sententiis. Alii enim Mosen tantum functum credunt officio illo consecrandi, de quo superius: alii XL. annorum intervallo, quos desertum sibi vindicârat, sum̃um fuisse sacerdotem arbitrantur, ex *Deut.* XXXIII, *1.* ubi אִישׁ הָאֱלֹהִים appellatur. Atque, ut mea fert opinio, ex ejusmodi fonte hausit acutissimus vir, *Iac. Capellus*, quod ad *Hebr.* I, *3.* his verbis nobis persuasum ire satagit: *Pontificatus* ordinarius *Aaroni quidem est à Deo datus, non Mosi; sed cùm & ipse Moses sacrificârit, suisq; sacrificiis Aaronem totumq; sanctuarium sanctificârit, non tantum, ut Apostolus, sed etiam, ut Pontifex, considerari debuit, sed Typicus; Aarone quidem major, Christô verò, cujus typum præferebat, immane quantum inferior.* Erant

l. 1. de succ. Pont. c. 1.

Moses & Aaron Pontifices Confessionis Iudaicæ, Christus verò nostræ.

VII. Patres quoque favent huic sententiæ. Et ut plures in medium nunc non afferam, *Augustinum* atque *Hieronymum* audiamus. *Ille* quidem non tantum in *enarratione Ps.* hujus id disertè tradidit, sed ex professo quoque *quæst. 23. in Levit.* ubi verba sic habent: *Cum videatur ab Aaron cœpisse summum sacerdotium, quid putamus fuisse Mosen? Si sacerdos non fuit, quomodo per illum omnia illa gerebantur? Si autem fuit, quomodo summum sacerdotium ab ejus fratre cœpisse definimus? quanquam etiam Psal. ille, ubi dictum est:* Moses & Aaron in sacerdotibus ejus, *aufert dubitationem, quod sacerdos fuerit & Moses.* Item *Hieronymus T. 2. Epist. l. 1. advers. Iovinianum p. 33.* postquam ostendisset, non solum Apostolum describere *Episcopum unius uxoris virum, habentem filios, cum omni castitate*, sed sua quoque tempestate plurimos sacerdotes habuisse matrimonia, de Samuele, Mose & Aarone, nuptiis deditis, ità scribit: *Noscendum, quod Samuel Levita non sacerdos, nec Pontifex fuerit. Vnde & faciebat ipsi mater sua Ephod Bad, superhumerale videlicet linteum, qui habitus propriè Levitarum,*

tarum & minoris est ordinis. Unde & in Psalmis non nominatur inter sacerdotes, sed inter eos, qui invocant nomen Domini: *Moses* (inquit) *& Aaron in sacerdotibus ejus, & Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus.* Hanc quoque sententiam arctè tenet *D.P.P. contra Piscatorem Herbornensem disp. quadam lenæ typis descriptâ.*

VIII. Nunc quid nostris, Vatablo item atque Tremellio videatur, & num scopum feriant, videamus. In *Colloquio Ratisbonensi p. 22. edit. Pontif. B. Hunnius Gretsero* respondet: quum *Moses Domini sacerdos dicitur, Ps. XCIX. generaliter sumitur sacerdotium, sicut nos omnes Christiani sumus sacerdotes, Apoc. I, 6.* Hoc verò nimis generale est, & sensus talis, qui etiam cadere possit in mendicos, dummodò fideles sint: At hîc viri principes & summates prædicantur, quorum exemplo ad preces & concipiendas & fundendas quilibet excitari possit, debeat.

IX. *Tremellius*, §. 4. adductus, itidem non placet. Vel enim Mosen quoque refert in numerum sacerdotum, ut qui exauditus sit cum sacerdotibus, vel solum Aaronem. Si prius. Ergò dicendum fuisset בְּכֹהֲנֵיהֶם *in sacerdotibus illorum*; sin posterius, perperam

excluditur Moses, ad quem itidem in columna nubis Deus locutus est, ut habet versus seq. Nec *Vatabli*, si modo ejusdem est, Glossa huc quadrat, quasi Moses & Aaron præclarissimi fuerint è tanto sacerdotum numero. Ubi enim, quæso, est adjectivum gradus admittens, in quo fieri possit comparatio? uti postulat illa Hebræorum loquendi consuetudo, v. g. *Ierem.* XLIX, *15.* קָטֹן בַּגּוֹיִם *est minimus gentium.* בְּזוּי בָּאָדָם, *contemptissimus omnium hominum, & Cant. I, 8.* יָפָה בַּנָּשִׁים, *pulcherrima mulierum.* Confer *Genes.* VI, *9.* תָּמִים בְּדוֹרֹתָיו, *justus in generationibus suis*, i.e. justissimus omnium. Sic quoque dicendum fuisset, Moses & Aaron גְּדֹלִים בְּכֹהֲנִים præclarissimi sacerdotum, vel si qua voce alia Psaltes fuisset usus.

X. Verior itaque sententia est, quam idem *B. Hunnius in scripto Apologetico, quod Anti-Tannerus inscribitur, p. 239. & 343.* tradit, ubi Mosen sacerdotem appellari censet eo significatu, quo excellentes Doctores vel viri excellentes sacerdotes salutantur: quanquam Samuelem frustrà Mosi atque Aaroni accenset, cùm in textu כֹּהֵן minimè dicatur. Hæc itaque sententia, ut eò rectius à nobis percipiatur, præsupposita Φράσεως

notitia

notitia & uberiore ſententiæ expoſitione, de exemplis colligendis, iisque ab adverſariorum exceptione defendendis, nec non argumentis, Moſen à ſacerdotio eximentibus, nobis erit laborandum.

XI. Scire itaque licet, Hebræos loco nominativi venuſtè uti accuſativo vel ablativo, cum præfixo ב, verbo ſubſtantivo הָיָה ſuppreſſo. v.g. *Oſea* XIII, *19.* בִּי בְעֶזְרֶךָ *Kimchi in Michlol p. 15.* poſitum dixit pro בִּי עֶזְרֶךָ *in me eſt auxilium tuum.* *Pſ.* LIV, 6. אֲדֹנָי בְּסֹמְכֵי נַפְשִׁי, *Dominus in ſuſtentantibus animam meam*, h. e. ſuſtentator animæ meæ eſt. Unde Græci reddidere: ὁ κύριος ἀντιλήπτωρ τῆς ψυχῆς μου. *Pſal.* CXVIII, *7.* אֲדֹנָי לִי בְּעֹזְרָי, *Dominus mihi eſt in adjutoribus meis*, i.e. adjutor meus, adeoque rectè Græci tranſtulére: ὁ κύριος ἐμοὶ βοηθὸς. Eadem ſermonis ratio apud *Arabes* frequens eſt, v. g. Deus eſt بقدير, in potente, i. e. potens. Ego ſum بمومن, in credente, i. e. credens ſive fidelis. Quanquam cùm apud Hebr. locum habet ב' הַתָּוֶךְ, hoc eſt, præfixum ב' notans medium & inter ſignificans, particulam من adhibere ſolent, v. g. ille eſt من الكاذبين ex mentientibus, i. e.

i. e. mendax. Sic itaque Moses & Aäron dicuntur בְּכֹהֲנָיו, hoc est, sublatô præfixo, כֹּהֲנָיו sacerdotes.

XII Sententiam itaque nostram & vocis כֹּהֵן æquivocationem, invitis etiam reliquis, sic exponit Jes. Hispanus, *Iohannes de*

ad Iob. XII, 19 *Pineda: Fateor, sacerdotis nomen non semper esse in scriptura sacri & Ecclesiastici officii, sed interdum honoris & dignitatis (scilicet præeise sumptæ notam, ut innuat quemcunque principem aut excellentem virum) licet enim verbum כָּהַן (rectius כִּהֵן) propriè significet ministrare in sacris, aut esse deputatum ad sacra peragenda, inde tamen transfertur ad eum, qui alicujus Regis aut Principis amicissimus est, ut à secretis illius aut à consiliis: idque servatâ rectâ proportionis & similitudinis ratione. Nam sicuti sacerdotes sunt Deo familiares & illi notissimi atque amicissimi, quique cum Deo de rebus gravissimis & arcanis agunt: ità sanè cum Rex Deus quidam sit, & divinæ majestatis atq; potestatis species quædam atq; repræsentatio, qui Regi familiarissimus & amicissimus est, sacerdos quidam esse videtur.* Hæc Pineda.

XIII. Non desunt quidem, qui putent כִּהֵן in genere notare, obire ministerium sive mu-

ve munus aliquod, quod in ordine ad applicationem æque propriè divinum aut humanum esse possit: sed fidem exemplo non faciunt, nisi loco fortè *Esa.* LXI, *10.* כֹּהֵן יְכַהֵן פְּאֵר, ubi tamen Deus non sine *ἀκυρολογίας* ministrare diceretur. Minus propriè itaque כֹּהֵן dicitur etiam vir excellens, sive politicus, sive religiosus, uti Clericos vulgò nuncupant. Tamen, præter adductam Pinedæ comparationem, non malè *Kimchi* ad locum Esai: proximè citatum, censet, quod magnum est, venire בִּלְשׁוֹן כְּהֻנָּה, nomine sacerdotii, cujus excellens aliqua dignitas est: sicut aliàs excellentia rei nominibus אֵל & יְהוָה, אֱלֹהִים notari solet. Sed age, exempla hujus acceptionis colligamus.

XIV. Non placet autem, quod *Calvinus* vocem כֹּהֵן, *Genes.* XIV, *18.* principem interpretatur, Judæos fortè secutus, qui hoc modò accipiunt illud *Ps.* CX. אַתָּה כֹהֵן לְעוֹלָם, i. e. ut *Kimchi in lex.* explicat: כְּלוֹמַר עֶבֶד יְיָ וְרֹאשׁ יִשְׂרָאֵל עַל דְּבַר שֶׁאַתָּה מֶלֶךְ צֶדֶק · כְּמוֹ הַכֹּהֵן הוּא רֹאשׁ לָעָם, h. e. Tu es servus Dei & caput Israëlis, propterea quod es rex justus; prorsus ut sacerdos summus populi caput est, sive eminet in populo. Non placet, inquam, illud Calvini commentum. Nam 1. refraga-

tur

tur sententiæ huic Auctor *Epistola ad Hebræos Cap.7,7.* unde rectius, quàm Calvinus, audacissimus ille Photinianorum, *Enjedinus, ait in resp. ad Ps.* CX. hanc Judæorum interpretationem nobis sequi non est tutum, neque fas. Auctor enim Epistolæ ad Hebræos voce כֹּהֵן sacerdotem denotari affirmat. II. Refertur officium sive actio sacerdotalis, scilicet benedictio, quam decimæ secutæ sunt ab Abrahamo oblatæ. Unde insignis prærogativæ loco habetur, *Hebr.* VII,6. quòd benedixerit τὸν ἔχοντα τὰς ἐπαγγελίας, nimirum Patriarcham, ut versu præcedente dictus erat. III. כֹּהֵן לְאֵל עֶלְיוֹן, h. e. *sacerdos Dei altissimi* dicitur, nempe Deo sacer, etsi non consecratus ceremoniis quibusdam, ut vult *Cornel. à Lap. in Comm. Hebr.* VII. At nemo Dei princeps vel rex dici commodè potest, sed servus.

XV. Adduco itaque locum 2. *Sam.* VIII, 18. ubi filii Davidis כֹּהֲנִים fuisse dicuntur, i.e. principes, uti transtulit *Pagninus* cum *Vatablo*, Concedit etiam *Cornel. à Lap. in Comm. ad loc. Gen.* citatum & *ad* C. II, 16. *Exod.* nec impugnat *Bellarm. l 3. de V. D. c. 4. Chaldæus* quoque reddidit רַבְרְבִין, *magnates*, cum quo facit *R. Salomo. Kimchi* explicat per גְּדוֹלִים

magna-

magnates. *R. Levi Ben Gerson* per שָׂרִים וּמוֹשְׁלִים, principes & dominatores. LXX. Interpretes vertunt: οἱ υἱοὶ Δαβὶδ αὐλάρχαι ἦσαν. Et ne cui dubium sit, quo sensu vox illa accipienda sit, iidem Regis filii, *1. Paralip.* XVIII, *17.* fuisse dicuntur הָרִאשֹׁנִים לְיַד הַמֶּלֶךְ *primi ad manum Regis*; minimè autem sacerdotes. Consentiunt ex nostris *Flacius part. 1. Clav. in voce sacerdos. D. Gerhardus T. 6. §. 14. & 100. D. Iac. Martini l. 1. de Trib. Elohim. c. 33.*

XVI. Exemplum hoc satis clarum oculos tamen omnium perstringere non potuit. *Enjedinus enim* Davidem sacerdotem fuisse inde colligit, quod filii ejus loc. cit. dicantur כֹּהֲנִים, i. e. *sacerdotes*. Verùm Photinianus locum parallelum non inspexit, ubi nulla sacerdotii mentio. Vel si inspexit, quo animo eum nobis opposuerit, ipse viderit. Ostendat nobis sacerdotem, ex quo Aaron consecratus est, qui de tribu Levi non fuerit, & vincat; Maximè aut talem, cujus filii quoque sacerdotio functi sint. Scimus, quid Osiæ dixerint summus Pontifex Asarias & octoginta sacerdotes, *2. Paral.* XXVI, *18. non est tui officii, Osia, suffire Domino, sed sacerdotum, filiorum Aaron, qui sanctificati sunt, ut id muneris obire possint.* Quid putamus

putamus alios, cùm majore adhuc religione tenerentur, cultus quoque magis esset purus, dicturos filiis Davidis, quos non de Tribu Levi, sed Judæ esse constabat. Valeat itaque Enjedinus cum suo illo commento.

XVII. *D. P. P. disp. cit.* sic excipit: *2. Sam.* VIII, *18. filii David* (ראשׁנים primogeniti, 1. Chr. 18, 17.) כֹּהֲנִים *appellantur, non aliam ob causam, quam quòd Davidi essent à consiliis Ecclesiasticis*: Sie waren seine Kirchenrähte/ i. e. *erant ejus Consistoriales sive Præsides & Antistites in Consistoriis aliisq; deliberationibus, ad cultum ministeriumq; divinum spectantibus. Quod verò 1. Chr.* XVIII, *17.* לְיַד הַמֶּלֶךְ *fuisse dicuntur, id ipsum utiq; & cæteris aulicis, Cancellario maximè, competere vident, qui Calvinistæ non sunt: Interim tamen è contrario eosdem sacerdotes appellatos fuisse, nuspiam dicit scriptura.* Hic primus Dn. P. discursus est, πολιτείαν Judaicam è Ducatu Saxonico ejusque Consistoriis æstimantis.

XVIII. Unde verò nobis Cancellarium Judaicum & Consistoriales probare possit, quos ipse scilicet innuit, minimè fuit solicitus, quo tamen ipso negotium totum quasi basi quadam nititur; etsi alia quoque admisceat parum certa. *Primò*, quod ait, filios Davidis

Davidis primogenitos& quidem ſolos illos fuiſſe כֹּהֲנִים, unde, quæſo, reſcivit, רִאשׁוֹן Hebræis ſonare primogenitum, qui illis dicitur בְּכוֹר & פֶּטֶר רֶחֶם, *Exod.* XIII, *2.* Eſau quidem primogenitus, *Gen.* XXV, *25.* רִאשׁוֹן dicitur, i. e. prior inter geminos in lucem editus: accidit autem, quempiam gemellorum eſſe primogenitum. *Deinde* textum, *1. Paralip. 18.* malè divellit; neque enim vox הָרִאשֹׁנִים ad ſubjectum pertinet, ſed ad prædicatum: ut id nunc non urgeam, unius parentis, quanquam pluribus dediti ac mancipati Uxoribus, non haberi niſi unum primogenitum, qui ante latam legem ſacra obeat, ut non ineptè quidam colligunt ex *Gen.* XLIX, *2. Deniq;* non ſatis cepiſſe videtur, quis ſit ille רִאשׁוֹן לְיַד הַמֶּלֶךְ, aliàs Cancellarium haud admiſcuiſſet.

XIX. Nos itaque ſciamus, longè aliam fuiſſe reip. & Eccleſiæ Judaicæ directionem, quàm vulgò concipiunt. Fuére quidem Regi Aulici quidam primariæ Nobilitatis viri, ſive ſeniores ſive juniores, loco Conſiliariorum, ſi conſulto eſſet opus, in vectigalibus, exactionibus, aliiſque oneribus aut expeditione bellicâ, uti patet è *1. Reg. Cap.* XII, *6. 8.*

etsi de Cancellario nihil dum invenerim, uti nec de aulico Concionatôre. Cæterùm nulli ipsi erant Consiliarii Ecclesiastici, Synedrio magno contradistincti, & summo Pontifici oppositi. Constabât סַנְהֶדְרִין, ab ipso usque Mose institutum, viris LXXI. cui non Rex ipse præfuit, sed alius à Rege, dictus נָשִׂיא princeps, vel etiam רֹאשׁ הַיְשִׁיבָה, caput consessus vel consistorii; hac scilicet fini, ut vota essent magis libera, maximè cum de bello, ad proferendos Regni fines suscipiendo, consultandum. Hunc excipiebat alius, qui præ reliquis sapientia & autoritate pollebât אַב בֵּית דִּין, pater domus Judicii aut consistorii dictus. Reliquorum idem honor, eadem erat dignitas, sive essent Politici, primariæ Nobilitatis viri, sive Ecclesiastici, Levitæ nimirum & sacerdotes. Suprà enim quàm dixerim, restricta erat Regis potestas in civilibus juxta & sacris, usque adeò, ut Reip. puram Monarchiæ faciem haud exhiberet.

XX. Jam verò filii Davidis, qui dicuntur כֹּהֲנִים, non erant Consistoriales הָרִאשֹׁנִים h.e. primores illius Consessus. נָשִׂיא enim talis erat ætate & successione, at אַב בֵּית דִּין voto Collegarum neque ipsius merito ad eam

digni-

dignitatem aſpirabat. Contrà Davidis filii, uti ætate juvenes, itâ aliàs non ſapiẽtia ſenũ valebant, ſed partim audacia & ambitione juvenili regnum paternum involare parabant. Imò erant רִאשֹׁנִים, ſed complures, ſed לְיַד הַמֶּלֶךְ in aula ſcilicet Regiâ, ubi magna præfectorum virorumque nobilium copia, non in Conſiſtorio.

XXI. Fallitur autem *Dn. P.* qui alios quoque Aulicos, maximè confictum illum Cancellarium לְיַד הַמֶּלֶךְ, primos ſcilicet fuiſſe credit. Nam ambiguitas voculæ יַד illum ſeduxit: quippe ea interdum ſuppletiva tantum eſt, ac ſignificationem genuinam amittit. Sic בְּיַד eſt idem, quod *per* & *cum. Ierem.* XXXVIII, *10.* קַח בְּיָדְךָ שְׁלֹשִׁים אֲנָשִׁים, *tolle tecum triginta viros.* עַל־יַד & לְיַד idem, quod *juxta.* מִיַּד idem, quod *confeſtim, eveſtigio.* Videatur *cap.* XVII, *lib. 2. Paral. v. 15. 16. & 18.* ubi alii ad manum aliorum usq; ad ipſum Regem, dicuntur fuiſſe מְשָׁרְתִים, miniſtri Regis, nempe Aulici, contradiſtincti iis, qui præfecti erant Civitatibus. Adde ibidem LXX. *Vulgatam, Lutherum, Vatablum, Tremellium.* Sic ipſe Syrus phraſin retinuit, cui *Matth.* XX, *30.* ܠܝܕ ܐܘܪܚܐ, juxta viam, ad manum viæ, &

Iob. XXI,4. ܥܠ ܝܡ ܢܗܪܐ, est juxta mare vel fluvium.

XXII. *Alter P.* discursus hypothesi nititur: *Esto maximè* (inquit) *politico illi munere functi sint, sicut aliqui etiam ex nostris id ipsum statuunt, moti loco 1. Paralip.* XVIII. *quid prohibet, ipsos appellari sacerdotes & quidem cùm, quia Spiritus S. eos hac appellatione peculiariter & quasi κατ' ἐξοχὴν dignatur, tùm quia etiamnum Iurisconsulti, viri Politici, juris æquitatisque observantes, sine ullâ absurditate* sacerdotes justitiæ *appellantur.* Resp. Nullâ quidem esset absurditas, sententia tamen foret à veritate aliena, si illos vocaveris sacerdotes, quos Spiritus S. in loco parallelo tales fuisse negat. Vel enim propriè dicerentur כֹּהֲנִים, vel impropriè. Si propriè, pugnat id cum data hypothesi: sin autem impropriè, neminem habet adversarium: Id enim est, quod unicè hactenus contendimus, vocem כֹּהֵן nonnunquam sumi tam impropriè, ut etiam politicum notet, ceu immotè liquet è locis inter se collatis. Hoc potius absurdum est, ex usu linguæ latinæ colligere vim vocum Hebraicarum, earumque significationem, uti hîc in voce sacerdotis ludit Dn.P.

XXIII. Hæc de primo exemplo. *Alterum* legitur *1. Reg.* IV, *2.* אֵלֶּה הַשָּׂרִים אֲשֶׁר לוֹ עֲזַרְיָהוּ בֶן־צָדוֹק הַכֹּהֵן׃, *Isti sunt principes ejus* (*Salomonis*) *Asarianu, filius Zadok, primarius, seu, qui omnibus præstabat Principibus.* Hinc rectè cum *Schindlero Vatablus*: *verte princeps, ac sub intellige, principum, i.e. primus ex principibus aulæ Salomonis. Et Tremellius*: *erat præses, vices Regis agens in regni totius administratione, ut distinguatur ab eo præside, cujus fit mentio v.5.* Sanè prorſus non fit veriſimile, ex quo ſacerdotium Aaronis obtinuit, ſub Salomone eosdem fuiſſe principes & ſacerdotes, etſi qui ſacerdotes erant, in collegium, cui Synedrio nomen eſt, cæteris tamen paribus, adoptati fuerint. Nam qui eò adſciti eſſent, non principes erant aulæ, nec eâ de cauſa ſacerdotes, etſi non nulli nobiles ac dignitatis venerandæ.

XXIV. *Tertium* extat *2. Sam.* XX, *ult. etiam Hira Larithes erat* כֹּהֵן, *i.e. princeps Davidis*, ut *Pagninus* reddidit. *Chaldæus* transtulit ; הֲוָה רַב לְדָוִד׃, *erat princeps Davidis. Kimchi* : גָּדוֹל וּבַעַל עֲצָתוֹ׃, *præcellens & consiliarius ejus.* Et ex eo *Vatablus*: *princeps Consiliarius. Tremellius* : *erat præses pro Davide.* q. d. prorex, quales erant filii Davidis, uti

superius patuit. Quisquis tandem fuerit, Politicus fuerit, id quod præter Auctores adductos satis innuit, quod dicitur, כֹּהֵן לְדָוִד neque enim quisquam erat כֹּהֵן לַמֶּלֶךְ, sed כֹּהֵן לְאֵל עֶלְיוֹן, sacerdos Dei altissimi.

XXV. *Pineda*, quem suprà adduxi, duo adducit loca alia, *è* 2. *Reg.* X, *11*. & *Exod.* XIX, 6. In priore tamen nulla nos urget species, quo minus sacerdotes propriè dictos intelligamus; posterior magis quadrat ob expositionem, in ipso textu institutam. Exponitur enim מַמְלֶכֶת כֹּהֲנִים, *regale sacerdotium* per גּוֹי קָדוֹשׁ *gentem sanctam*, qualis esse debebat sacerdotum congregatio.

XXVI. Superest, ut tradam, quo maximè modo *Psal.* XCIX. sumi debeat. Pontificii, posito כֹּהֵן interdum notare principem, pro Mose tamen sacerdote hic pugnant. *Bellarminus* duo adducit argumenta. *1*. (inquit) *si h. l. viri primarii dicerentur sacerdotes, etiam Samuel, qui erat vir primarius, fuisset vocatus sacerdos. Quod tamen non fecit David, qui sciebat, Samuelem non fuisse sacerdotem, sed judicem*, 1. *Paral.* VI. Sed quæ ista est consequentia? quasi, quorum eadem est ἐξοχὴ, officium idem, eodem nomine indigitari debeant. Petrus sanè discipulus atque Aposto-

Apostolus Christi, *Marc.* XVI, 7. à Discipulis *Actor.* V, 29. & 1 *Cor* IX, 5. ab ipsis Apostolis disertè distinguitur, non diffitente *Bellarmino l. 1. de R.P. c. 18. in fine*, ubi Cardinalis ipse quærit: *an quæso Cephas non erat discipulus, non erat Apostolus?* potuisset sanè eadem lege colligi: Petrus distinguitur à Discipulis & Apostolis Ergò talis non erat, reliqui verò erant discipuli aut Apostoli. Confer *2. Sam.* XXII, 1. *2. Cor.* I, 2. *Hebr.* XIII, 24. *cap.* XI, 32. Quin etiam è Textu Psaltis colligere possem, Mosen atque Aaronem non fuisse invocatores nominis divini, eò quod à Samuele distinguātur. *Vid. 1. Sam.* XII, 19. & 23.

XXVII. *Deinde, Mosen munera sacerdotalia exercuisse, adeoq; sacrificia obtulisse* dictitat. *Aliter itaq; fieri non posse, quin fuerit sacerdos.* Id verò si sequitur, jam plures futuri sunt ex aliis etiam tribubus sacerdotes. Fassus est Jesuita §. præced. Samuelem non fuisse sacerdotem: at is lactantem agnum obtulit, 1. *Sam.* VII, 19. & simul pro populo oravit, pro quo sacrificârat. Quod si id quoque cum *Augustino*, voces in dubium, certè ipse Elias concidit in frusta juvencum, & posuit super ligna, aquam verò holocausto lignisque superinfundi, aliis in mandatis *T. 4. p. 730.*

 dedit,

dedit, *1.Reg.* XVIII, *23. & 33.* Jam Elias non erat sacerdos (erat enim è tribu Gad) Propheta tamen non minus atque Samuel, *Act.* III, *24. cap.* XIII, 20. Ergò is quoque sacrificium offerre poterat, qui etsi propriè dictus non erat sacerdos, legatus tamen Domini atque propheta audiret; qualem extitisse Mosen constat.

XXVIII. Ut itaque caput hoc concludam, etiam nunc Mosem pontificem fuisse pernego, cum *Luthero*, idque triplici de causa. 1. Quod Aaronis fuerit, ingredi sanctum sanctorum, non Mosis. Ergò Moses non fuit sacerdos summus. Hoc enim munus erat summo sacerdoti quam maximè proprium. 2. Ridendi sunt, qui duos in eodem officio, ejusdem Hierarchiæ summos faciunt sacerdotes, atque ita quidem, ut unus altero fuerit superior, ceu vult *Grets. Sess.* 2. *Coll. Ratisbon.* 3 Si duo fuére simul summi Pontifices in V.T. uter Christum repræsentabat? Si uterque? cur in N T. totidem summos vel etiam plures Patriarchas Romanus Princeps ferre nescit? Cur ille *positivè* summus est?

T. 1. Lat. p. 307. b.

LIB. I.

LIB. I. CAP. VI.

De Polygamia Salomonis, & quousq; illa se extendat, maximè autem de loco 1. Regum XI, 1. *& seqq.*

I. Abducamus paulisper animum à studiis severioribus. Quæstio mota est olim jam, nec ità pridem renovata de Rege illo sapientissimo, Salomone, ecquidnam de matrimonio ejus sentiendum. Fundamentales, quas vocant, regni Judaici Leges Regem spectantes, hæ leguntur, *Deut.* XVII, 16. 17. *non multiplicabit sibi rex equos, uxores, & non recedet cor ejus, & argentum & aurum non multiplicabit sibi supra modum.* Nihil horum Salomon senex observavit: ingentem auri argentique molem, longè maximum equorum numerum, effrænem denique uxorum copiam possedit, coegit, fovit.

II. Cæterùm, uti reliqua ferè dono data: ita caterva uxorum, contra quam decuit regem, ea sapientia præditum & quaquaversum celebrem, foris etiam atque aliunde ascita. Hinc *Iudai*, quùm 1. *Reg.* XI, 1. adamasse נָשִׁים נָכְרִיּוֹת רַבּוֹת, *uxores alienigenas complures*, & v. 3. *habuisse uxores principes septingentas & pellices trecentas* legitur, rectè

 notant,

notant, *bis* eum peccasse: *primò quod contrà legem specialem, Regi sigillatim datam, uxores multiplicabat. Deinde, quod contra legem, sibi cum plebe communem, uxores à Iudaismo alienas adeoq; gentiles multiplicabat*, quæ inclinabant cor ejus, ut faveret Diis alienis, extructis in gratiam mulierum templis, suæ confisus sapientiæ, quasi ab omni peccato sibi cavere posset, si maximè Gentilibus junctus esset matrimonio; cùm Adam recens à creatione, sapientia haud inferior Salomone, in gratiam tamen unius mulieris transgressionis autor extiterit, *Ierem* IX, 23. Quid tam effrenis uxorum non faceret copia?

III. Num vero credibile sit, tot Salomonem habuisse uxores, partim primarias, partim secundarias, æstuant nonnulli, subdubitantes, num è textu id solidè probare possit. *B. Lutherus in Comm. ad cap.* XXV, *Genes.* sententiam suam his verbis exponit: Da die Schrifft sagt vom König Salomon/ daß er habe gehabt 700. Königinne und 300. Kebsweiber/ ist auch also geredt (wie Gen. 25.) daß die Königin sind die rechten Frauen / die andern (auch eheliche Weiber) sind disen underthan. Das ist der Schrifft Brauch und Wei-

T. 4. Ien. Germ. p. 136.

Weiſe. Item *in Coll.Menſal.* Moſes hat wol *c. 36. p. 448.*
gebotten / daß die Reichen muſten nemmen / die
ihnen am nächſten verwandt waren / auf daß
die armen Metzen nicht ſitzen blieben. Daher
haben David und Salomon viel Weiber gehabt/umb der armen nächſtverwandten Blutfreundin willen / daß dieſelbigen auch verſorget
und ernehret wurden. Hæc Lutheri de Uxoribus Salomonis ſententia eſt, loco gemino confirmata, eum nimirum magnam catervam uxorum aluiſſe matrimonio ſibi junctarum. Addatur *Auguſtin. l. 22. contra Fauſt. Manich. c. 5.* ubi etiam Manichæus textum ità accepit, licet confundat numeros. Nec Auguſtinus, quomodo factum hoc excuſaret, invenire potuit.

IV. Reperit tamen, certè reperiſſe ſe credidit Rev. atque Cl. *Dn. D. Fr.* unde ab ea copia uxorum Regem liberaret. Adducit *in Tr. de interpretatione, Orac. 51.* ſententiam *Lutheri* ex *C. ſerm. Conviv. §. præced. citato,* his verbis: Die H. Schrifft hat wollen anzeigen / wie viel Weibsbilder Salomon hat müſſen täglich ernehren und erhalten. Dann daß er 300 Königin gehabt/das ſind ſeine arme Freundin geweſt von dem Geſchlecht David/ die haben ſich alle zu ihm gefunden / und die hat

er-

er an ſeinem Hofe müſſen ernehren / exceptis concubinis & reliquis famulis. Accipit igitur Fr. textum ſacrum de Gynæceo, von Frauenzimmer / quòd conſtiterit ex maritatis, viduis, virginibus, non verò, quòd omnes eas Salomon matrimonio ſibi junxerit.

V. Nolim ego quidem quenquam mihi aſſenſum adhibere, niſi rationes adduxero firmas: neque ipſe à litera dimoveor, motus ſolis Colloquiis menſalibus; rationes poſco, quas quisquis habuerit firmiores, vincat. Non germanus ille Lutheri fœtus eſt, qui ſic inſcribitur, parenti notus nunquam, nunquam recognitus. Quin imò plura continens, quæ cognitiſſimæ ac teſtatiſſimæ ſententiæ ejus adverſantur. Et, ſi libri illius auctoritate ſtandum eſſet, profectò è loco §. 3. adducto, aſſerendum foret contra D. Fr. Salomonem matrimonio ſibi junxiſſe uxores longè plures, quam ille innuit. Nam præter filiam Pharaonis, Moabiticam item, Ammoniticam, Edomæam, Sidoniam & Hitteam, Uxores, caterva mulierum conflata erat è cognatis; quanquam Judæi de rege ajunt: אֵינוֹ חוֹלֵץ אֵינוֹ מְיַבֵּם

ipſe

ipse nec discalceatur, *nec fratriat*, ut alii scilicet de plebe, *Deut*. XXV, 5. *& seqq*.

VI. Faciamus itaque potius cum *Luth.* dum *in cap. XXV. Gen.* commentatur, quam cum nescio quo alio, qui nomine Lutheri abusus obvia quævis in chartas conjecit. Nec desunt rationes, quibus moveamur. 1. Si pauperculas regiæ familiæ fœminas in Gynæceo solum aluisset, non debuisset ei Scriptura, vertere vitio: etsi maximè sanguine ipsi junctæ non fuissent, nec id crimini dandum: quanquam hoc quoque Regi sapientissimo sine disertâ litera & ratione haud assignaveris, quod tam amplum aluerit Gynæceum, nisi dicas, eum uxorum laborasse copia, quarum bona pars cum esset præcipuæ nobilitatis, famulas adsciverit, quæ mundum muliebrem asservarent, & quod ad victum faciebat, curarent.

VII. *Deinde*, quid mirum, si contra legem Dei tantam uxorum colluviem habuit, qui contra eandem uxores duxit alienigenas, *Nehem. ult. 26.* Quod si enim Judaicæ religioni addictas adamasset, minus periculi cultui creasset divino. Imo enimverò tot nationibus, à cultu verò alienis, templa exædificavit, adeoque contra mandatum ido-

la si

la, si minus coluit, saltem ita promovit, ut eo nomine à Deo recesserit in favorem uxorum, quæ postmodum Josias destruxit, seu liquet, 2. *Reg.* XXIII, 13. Annon plus mali introduxit, dum cultum idololatricum promovit publicè, quam quod in aula tot uxores fovit, aluit? & si illud credibile, imò longè verissimum, cur suspectum sit tot uxorum examen, non intelligo.

VIII. *Adde*, quod nec ipse Salomo exemplo copiæ mulierũ destituatur, atq; alii eum ferè secuti sint. Gideon habuit שִׁבְעִים בָּנִים יֹצְאֵי יְרֵכוֹ כִּי נָשִׁים רַבּוֹת הָיוּ לוֹ, i.e. *Septuaginta filios, egredientes femore ejus, quia uxores complures erant ei, Iud.* VIII, 30. pellicem vero unam solùm, quæ Abimelechum peperit. Rehabaam, Salomonis F. uxores XVIII. sumsit, & concubinas LX. cum jam defecisset ab eodem regnum Israël, adeoque alendis pluribus impar videretur, atque indidem suscepit filios XXVIII. filias autem LX. 2. *Paral.* XI, 21. Hæ erant Judaicæ mulieres, non exiguum conficientes numerum, quibus longè plures Salomo addidit, nempe alienigenas, Moabiticas, Ammoniticas, Edomæas, Sidonias & Hitteas. Hoc itaque similius vero est, non de Gynæceo nudo, sed

do, sed verò de ipso matrimonio talia esse accipienda.

§. IX. Nec illud silentio involvendum, quod hoc ipso facto aliis Regibus Salomon confertur. qui tot uxores non habuerunt. David, *Drusio* teste, uxores habuit octo; cui, si Judæorum credimus consensui, 18. divinitus erant concessæ. Pellices quoque illis aliquot adjecit, uti memoratur *2. Sam.* V, *13.* *cap* XVI, *21.22.* nec id uspiam Scriptura reprehendit, nisi qua modum, quo quasdam sibi junxit. At Salomo exemplo prorsus inaudito בחור, longè plurimas hinc inde coëgit נָשִׁים & פִּלַגְשִׁים, uxores & concubinas, easque in multitudinis numero, Ammoniticas, Moabiticas, &c. Cur itaque recedendum sit ab hac disertâ literâ, equidem non video.

§. X. Corrigit quidem hîc Lexica *D. Fr.* ac נָשִׁים & פִּלַגְשִׁים *de Virginibus* quoque dici è *Num* XXXI, *18* & *Esth.* II, *3.8.* evincere satagit Quin etiam acriter in eos invehitur, qui פלגשים vertunt *concubinas*, cùm tamen radicem nesciant, qua ignoratâ vocis interpretatio fundamento destituatur. Multitudinis vero numerum per Enallagen excusat, ac Moabiticas pro Moabitica, Ammoni-

moniticas pro Ammoniticâ, Edomæas prò Edomæa dici sibi persuadet.

§. XI. Verùm mihi hæc necdum satisfaciunt. Unanimis Lexicographorum consensus Scripturæ debetur, quæ vocibus aliter non utitur, quàm eas ibi offendis expositas. *R. Kimchi in Lexico*, & ex eo *Michlol Jophi ad cap.* XXV, *6. Gen.* פִּלֶגֶשׁ describunt. quod sit אָמָה הַמְּיֻחֶדֶת לְאָדָם לְמִשְׁכָּבוֹ בְּלֹא כְתוּבָּה וּבְלֹא קִדּוּשִׁין, i.e. *Ancilla juncta viro, ut cum eo concumbat, sine tamen literis dotalitiis, solemnibusq; sponsalibus*. Idem repetit ac inculcat in פירוש ad *2. Sam.* V, 13. atque addit ex antiquissima consuetudine, פִּלַגְשִׁים distingui à נָשִׁים, *quod hæ, nuptias celebrarint* בִּכְתוּבָּה וְקִדּוּשִׁין, *suppositis literis dotalitiis solemnibusq; sponsalibus*. Quò referendum; quòd cùm filii concubinarum minimè hæredes essent, nec literis ejusmodi gauderent, donis contenti esse debebant, *Genes.* XXV, 6.

§. XII. Id qui neget, usu vocum convictus, manus dabit: nimirùm omnes supponunt, פלגשים non esse virgines, uti nec נָשִׁים. Sic Bilha erat concubina Jacobi, quam Ruben polluit, *Gen.* XXXV, 22. adeoque *adscendisse legitur cubile parentis, cap.* XLIX,

XLIX, 4. David accepit in Jerusalē פִּלַגְשִׁים וְנָשִׁים (quas posteà Absolon polluit) atque inde suscepit filios ac filias, *2.Sam.*V,*13.* Salomon parentis secutus vestigia, uxores quoque & concubinas multiplicavit, sed plus justo. Imò enim verò, ubi ubi concubinarum in oppositione ad uxores extat mentio, non virgines, sed maritatas intelligi, liberi, qui illico in textu subjiciuntur, arguunt.

§. XIII. Neque obstant loca adducta. In priore enim פִּלַגְשִׁים non contradistinguuntur נָשִׁים. Ergò si vel maximè vox in unico illo loco, ceu *Luthero, Tremellio, Buxtorffio* persuasum, de sexu fœmineo acciperetur, tamen id applicari non posset controversiæ nostræ, ubi inter illas instituitur oppositio, quæ quoties locum habet, non Gynæceum nudum, sed viros passas mulieres innuit. Proculdubio etiam 700. sive virgines, sive uxores regiæ totidem minimùm habuissent famulas, non tantum trecentas, adeoque Gynæceum longè pluribus constitisset personis.

§. XIV. Neque vero insolens est, eandem vocem nunc sexum solùm, nunc etiam statum personæ, poscentibus ita præ-

dicatis, notare. Sic אִישׁ notat masculum in genere, sed nonnunquam in specie maritum: uti אִשָּׁה nunc fœminam, nunc simul uxorem, adeoque eam quoque, quæ cum viro nunquam consuevit. Hic verò amor erga נָשִׁים, item persona conjugio mancipata, multitudine uxorum jam laborans, & ab iisdem tandem à cultu vero avocata, clamant, non sexum nudum notari, sed statum conjugii. Accedit in loco Num. instituta expositio, quod scilicet fuerint נָשִׁים אֲשֶׁר לֹא יָדְעוּ מִשְׁכַּב זָכָר, *hoc est, virgines*, quales illas Salomonis fuisse, argumenta paulò ante allata haud admittunt. Quanquam, nisi v.35. consulas, pluralis יָדְעוּ cum collectivô כֹּל ex linguæ indole construi potuisset.

§. XV. Alter locus itidem nihil facit pro *D.Fr.* Nam confundit distinctas domos mulierum scilicet & concubinarum. Nam hæc posterior vocatur בֵּית הַנָּשִׁים שֵׁנִי, v.14. & singulis ædificiis singuli Eunuchi erant præfecti, id quod prorsus observatum oportuit, ne נָשִׁים cum פִּלַגְשִׁים confunderentur, aut crederetur, utrasque fuisse virgines. Imò v.17. נָשִׁים & בתולות inter se distinguuntur. Ut ut igitur nonnunquam commutentur inter se vocabula נָשִׁים & פִּלַגְשִׁים

פִּלַגְשִׁים, propterea tamen פלגשים non sunt virgines, cum ab illis hîc distinguantur. Vide *Gen.*XXV,*1.& 6. cap.*XVI,3.*c.*XXXV, 22. potest utique Gynæceum constare uxoribus, viduis, infantibus, pedissequis, quis concluderet inde, quod in eadem versantur domo, easdem omnes dici נשים, aut quod amplius est, esse virgines? A potiori & fine denominatio peti solet. Ita domus regis, cap. cit. vocatur בֵּית הַמֶּלֶךְ, non quòd reges solam eam habitarent: nam virgines quoque ibi fuisse, v.9. disertè dicitur.

§. XVI. Nimirum in aula regia servabantur juxta cum Regina primariæ nobilitatis virgines: deinde mulieres regis aliæ in Susan peculiare ædificium inhabitabant. Denique concubinæ seorsim in ædibus servabantur, idque ordinariè. Jam cum extra ordinem Regina esset eligenda, non de integro illis domus aliqua à rege exædificata est, sed domicilium ipsis in ædibus נָשִׁים vel mulierum assignatum est.

§. XVII Minimè itaque virgines sunt פִּלַגְשִׁים, sed uxores secundariæ hoc nomine veniunt. Nec juvat *D. Fr.* quod radix ignota sit. Quod si enim per radicem intelligit vocem simplicem, tribus constantem lite-

ris, eam hîc tam inique postulaveris, quam in dictionibus בְּלִיַּעַל, יִשְׂרָאֵל, אַבְרָהָם. Sin autem originem vocis quocunq; modò sumtam, perperam radix negatur. Nam, vel ipso teste Avenario, uti פַּתְבַּג *edulium*, à פָּתַת i. e. *in frusta fregit*, & בַּג, i. e. *cibus*, descendit: ita פִּלֶגֶשׁ est à פָּלַג, *divisit*, & אִשָּׁה, *mulier*, sive quod esset divisa ab hæreditate mariti, adeoque tantum frueretur donationibus: sive quòd partim uxor esset ex debito conjugali, partim non esset ob diminutam hæreditatem, adeoque uxor secundaria. Jam hæc deductio vocis quid importat aliud, nisi exclusionem virginitatis?

§. XVIII. Quod si quis unicam literam שׁ ad vocem אִשָּׁה referre neget, expendat nomen Patriarchæ, credentium Patris. Sanè equidem אַבְרָהָם dictus est insertâ literâ ה, qui anteà אַבְרָם, litera ה vocem integram הָמוֹן importante, ut vel ad nominis, divinitùs mutati, mentionem illicò seminis multiplicandi promissum in mentem sibi revocaret. Nec pluralis numeri Enallagen hîc concedimus, cum generi species itidem multitudinis numero subjici videamus, atque apertè dictum sit, Salomonem adamasse uxores alienigenas quam plures, scilicet

enume-

enumerando tam effrenem catervam, non Ægyptiacam solùm, Pharaonis filiam, sed Moabiticas, Ammoniticas, &c. quarum etiam nomina ob multitudinem referre pigeat, imò tantâ copiâ, ut templa, ubi certatim Idolis litarent, sibi exstrui à Rege peterent, obtinerent; ipsumque adeò Regem, dum alia supra aliam cultum idololatricum plenis faucibus commendaret, à verâ id temporis religione non leviter avocarent. Eo vero in errore num perstiterit, haud disputo: modò evictum sit, non de nudo Gynæceo sed uxoribus & concubinis textum esse accipiendum.

LIB. I. CAP. VII.

Lex Deut. XXV. *de jure ducendi fratriam exponitur & à quorundam glossâ liberatur.*

§. I. Recepta inter Judæos sententia est, licere Apellæ uxores ducere complures, dum ne Rex sit, ipsisque præstare possit שְׁאֵר כְּסוּת וְעוֹנָה כְּרָאוּי לְכָל אַחַת וְאַחַת, i.e. victum & amictum, ac conjugale debitum juxta cujusque dignitatem. Hæc enim tria illi marito incumbere præstanda uxori, colligunt ex *Exod.* XXI, *10.* Ne tamen nimium

mium excrefcat uxorum copia, & maritus, fi minus in duobus prioribus, in ultimo faltem deficiat, צִוּוּ חֲכָמִים שֶׁלֹּא יִשָּׂא אָדָם יוֹתֵר
מָמוֹן לוֹ שֶׁיֵּשׁ־פִּי־עַל־אַף נָשִׁים אַרְבַּע עַל־
בְּחֹדֶשׁ אַחַת פַּעַם עוֹנָה שֶׁתַּגִּיעַ כְּדֵי הַרְבֵּה, *visum eſt ſapientibus, lege cavendum eſſe, ne quis uxores plures ducat, quam quatuor, etſi ditiſſimus ſit, quo ſingulis menſibus cuivis illarum* ὀφειλομένην εὐνοίαν *reddat.* Ita docet *Majmon Tract.* אישות *c.14. §.4. & liber* Schulchan Aruch *Tract.3. Hilcot* פְּרִיָּה וּרְבִיָּה, *cap.9 §.1.*

§. II. Porrò, quod Recutiti ſupponunt, in eo Chriſtiani minimè inter ſe conſentiunt, adeoque lis orta eſt, numquid ita non ſolum Patriarchis, ſed Judæis quoque permiſſa fuerit, imò ex lege conceſſa Polygamia, ut in foro poli, ceu loquuntur, excuſati fuerint? *B. Lutherus* non obſcurè, ſibi quid videatur, indicat, tum in *Cap.* XVI. *Gen.* tùm *in diſp. de Digamia Epiſcoporum* §.65. Arbitratur, jus fratriandi ſimultaneam polygamiam diſertè poſtulare, ſuppoſito ſcilicet fratrem natu minorem conjugio jam fuiſſe mancipatum. Quod idem ut *alii* clariùs evolvant, hoc maximè modò argumentantur: *Quod Deus mandat, non eſt intrinſecè peccatum. Polygamiam mandavit. Ergò*

Ergò Polygamia intrinsecè non est peccatum, adeoq; Judæi post Patriarchas salvâ conscientia plures simul uxores matrimonio sibi jungere potuerunt. Minorem confirmant loco præsenti, *Deut.* ubi frater defuncti uxorem jubetur ducere, nulla determinatione additâ, cælebs sit, an vinculo conjugali adstrictus. Et quod magis rei huic favere credunt, exemplum Ruth iidem adducunt. Videantur *Meisnerus p. 1. Phil. Sobr. & Thumm. in Decalog. ad præcept. 6.*

§. III. Indignè id ferunt alii, qui *Lev.* XVIII, *18.* polygamiam Judæis interdictam, sibi persuadent, lege scilicet, ut arbitrantur, naturali, adeoque verba legislatoris, *Deut.* XXV. sensum longè alium postulare credunt, in textu vi linguæ ipsius comprehensum: *Si fratres*, inquit Moses, *habitaverint* יַחְדָו *& mortuus fuerit unus ex eis absq; liberis, Levir ejus ingredietur ad eam, adeoq; ducet eam* לְאִשָּׁה *& sociam eam habebit.* Hæc duo vocabula Hebraica sensum illis gignunt talem, qui Polygamiæ prorsus adversetur. Eam enim demùm & quidem solùm credunt הֻלְקַח לְאִשָּׁה vel duci uxorem, quæ æque, ac ipse sponsus, cælibatui hactenus fuerit dedita, eumque dici ducere uxo-

 rem,

rem, qui nullam prorſus habeat. Eum cenſeri cum fratre שֶׁבֶת יַחְדָּו, i.e. habitare ſimul, qui easdem ædes paternas absque uxore habitet. Dicam itaque ſcribunt *B. Luthero*, quod additam in textu limitationem, eamque geminam, inſuper habuerit.

§. IV. Id mihi non arrogo, ut modò controverſiam illam diſceptem, licita id temporis fuerit Polygamia, nec ne? at vim linguæ ultrò has ſuppeditare exceptiones, affirmare haud auſim, motus fundamentis è Scriptura petitis. Sanè quidem Sara Abrahamo marito ancillam Agar dedit לְאִשָּׁה, *Gen.* XVI, 3. Eſau accepit עַל־נָשָׁיו præter uxores, quas habebat jam, filiam Iſmaëlis לְאִשָּׁה, *Gen.* XXVIII, 9. Rachel dedit Bilham ancillam ſuam marito Jacobo לְאִשָּׁה, *Cap.* XXX, 4. uti Lea Zilpam, *v. 9.* Dederat jam Saul Michal filiam Davidi לְאִשָּׁה, *1. Sam.* XVII, 27. Idem tamen Abigail duxit לְאִשָּׁה, *1. Sam.* XXV, 42. & Bathſebam, *2. Sam.* XI, *ult.* Sed quid attinet exempla attuliſſe plura? uſus ſcripturæ frequens nihil infert aliud. Neq; enim, communi etiam loquendi uſu, ea uxor non ducitur, quæ prima ducta non fuerit. Itaque קַחַת לְאִשָּׁה non eſt primam matrimonio ſibi jungere uxorem,

ſed

ſed præſcindit à primâ, ſecunda, tertiâ, aliis, quotquot tandem fuerint, ordine minimè connotato.

§. V. *Altera exceptio*, qua dicunt, verba in principio legis poſita, *ſi fratres habitaverint* יַחְדָּו, continere explicationem, *quòd non in genere & indeterminatè de quibusvis fratribus, ſed in ſpecie ac determinatè de fratribus, in ædibus paternis adhuc habitantibus, ſit ſermo*, ſeipſam evertit. Etſi enim verùm ſit, non rarò filios, matrimonium contrahentes, adeoque familiam à paternâ aliam conſtituentes, ædes paternas deſerere, quæſitis domiciliis propriis, uti *ex Geneſ.* II, 24 illi contendunt, id tamen obſervatum oportuit, non dici in textu filium habitare in ædibus paternis, ſed fratres habitare ſimul. Jam ſi hoc prædicatum innuit, unum ex fratribus eſſe cælibem, cum omnes *ſimul habitare* dicantur, alter quoque ille fuerit cælebs, quem tamen uxorem duxiſſe, textus ſupponit, ſatisque innuit, dum affinitatis facit mentionem ejusmodi, quod ſcilicet fuerit Levir relictæ viduæ.

§. VI. Supereſt itaque, ut indagemus expoſitionem aliam. Vocatur præceptum hoc Moſaicum à Judæis מִצְוַת יִבּוּם, i. e. manda-

tum leviratiōnis seu de ducendâ in uxorem fratris viduâ; ac hodieque superat integer *tractatus Talmudicus*, qui יְבָמוֹת inscribitur, ac multa super eo jure passim à Judæis disputantur, maximè à *Majmonide l. 4.* מִשְׁנֵה תּוֹרָה *seu* יָד, *tractatu* יִבּוּם וַחֲלִיצָה, *h. e. de jure fratriandi & exuendi calceum.* Item *parte 3. Schulchan Aruch.* Inde igitur, quo lux accedat dicendis, quædam prælibanda sunt.

§. VII. Cardo controversiæ in eo versatur, *an prorsus omnes fratres lex illa spectarit, an aliquos solùm, adhibitis quibusdam exceptionibus, & qui tandem à præcepto illo fuerint exempti?* sanè in Lege vix quisquam disertè exprimitur immunis ab ea servandâ, si fratris nomine veniat. Summum tamen excipi Sacerdotem, satis liquet ex *Lev.* XXI, *13. 14.* ubi hæc lex fertur: *Uxorem ducet virginem; viduam verò, repudiatam, profanam atq; meretricem non ducet*: hac fine, uti reor, quo Ecclesiam, summi in N. T. Pontificis sponsam, nobis præfiguret Moses, consentiente Apostolo, *2. Cor.* XI, *2. despondi vos uni viro, ut virginem castam exhiberem Christo.*

§. VIII. Longè plures verò fratres Judæi à præcepti hujus observatione excipiunt,

unt. Leges numerant תרי״ג, 613. quarum aliæ sunt מצות עשה, aliæ מצות לא תעשה, i. e. affirmativæ & negativæ, easque sigillatim recenset ספר החנוך, *editus Venetiis.* A nulla verò lege Rex exemptus est, illorum judicio, nisi à jure ducendi fratriam. Hinc dicere consueverunt: אינו חולץ אינו מיבם, nec discalceatur, nec fratriat. Non discalceatur, quia dictum est de renuente seu repudiante fratriam, *Deut.* XX, 9. *accedet ea, solvetq; calceamentum de pede ejus in oculis seniorum,* וירקה בפניו, *& exspuet in faciem ejus, & dicet; sic fiet viro, qui non ædificaverit domum fratris sui.* Hæc itaque infamis neglectæ legis exprobratio ne Regis elevaret authoritatem, sive sputum admitteret, sive respueret, visum est senioribus, id dandum honori Regis, ut hic seorsim à reliquis saperet.

§. IX. Intelligunt etiam Judæi fratrem מאב (*ex patre*) germanum, qui eodem patre cum defuncto gaudeat, adeoque paterni nominis hæres sit, ità tamen, uti ne sit זרע ממזר, i. e. *spurius vel nothus*, aut עובד עבודת כוכבים ומזלות, i. e. *idololatra.* Talis enim, authoribus Judæis, & se & viduam liberat à jure contrahendi, calceandi, & fratriandi. Adhæc intelligunt talem, qui non sit פרים

חפה

חַמָּה i.e *frigidus*, adeoque ad generationem ineptus, aut אַנְדְּרוֹגִינוֹס, i.e. *hermaphroditus*, vel שׁוֹטֶה, i.e. *stolidus*, vel קָטָן, i.e. *minorennis*, & cujus uxor non sit אַיְלוֹנִית, i.e. *sterilis*. Sic illi legem restringunt: at de fratribus, in ædibus paternis commorantibus, aut verò talibus, qui cælibes adhuc sint, altum hîc silentium. Restat itaque ut videamus, quid tandem sit *habitare simul*.

§. X. Judæi phrasin sic explicant. *Abenezra* quidem, אִם הָיוּ בִמְדִינָה אַחַת או בְחָצֵר אֶחָד או שֶׁהָיוּ אֹהֲבִים זֶה אֶת־זֶה, i.e. *si fuerint in eadem provincia, aut in atrio vel villa eadem; aut si diligat alter alterum.* Non vero acceptiones quæcunq; modò dictæ, in eundem cadunt locum. Certè, *Psal.* CXXXIII, *1.* שֶׁבֶת יַחַד, i.e. *habitare simul*, concordiam & dilectionem magis notat, quam cohabitationem. At *Genes.* XIII, *5. & 6.* magis notat cohabitationem in eadem provincia. Sic enim Moses ait: *Abram erat dives valdè in pecore, argento & auro. Ipsi quoq; Loth, cum eo ambulanti, erant pecudes, boves & tabernacula, nec ferebat eos terra* לָשֶׁבֶת יַחְדָּו, *ad habitandū simul, & quia erat substantia eorū multa, non poterant* לָשֶׁבֶת יַחְדָּו, *habitare simul*, scilicet non in iisdem ædibus paternis. Etsi enim

אַחִים

אחים sensu generaliori dicantur, tamen & pater Abrahæ pridem erat defunctus, & in mandatis ipsi dederat Deus, *cap.* XII, 1. ut relictâ domo & cognatione Palæstinam peteret. Itaque qui *simul habitare* dicuntur, non necessariò communi ædificio includuntur, nedum paterno, sed certo *quodam loci* intervallo aut intercapedine certâ.

XI. *R. Salomo* illos *simul habitare* perhibet, quorum generalis quædam in hoc universo habitatio est, & si fratres illi cohæredes fuerint, non habetur ratio bonorum viduæ. Nulla itaque hîc suspicio de fratribus in ædibus paternis habitātibus. Possunt vivo patre in ædibus alienis diversæ fratrum habitare familiæ: possunt, eodem defuncto, in iisdem ædibus commorari, si maximè alter cælebs sit, ædes autem minimè paternæ. Non malè ad hæreditatem seu possessionem Judæorum respectus habitus: ne quando illa divelleretur, aut verò, iteratis subinde nuptiis, prorsus interiret. Similis lex extat de utroque sexu, eaque *Num.* XXXVI, 7. & 8.

§. XII. *Clar. Buxtorffius* testatur, Judæos antiqua traditione id asseverare, si Levir in civitate alia habitet (ita tamen *C. 30. Synag. Jud.*

men

men, ne tribus prorsus mutetur) cogi fratriam, ut Levirum illum sequatur, eumque de conjugio secum contrahendo conveniat. 2. Non dissimulant, sed disertè fatetur, quibus probatur contrarium, propinquos etiam generali fratrum nomine comprehensos hac legi adstringi, ut viduam ejusmodi ducant, si vel fratres desint, vel qui supersunt, fratriam ducere recusent. Prius, quod antiquissimâ traditione constat, satis innuit, non intelligi textum de fratribus, simul in ædibus paternis habitantibus: posterior quoque sententia, quam tuentur, qui legem, *Deut.* XXV. de fratris alterius cælibatu explicant, idem disertè postulat, non habitare scilicet eos in iisdem paternis ædibus, cum ne fratres quidem sint, nisi sensu laxiore. Aliis proinde argumentis utatur necesse est, qui probare volet, Levirum fratriam ducentem, nunquam fuisse junctum matrimonio.

LIB. I. CAP. VIII.

In quo Græci Interpretes quà Controversias Theologicas cum Fonte in locis aliquam multis conferuntur.

§. I. Magni fecit Antiquitas versionem Græcam

Græcam usque adeò, ut non rarò eam in controversiis secuta sit, veluti normam quandam. *S. Hieronymus, Hebraicè doctissimus, in Epistola ad Ctesiphontem, contra Pelagianos scriptâ*, exemplum nobis suppeditat: *Si facilia* (inquit) *sunt præcepta, profer, quis ea impleverit, & cur David in Psalmo canat:* qui fingis laborem in præcepto? *& iterum*: propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras. hæc ille. Neuter certè locus ad probandam thesin facit. Prior legitur *Psal.* XCIV, *20.* nec de Deo loquitur ejusve lege, sed de throno tyranni, qui contra DEI mandatum omnis generis afflictiones ac molestiás sua ipsius auctoritate populo imponit. Posteriorem offendimus, *Ps.* XVII, *4.* ubi perperàm transtulére Græci Fontem. Hic enim habet: אֲנִי שָׁמַרְתִּי אָרְחוֹת פָּרִיץ i.e. *ego observavi* (cavi) *vias effractoris vel impii.* Symmachus reddit: παραβάτου. LXX: ἐφύλαξα ὁδοὺς σκληράς. nulla hîc legis divinæ mentio, sed viæ impiorum, quam declinare debemus. Minus rectè itaque *Hieronymus* Græcos hic secutus est, uti quoque *Arabs.* At optimè *Syrus* intelligit ܐܘܪܚܬܐ ܒܝܫܬܐ i.e. vias malas, quâquam ad Deum actionem

referat,

referat, qui pios à viis ejusmodi custodiat.

II. *Augustinus* quoque eosdem non raró sequitur. *T. 3. cap. 32. Enchirid. ad Laurent.* distinctionem gratiæ in prævenientem & subsequentem elicit è *Psal.* LIX, *11.* & *Psalm.* XXIII, *6* *Utrumque* (ait) *legitur in sanctis eloquiis*: & misericordia ejus præveniet me & misericordia ejus subsequetur me, *nolentem prævenit, ut velit: volentem subsequitur, ne frustra velit.* Græcos secutus est, quibis híc errant. transtulére: ὁ θεός μου, τὸ ἔλεος αὐτοῦ προφθάσει με. Quasi legerint: אֱלֹהֵי חַסְדּוֹ vel אֱלֹהַי, cum legendum sit, אֱלֹהֵי חַסְדִּי, *DEUS misericordia mea præveniet me*, ceu monent in margine *Masoretæ*, uti mox sequitur: *DEUS videre faciet me.* Sic *Ps.* XXVII, *10.* dicitur: אֱלֹהֵי יִשְׁעִי, *DEUS salutis meæ.* Nec causam video, cur nominativum ponamus absolutè, ubi commoda locum habet constructio. Syrus & Arabs vocem *DEI* pro vocativo ponunt, ac textum transferunt, quasi חַסְדְּךָ legissent.

III. Idem *Augustinus* non rarissimè locum *Esai.* VII, *9.* inculcat: *nisi credideritis, non intelligetis*: atque malè colligit, fidem de rebus divinis præcedere earundem notitiam. Videatur vel solus locus *cap. 113. in Quæst.*

Quæst. ex utroq; Testamento. *Augustinum* certatim sequitur caterva Pontificiorum, *Lombardus 3. sent. dist. 24. Thomas 2. secund. q. 8. art. 5. ad 3. & art. 8. ad. 1. Jansenius Concord. Evang. c. 59. Maldonatus ad Luc.* XXIV, *16. & ad Joh.* VI, *69. Cornelius à Lapide in Comm. 1. ad Tim.* II, *7. & Bell. l. 1. de Justif. c. 7.* qui inde probat, fidem non esse notitiam, sed assensum, vel, non esse intelligentiam, sed viam ac gradum ad intelligendum, sicut Philosophi ajunt: *discentem oportet credere.* Verùm lectio illa, à Græcis nata, perversa est. In Fonte dicitur: אִם לֹא תַאֲמִינוּ כִּי לֹא תֵאָמֵנוּ, i. e. *si non credideritis, certè non persistetis.* LXX. reddidere ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδὲ μὴ συνῆτε; quod Symmachus longè rectiùs transtulerat: οὐ διαμενεῖτε. Neq; ipse ignorabat Augustinus, varias dari lectiones, cùm circa hunc ipsum locum geminam inculcet, *l. 2. de doctrinâ Christ. c. 12.* &c, quod amplius est, tueatur. Sed alia ratio est, si in fontibus, alia si in versionibus diversa occurrat lectio.

IV. *Quæstione 80. in Exod.* disputat de verbis *cap.* XXI, *22.* & de fœtu formato atq; informi, vel, ut ille putat, animato & animâ destituto. Item, quãdo animatus esse incipi-

at, num ab ipſo conceptionis momento, an multò poſt; cum tamen diſtinctionis vel differentiæ occaſio ſolùm petita ſit è Græcis Interpretibus, qui inter παιδίον ἐξεικονισμένον, & μὴ ἐξεικονισμένον, abq; textus ſuffragio, diſtinguunt. Nam in Hebraicis eſt אָסוֹן & לֹא אָסוֹן, pro quo אָסוּם & לֹא אָסוּם interpretes legiſſe, *Schindlerus* auctor eſt. Pertraxit *Auguſtinus* in ſuam ſententiam *Lombardum*, qui ex illa fœtus diſtinctione, tanquam ex conceſſis, de propagatione peccati diſſerit, atque ea ſibi objicit, quæ nemini febricitanti veniſſent in mentem. Quin imò eòuſque ignorantia proceſſit, ut *Canonici corporis compilator*, *C. 32. quæſt. 2. cap. quod verò*, imotè quaſi animatum & non animatum diſtinxerit, cum Textus de formato & informi ratione formæ externæ loquatur, ceu pateſcit ex verbis ipſis. Neq; enim εἰκὼν formam ſubſtantialem ſenſu proprio importat, ſed effigiem potius externam, uti תּוֹאַר apud Hebræos: etſi illud nonn unquam ad eſſentiam aut interiorem rei affectionem applicetur.

Lib. 2. Diſt. 31. E.

§. V. De Pſalterio quid dicam? Quoties *T. S.* ubi illud ex profeſſo enarrat, quoties alibi verſionem Latinam, è Græcis expreſſam,

ſam, ſecutus hallucinatur *Auguſtinus*? *Pſalmus quartus* Græcis inſcribitur εἰς τὸ τέλος, quod Latinus tranſtulit: *in finem*. Quaſi legatur in fonte, לַמְנַצֵּחַ. Id *Auguſtinus* illicò arripuit, quaſi de Chriſto ſermo ſit, qui *Rom.* X, 4. vocatur τέλος νόμου εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι. *Neq; enim* (inquit) *finis hic conſummationem ſignificat, ſed perfectionem.* Et *in Pſal.* XXX. ſcribit. *In finem quid ſit, novimus, ſi Chriſtum novimus. Dicit enim Apoſtolus, finis legis Chriſtus eſt ad juſtitiam omni credenti: finis non conſumens, ſed perficiens.* Atqui in Fonte dictum eſt: לַמְנַצֵּחַ. Indicatur ſcilicet, Odam illam præcentori aut cantorum magiſtro offerendam, qui ſolicitè curet, ut in templo canatur, idque ſeriò urgeat juxta ævi illius morem, qui nos hodiè penitus penitusque latet.

§. VI. Similiter non parum vitii latet in expoſitione *Pſal.* CX, 4. ubi ex Græcis Latini legunt: *Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum: ex utero ante luciferum genui te.* *Auguſtinus* talem ſenſum Textui offert: *Tecum* (ô Pater) *principium* (filius eſt) *in die virtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum* (ut illuminentur ſancti & purgetur cor eorum) *ex utero* (de me

 ipſo,

ipſò, de ſubſtantia mea, nempe ex ſecreto; quis enim generationem ejus enarrabit?) *ante Luciferum* (i. e. ſynecdochice, antequam ulla eſſet ſtella) *genui te.* Hoc nempe modo paſſim æternam filii generationem probat. Verum in fonte eſt: עַמְּךָ נְדָבוֹת בְּיוֹם חֵילֶךָ בְּהַדְרֵי קֹדֶשׁ מֵרֶחֶם מִשְׁחָר לְךָ טַל יַלְדֻתֶךָ At falsò LXX. legerunt עִמְּךָ pro עַמְּךָ, קָדְשִׁים pro קֹדֶשׁ. מִשַּׁחַר pro מִשְׁחָר & יְלִדְתִּיךָ pro יַלְדֻתֶךָ. Nec malè hoc ipſo exemplo adductus *B. Lutherus* monet, *ne adverſarios magis in errore confirmemus, linguis dandam eſſe operam, ut quod maximè urgendum ſit, pateſcat.*

§. VII. Quoties verba *Dan. cap.* IV, *24.* adfert, quæ è Græco *Latinus* reddidit: *Peccata tua eleemoſynis redime & iniquitates tuas miſericordiis pauperum*? Sic verò ille loquitur *T. X. p. 689.* Sermone de eleemoſynis faciẽdis: *Scriptum eſt:* conſilium meum audi, rex, & peccata tua eleemoſynis redime. *Proinde illis, quos coronaturus eſt, ſolas eleemoſynas imputabit, tanquam dicens: difficile eſt, ut, ſi examinem vos, & appendam vos, & ſcruter diligentiſſimè facta veſtra, non inveniam, unde vos damnem: ſed ite in regnum. Eſurivi enim & dediſtis mihi manducare. Non ergò itis in regnum, quia non peccaſtis, ſed quia*

quia vestra peccata eleemosynis redimistis. Et Domin. XV. post Trin. serm. 2. O *Anima, adjuva te consilio sanctiss. Danielis. Sic enim ait:* consilium meum accipe & peccata tua eleemosynis redime. *Quod consilium si non libenter audieris, ad cœlum sine causa pulsabis. Si aperueris pauperibus manus tuas, Christus tibi aperiet januas suas, ut paradisi possessor introeas.*

§. VIII. Hæc talia in Græcis quoque Patribus offendas, qui ad Operum merita Justificationis torsére articulum, maximè cum viderent, plerosque securitati, &, quæ inde emanant, flagitiis mancipatos vitam effrenem degere, prædicatione gratuitæ acceptationis confisos. Quicquid verô hujus sit, certè talia Versioni Græcæ debentur, quod quidem Patres spectant. Quæ versio Judæorum nonnunquam placita redolet, & Synagogen resipit veterascentem, quæ multa magnificè, eaque contra fidei analogiam, de eleemosynis prædicant. Hinc in Cod. Talmudico, tract: רֹאשׁ הַשָּׁנָה *fol. 16.* ajunt: ד׳ דְבָרִים מְקָרְעִין גְּזַר דִּינוֹ שֶׁל אָדָם אֵלּוּ הֵן צְדָקָה צְעָקָה שִׁנּוּי הַשֵּׁם וְשִׁנּוּי הַמַּעֲשֶׂה צְדָקָה דִכְתִיב צְדָקָה תַּצִּיל מִמָּוֶת וְגו׳: hoc est, *quatuor res rescindunt sententiam de homine*

 latam,

latam, Eleemosyna, vociferatio, mutatio nominis, & commutatio operum. Eleemosyna, quia scriptum est, Prov. X, 2. Eleemosyna liberat à morte.

§. IX. Sit illa Judæorum sententia, secuti eam sint Græci: nos nulla subigit necessitas, ut eleemosynas voce צְדָקָה notari putemus, quæ usu quam maximè recepto justitiam sonat. Etsi vero misericordia erga pauperes, cujus illico subjicitur mentio, idem inferre videatur, tamen verbum פְּרַק Chaldaicum de propriè dicta redemptione accipi haud poterit, etsi *Abenezra per* גְּאַל *& Saadias per* פְּדֵה *explicent.* Præterquam enim quod actus redemptionis, qui vocabulis ejusmodi notatur, suppositi est, non operis cujusdam, nedum privationis: certè de hominis conversione hic agitur, quam justificationem primam vocant Pontificii, & gratuitam esse perhibent. *Cornelius* quidem *à Lap. in Comm. ad 2. Cor.* IX, 9. eleemosynas ad justitiam disponere, eamque mereri dictitat; primam quidem de congruo, secundam autem, hoc est, augmentum justitiæ, de condigno; adeoque duris atque in malo obstinatis tanquam ultimum remedium suaderi beneficentiam, à

Danie-

Daniele loco cit. propositam. Verum Jesuita parum congruè minusque dignè de congrui merito philosophatur, quod ne nomen quidem meriti jure & propriè meretur, cum aliud sit esse congruum, aliud esse meritum, vel debitum ex merito.

§. X. Denique cum alii locum exponant de pœna peccati, quam vitæ emendatione tolli, certè mitigari ajunt, negat *Chamier*, uspiam peccatum sumi pro pœnâ, adeoque superioris seculi scriptores ignorantiæ condemnat. Ratio ejus est, quod cum pro hostia non rarò occurrat, i. e. peccati translatione & condonatione pœnæ, ex opposito pro ipsa pœnâ sumi nequeat. Quid verò est, quod bona *Calvinianorum* pars verba Caini, *Gen.* IV, 13. de pœna accipit, גָּדוֹל עֲוֹנִי מִנְּשֹׂא, i. e. *major est pœna mea, quam ut sustinere possim*, uti videtur *Iunio, Drusio, Priscatori, Sixtino Amamæ*, atque aliis. Potius *Chamiero* illam ignorantiam assignaveris: nam *Zach.* XIV, 19. disertè de pœna accipitur, cum dicitur: זֹאת תִּהְיֶה חַטַּאת מִצְרָיִם וְחַטַּאת כָּל הַגּוֹיִם, i. e. *hæc erit pœna Ægypti & pœna omnium gentium.* Sic *Chaldæus* transtulit פּוּרְעָנוּת, vindictam. *Kimchi, Salomo, Abenezra*, uno ore per עֹנֶשׁ vel mulctam exponunt.

T. 3. Panst. lib. 23. c. 9.

nunt. *Abenezra* quoq; tanquam locum parallelum citat *cap.* IV, *6. Thren.* nec aliter *Vatablus, Iunius, Pagninus*, viri sacræ phraseos minimè rudes. Item *Tarnovius in Proph.* Quin versu præcedente ipse Propheta per מְצַפָּה exposuit.

XI. Nec ullius hili est *argumentum Chamieri*. Ecquem enim præterit, unius nominis vel verbi Hebraici contraria nonnunquam esse significata. Sic בֵּרֵךְ est benedixit & maledixit, ut passim patet exemplis. חָטָא est peccavit, חִטֵּא, expiavit peccatum; unde חַטָּאת & חַטָּאָה indifferenter peccatum, sacrificium pro peccato, & pœnam peccati significant. חֶסֶד beneficium æquè & probrum significat, *Prov.* XIV, *ult.* Proinde locum hunc ita accipiamus, ut sensus sit, quem etiam admittit *Marcus Marinus*: *abrumpe peccata tua justitiâ*, i. e. finem illis impone, & valere jussis exactionibus atq; rapinis da locum misericordiæ, fove pauperes, eroga clementer & hilari vultu, quod habes: minimè autem meritum id esse putes. Confirmatur præterea hæc sententia *ex cap.* IX, 17. *Dan.* ubi tales legimus preces: *exaudi nos Domine* לְמַעַן אֲדֹנָי, *propter Dominum*, vel, ut vulgata habet: *propter temet ipsum.* Minimè igi-

mè igitur propter eleemoſynas preces noſtræ exaudiuntur, vel DEO gratæ ſunt, ſed propter Chriſtum Dominum noſtrum, in quem fides noſtra unicè dirigitur. Adeoque rectè in Tract. Judaico, qui כַּפֵּי חֲסִידִים inſcribitur, *p.* 28. locus noſter ſic exponitur: כפו׳ — *sensu* פֶּרֶק *dictum est*, פֶּרֶק כְּלוֹמַר כְּפוּל, h. e. notatur, ità odio habenda eſſe peccata, ut poſthac Rex bis tanto incumbat diligentius colendæ juſtitiæ, dandis eleemoſynis, quanto incubuerat anteà injuſtitiæ & rapinæ.

XII. Ità *Augustino* impoſuit verſio Græca, qui nunquam non, ſalvo tamen honore Hebraicæ linguæ, eam facit maximi: Atque hinc, ubi aliter LXX. Interpretes excuſare neſcit, ad figuras atque typos ſe recipit. *L. 18. C. D. c. 44.* de Ninivitarum excidio diſputat, cujus denunciatio in Hebræo XL. dierum ſpatio extenditur. Nam dicit textus, *Jon.* III, עוֹד אַרְבָּעִים יוֹם וְנִינְוֵה נֶהְפָּכֶת. In Græcis verò Interpretibus intervallum tridui brevitate concluditur. Sic enim illi: ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὴ καταστραφήσεται. Sanè quidē in Hebræo nec ſyllabarum, nec verbi illius eſt communitas, ut ſcitè ait *Hieronymus*, *Lud. Vivi* laudatus: ſudat tamen & verſa-

tur in anguſtiis hiſce excellens *Auguſtini* ingenium, ac miratur, quî rectè interitus triduo & tamen die quadrageſimo futurus dicatur. *Quis non videat* (infit) *non potuiſſe utrumq; dici à Propheta. Nam ſi tertio die futurus fuerat interitus, non utique quadrageſimo: ſin autem quadrageſimò, non utique tertio.* Ut tamen quoquo modo ſibi ſatisfaciat, triduum illud typicè ad Chriſti mortem, dies verò 40. ad ejusdem converſationem cum diſcipulis, poſtquam à morte excitatus erat, refert, adeoq; prophetico ſpiritu idem illud LXX. notare voluiſſe, dictitat. Aſt longè rectius alii Interpretes עַרְבָּעִים reddidere *τεσσαράκοντα*, ſimplici ſenſu contenti.

XIII. A Patribus ad *Pontificios* tranſeamus. Poſtulant illi fontes corruptionis, eò quod *Gen.* IV, *8.* legatur: וַיֹּאמֶר קַיִן אֶל־הֶבֶל אָחִיו, nec tamen ſequatur, quid ille tandem dixerit. Defectum autem ſupplent è LXX. Interp. qui addidere: *διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον*, quos ſecuta *Vulgata* reddidit: *egrediamur foras.* Occaſio ſupplementi fuiſſe videtur, quod verſu ſeq. dicitur: וַיְהִי בִּהְיוֹתָם בַּשָּׂדֶה, *cum eſſent in agro*, i.e. poſtquam blandis verbis eum in agrum pertraxerat, *ſurrexit Cain adverſus Abelem & interfecit eum.*

eum. Targum quoq; Hierosolymitanum addit: אֵתָא וְנִפּוּק לְאַפֵּי בָּרָא, i. e. *veni & egrediamur in agrum*, vel superficiem agri. Ac *Hieronymus* in Codice Samaritano idem se invenisse testatur, sed tanquam superfluum. Unde rectissimè *Sixtus Senensis*: *LXX. Interp. superfluò addiderunt de suo*: egrediamur in campum, *quos secutus Interpres Vulgatæ Editionis nostræ dixit*: egrediamur foras, *quorum neutrum est in Hebr. lectione, in qua duntaxat legitur hoc*: dixit Cain ad Abel fratrem suum, *neque additur, quid dixerit, sed subaudiendum est*, ait Hieronymus, *ea, quæ ipsi locutus fuerat DEUS.* Lib. 5. B. S. Ann. 66.

XIV. Addam etiam hoc, rectissimè locum hunc exposuisse Hieronymum, ac retulisse, quæ deesse videntur, non ad sequentia, sed ad antecedentia: non ad ea, quæ prolata sint à Caino, sed dicta á DEO. Dabo ejus rei exemplum quam maximè luculentum vel est N. T. *Joh.* XVIII, *16.* dicitur: *Petrus stabat ad ostium foris, exivit ergò discipulus alius* καὶ εἶπε τῇ θυρωρῷ, *& introduxit Petrum.* Quid autem dixit? Nil sanè, quod sequatur, sed dixit id, cujus paulo ante facta erat mentio, i. e. nunciavit, Petrum stare præ foribus. Id autem adeò

non

non latuit Rabbinos, ut *Abenezra* disertè dixerit: אָמַר לוֹ כָּל־הַתּוֹכָחוֹת שֶׁהוֹכִיחוֹ הַשֵּׁם, *retulit ei omnes increpationes, quibus increpaverat eum nomen, i.e. DEUS.* De Samaritano autem codice tàm soliciti sumus, quàm de versione Chaldaicâ: quilibet enim suo arbitratu addidit, quod maximè supplendum videbatur.

XV. Præterea disputant iidem *Pontificii*, in numero duorum testium, quorum *Apoc.* XI, *3.* extat mentio, *Eliam Thesbitem* quoque comprehendi, cujus adventum divinæ literæ, *Malach.* IV, *4.* polliceantur, quicquid etiam Servator, *Matth.* XI, *10.* contendat, dum Eliam de Johanne Baptista interpretatur. Quod quidem dogma tàm apertè credunt traditum, ut nemo non solùm sine temeritate, sed nec sine impudentia id negare possit. Originem sententiæ si spectes, à LXX. Interpretibus ad Patres Græcos, abhinc ad Latinos manavit, adeoque totam postmodò invasit Romanam Ecclesiam error prorsus Judaicus, & quem Christus proscripserat. Nam quod dictum erat apud *Malachiam*, הִנֵּה אָנֹכִי שֹׁלֵחַ לָכֶם אֵת אֵלִיָּה הַנָּבִיא, id Græci transtulére: *ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ ὑμῖν ἠλίαν τὸν Θεσβίτην*, addita scil.

Prophe-

Prophetæ patriâ, cujus nulla in textu mentio. Addidére autem non ex divino instinctu, sed pervulgato Judæorum errore, quem ipsos Apostolos invasisse, Evangelica docet Historia.

XVI. Neque tamen illud dissimulandum, ipsos nonnunquam Pontificios, ubi tutius Vulgatam fuissent secuti, contra codicis fidem, ad LXX. provocare interpretes. *Bellarminus* quidem certè probaturus, fidem ideò non justificare solam, quod eundem effectum præstet timor, in subsidium LXX. advocat: *fides* (inquit) *justificat quia per eam formatur Christus in nobis, ut dicitur, Gal.* IV, *19. at de timore scribit Esaias c.* XXVI, *18. secundum interpretationem* LXX. *à timore tuo concepimus & peperimus spiritum salutis.* (l. 1. de Just. c. 13.) Etsi verò verba διὰ τὸν φόβον σοῦ, addita sint è LXX. Interpretibus vel saltem ex alia lectione originem traxerint; tamē ea non cohærent cum sequētibus, uti putat Cardinalis, ac si sensus sit: διὰ τὸν φόβον σοῦ, κύριε, ἐν γαςρὶ ἐλάβομεν καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας. Toto enim versu illa differunt, & præcedentia aliud postulant. Accedit, quod particula διὰ contra Pontificios inferat, timorem non esse nudam dispositionem

tionem ad justitiam consequendam, sed causam efficientem, id quod tamen fidei denegant: imò talem causam esse timorem servilem: quanquam hîc prorsus non agatur de populi justificandi modo, sed de pœna, quæ Israëlitis peccatoribus infligebatur.

XVII. Missis Pontificiis, *Photinianos* intueamur. Verba Mosis sunt, *Num.* XXI, *5. locutus est populus* באלהים ובמשה, *adversus Dominum & Mosen*: למה העליתנו, *quare ascendere nos fecistis ex Ægypto, ut moreremur in deserto*? Quis verò sit ille אלהים, contra quem locuti memorantur, exponit Apostolus, *1. Cor. X, 9. ne tentemus Christum, sicut & quidam illorum tentarunt, & à serpentib. perierunt.* Nimirum Christum tentarunt, seu DEI filium, qui nondum carnis & sanguinis factus est particeps. Quid ad hæc *Socinus*?

p.63. & 64. cõtra Bel. & Wiek.

ab omnibus depulsus præsidiis ad Græcos divertit, atque asserit, non aliter ibi tentatum fuisse Deum, quàm quia Mosen Israëlitæ tentaverunt; *Si* (inquit) *verbum singularis numeri retineatur, nemo non videt, verba ista omnia ad solum Mosen dirigi, & consequenter totam tentationem. Habet quidem Hebræus codex*: eduxistis: *sed hæc varie-*

tas ab

tas ab uno tantum vocali punctulo pendet, non autem à literæ ullius diversitate. Utra autem probabilior sit punctatio, ex Græco & Latino, quos in gratiam Pontificiorum urget, colligit.

XVIII. Verùm quo minus Græcos sequamur, rationes è textu obstant. *I.* Quæro, quæ ratio *Socinum* urgeat, ut malit legere cum Græcis הֶעֱלִיתָנוּ, quàm ut hodiè legitur, הֶעֱלִיתֻנוּ? Certè uti ex ipso textu, *Exod.* XVII, *2.* liquet, legendum esse הֶעֱלִיתָנוּ, quia solius Mosis fit mentio, uti quoque *Num.* XVI, *13.* & הֶעֱלִיתֻנוּ *Num.* XX, *5.* quia versu secundo duorum extat mentio, Mosis & Aaromis: Sic ratio prorsus nulla suppetit, cur *Num.* **XXI.** solum Mosen intelligamus, atq; textum legamus per Camez, cùm diserta DEI quoq; extet mentio. *II.* Nec id vult textus, eos, qui Mosi hæc dixere, tentasse Mosen, nedum tentasse solum, (tentatio enim infidelitatis species est) sed uti antea contra Mosen & Aaronem simul murmurârunt: ita nunc, defuncto atque sepulto Aarone, directè non Mosen solum, sed ipsum simul & Dominum verbis insectati sunt, utrumque proximè, directè & immediatè,

nam

nam mediatè, indirectè & ultimo, vivô etiam tum Aarone, idem fecerant. *III.* Idem patescit ex pœna, quæ verìu sequente sequitur. Ob facinus enim horrendum, quod in ipsum quoque DEUM immediatè ferebatur, illicò gravissimâ pœna affecti sunt, morsu scil. serpentum ignitorum. *IV.* fatentur idem nobiscum Israëlitæ v. 7. &, quid admiserint, ac contra quem, his verbis repetunt, *peccavimus, quia locuti sumus contra Dominum & Te.*

XIX. *Ariani* quid præsidii quæsierint in verbis *Prov.* VIII, *22.* ubi קָנָנִי per *κτίζειν* reddidére Græci, satis liquet, & nonnulla de eodem loco alias disserui. Subjiciam tamen aliud *Photinianorum* refugium, quòd Christus *μονογενὴς* vel unigenitus dictus est. Varia comminiscuntur illi, ne largiri nobis cogantur, generationem propriè dictam in Deum cadere, adeoque illi posse tribui filium, scilicet unigenitum, quibusvis aliis contradistinctum. *Christus* (ait idem Socinus) *unigenitus Dei Filius meritò appellatur, quia pluribus modis* (aliis) *Dei filiis omnibus antecellit, licet non ipse solus sit ex eo genitus: siquidem & alij ex DEO geniti seu nati sunt, Joh. I, 13. Jac. I, 18. 1. Joh. III, 9. & 10.* Nam

l. cit. p. 208.

Nam alibi etiam in sacris Literis unigenitum filium sive unicum dici illum, qui non solus ex patre suo est genitus, probat exemplum Isaaci, qui unigenitus Abrahami filius appellatur, Gen. XXII, *2. Hebr.* XI, *17.* hæc *Socinus.* Porrò ne gratis illa dixisse videatur, supponit Ismaelem id temporis vixisse, & ad LXX. Interpp. provocat, qui in loco, ex Genesi citato, יחיד *transtulére ἀγαπητὸν, dilectum.*

XX. Verùm utut Hebræa dictio formaliter & origine sua unigenitum non importet, cum aliud sit esse unicum, aliud unigenitum: major tamen nobis esse debet, multoque sanctior Epistolæ ad Hebræos auctoritas, quam Græcorum libertas Interpretum, qui suo arbitratu vocem transtulére. Illa enim disertè generationis facit mentionem, uti quoque alius Interpres Græcus, *Aquila* dictus, qui יחיד reddit τὸν μονογενῆ, *unigenitum.* Religio itaque nobis sit, absolvere vocem à connotatione nativitatis seu generationis. Id enim si locum non haberet, sed sola notaretur dilectio, ne impropriè quidē Christus Dei esset unigenitus, sed potius esset in voce κατάχρησις, posita generatione pro dilectione. At tali κατα-

χενὴς Pater quoque dici posset יָחִיד *μονογενὴς* non minus ac Spiritus S. cum summa sit eaque mutua in divinis dilectio, imò *DEUS* sit *ipsa charitas*, *1. Joh.* IV, *16.* nec aliter fieri possit, quam ut ardentissimo amore personarum divinarum alia aliam diligat, ob summam attributorum divinorum perfectionem. *Accedit*, quod textus Hebræus in loco, è Genesi citato, generationem unigeniti ab actu vel habitu dilectionis distinguat. Sic enim habet textus: קַח־נָא אֶת־בִּנְךָ אֶת־יְחִידְךָ אֲשֶׁר־אָהַבְתָּ, *i. e. accipe nunc filium tuum unicum vel unigenitum, quem dilexisti.* Minimè itaque formale unigeniti cum formali dilecti confundi debet. Denique Isaac utique erat unigenitus è Sara & juxta promissionem,

XXI. *Hoffmannus quoq;* Paradoxa tueri conatus est, occasione versionis Græcæ: asseruit quippe, *unam eandemque propositionem de DEO formatam in mente Christiani veram: in mente autem Ethnici falsissimam esse vel in falsitatem degenerare, eò quòd dictum sit, Ps.* XCVI, *5.* *πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια*, *i. e. omnes dÿ gentium dæmonia.* At I. id in Hebræo non dicitur, sed, כָּל־אֱלֹהֵי הָעַמִּים אֱלִילִים אֱלִיל autem] est res nihili, nullius pretii,

tii, adeoq; efficaciæ nullius: עִנְיָנוֹ הֶבֶל וְדָבָר שֶׁאֵינוֹ מוֹעִיל, *i e. significatio ejus est vanitas, & res, quæ usui esse nequit*, inquit *Kimchi*. Nec à verò abludit, quod ab אַל descendere vulgò ajunt, literâ ל geminatâ, ut notetur, rem prorsus esse nauci & nihili, juxta communem Hebræorum regulam: כָּל כֶּפֶל לְחִזּוּק הָעִנְיָן *i.e. omnis literæ duplicatio intendendæ significationi inservit.* Sensus itaque potius est, posito antecedente pro consequente, *Dÿ gentium nihil sunt*, h. e. nihil prosunt, nihil effectum reddere possunt, sicut *Job.* XIII, *4.* רֹפְאֵי אֱלִל dicuntur magni in vulgus nominis, sed minimi pretii Medici, qui sanandis vulneribus non sufficiãt. Patet id ex oppositione in textu instituta. Illicò enim subjicitur, וַיהוָה עָשָׂה שָׁמַיִם, *i.e. at Dominus cælum fecit*, cui nempe nomen est, non ab אַל i.e. ne, non, sed ab הָוָה i.e. fuit; qui fecit, ut essent alia: cæliq; adeò firmissimi, nulliq; mutationi obnoxii, opus manuum ejus, juxta illud, *Jerem. X, 11. Dÿ, qui cælos & terram non fecerunt, pereant sub cælo è terra.* Quid? quod ipsi Græci, *1. Paral.* XVI, *16.* אֱלִילִים reddidere, εἴδωλα, & Symmachus ἀνύπαρκτοι. Adde locum *1. Cor.* VIII, *4.*

XXII. Deinde, ſi vel maximè vertas δαιμόνια, uti *Pſ.* CVI, 37. dicitur: וַיִּזְבְּחוּ אֶת־בְּנֵיהֶם וְאֶת־בְּנוֹתֵיהֶם לַשֵּׁדִים, h.e. *ſacrificarunt filios atq; filias dæmoniis, & 1. Cor.* X, 21. *quæ gentes offerunt, dæmoniis offerunt, & non Deo*; Hofmannus tamen, quod intendit, hinc minimè inferre poterit. Etſi enim de Indis referant Hiſtoriæ, eos honorem exhibere dæmoni eo nomine, ne illis noceat: nemo tamen dixerit, propterea quemcunque de Deo conceptum in illorum animo fuiſſe falſum; ſed mala eſſe poteſt applicatio, ubi conceptus, quem applicatio ſupponit, optimus eſt, ceu videmus, quosdam *ignoto* etiam *Deo* altare dedicaſſe, *Actor.* XVII, 23. Erat omninò atque etiamnum eſt veritas, conceptus ethnicorum de Deo, propoſitionibus Scripturæ conformis: verùm cùm cognoviſſent Deum, non ſicut Deum eundem glorificarunt, adeoque mutarunt gloriam incorruptibilis Dei in imaginem corruptibilis hominis vel beſtiæ. Dicuntur itaque *dii gentium* δαιμόνια, idque ratione *finis non tam intenti, quam conſecuti*, ſicut etiam loco, è Pſalte citato, verſu præcedēte, עֲצַבִּים, i. e. dolores nuncupantur: quos enim quidam, ut Deos, ſe venerari arbitrabantur, δαιμό-

δαιμόνια erant, quæ idola invaserant, etsi de eo illis parùm constaret. Objectum itaque aliud pro alio substituunt Ethnici, minimè autem conceptum alium, nec veritas in falsitatem mutatur.

XXIII. Id verò quò rectius percipiamus propter verba Apostoli, ex *Rom. I, 23. & 25.* adducta, paucula notanda veniunt, idque obiter. 1. Minus rectè textum accipiunt, qui cum Hofmanno nudis inhærent vocabulis, & mutationem unius in aliud hoc sensu explicant, quasi veritas in mendacium transeat, aut gloria in ignominiam. Expendere illi debuissent phrasin, quæ Hebraicum sermonem redolet. Nam הֵמִיר, cum ב constructum, non tantum est *rem quandam ita mutare, ut fiat alia*, sed quoque *commutare cum aliâ*, quod aliàs verbo הֶחֱלִיף exprimitur, v.g. *Lev.* XXVII, *10.* הֵמִיר טוֹב בְּרָע אוֹ רַע בְּטוֹב, sensus est, *bonum commutavit aut permutavit cum malo, aut malum cum bono*, non verò, *mutavit bonum in malum.* Sic *Psal.* CVI, 20. וַיָּמִירוּ כְּבוֹדָם בְּתַבְנִית שׁוֹר אֹכֵל עֵשֶׂב, i.e. *commutarunt gloriam suam* (Deum, qui gloria Israëlis dicitur) *cum exemplari bovis comedentis herbam*, ubi alluditur ad *Exod.* XXXII. Adde *Ierem.* II, *11.* *Osea.* IV, *7.*

XXIV. Deinde cum *veritatem commutasse* dicuntur *cum mendacio*, τῷ ψεύδει respondet Chaldæo שִׁקְרָא, quod sonat cum *errorem*, tum verò *idolum*, causam erronei cultus, sicut ex adverso DEUS אֱמֶת i. e. *veritas* est. Uti igitur gloriam DEI, i.e. Deum gloriosum, permutarunt cum imagine hominis, quadrupedum, reptilium, &c. ita Deum veritatis permutarunt cum idolis, ceu illicò subjicitur: *servierunt creaturæ, præterito Creatore*, i. e. cultum soli Deo debitum minus rectè applicarunt, usq; adeò, ut obliti ferè sint DEI, qui φύσει talis erat. Haudquaquam itaq; veritatē in falsitatem mutarunt, uti arbitrabatur Hofmannus, adeoque eadem propositio vera est, sive Ethnicus eam foveat vel proferat, sive Christianus.

XXV. Addamus nunc quoquē hallucinantem *Calvinum*. Adstruit ille, Christum dici *Patris imaginem*, idque solum respectu nostri, quia Deum quodammodo nobis faciat visibilem. Quæ quidem opinio uti à nostris non reprobatur, nisi foret exclusiva: ita prorsus favet Photinianis, quibus proclive est hinc argumentum, pro divinitate Christi formatum, infringere,

Coloss. I. 15.

idque

idque eo magis, quod confirmationis loco Calvini asseclæ *Hoseæ* verba afferunt *c.* XII, 11. *in manu prophetarum assimilatus sum*; prorsus quasi Prophetæ quoque speciali ratione Dei imago sint ob editam Prophetiam, Deumque hominibus manifestatum. Verum passiva illa versio est LXX. Interpretum. In Græcis enim Bibliis legitur: *ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην*: at fontes activè legunt: בְּיַד הַנְּבִיאִים אֲדַמֶּה, i e. *per Prophetas similitudines proponam*, quod longè diversum est à priori. Porrò LXX. vel legerunt אֶדַּמֶּה, in Hithpahel, uti *Esa.* XIV, *14.* vel אֲדֻמֶּה, in Pyhal, quorum neutrum puncta hodierna admittunt.

XXVI. Denique *Weigelius* eandem arripit versionem, ut Enthusiasticos raptus confirmet. Nam *part.3. Postillæ* versum *9. Ps.* LXXXV. sic adducit: In einem stillen Sabbath soll man auf Gott warten / mit David nider sitzen und hören / was der HErr in uns redet. Græci reddidere: *ἀκούσομαι, τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ κύριος ὁ Θεός*: & ex illis vulgata: *audiam, quid loquatur in me Dominus Deus.* Quæ quidem translatio ipsum quoque *Thomam de Aquino* decepit, ut *2.2. q.5. a.1. ad3.* in hæc verba erumperet: *in primo statu non erat*

auditus ab homine exterius loquente, sed à Deo interius inspirante, sicut & Prophetæ audiebant secundum illud, Psal. 84 audiam, quid in me loquatur Dominus. Attamen in Hebræo non dicitur *audiam quid Deus loquatur* בִּי i. e. *in me*, sed causalis כִּי ibi occurrit, nec comma præcedens spectat, sed quod sequitur. Aliàs etiam, *loqui in aliquo*, Hebraismo usitato est exterius cum aliquo colloqui, ut patet ex *Zach. I, 9.*

LIB. I. CAP. IX.

Cautè opus esse ostenditur, ne quid facilè asseramus universaliter in S. Philologia, idq; adductis confirmatur exemplis.

I. Doctè atque catè Veteres: *non sit delectatio minorum, lapsus majorum, sed sit tremor minorum, lapsus majorum.* Nec nos, qui solicitè in dicta aliorum passim inquirimus, erroribus eorum ità delectamur, quasi viros clarissimos traducere animus sit, sed ne pedem eundem in lapidem cum illis impingamus, monendum aliquid publicè ducimus. Exemplo nobis sint primò illi, qui in examine loci, *Act* III, *21.* τὸ δέχομαι semper, ut ipsi loquuntur, ἐνεργητικῶς, *nunquam* autem passivè accipi perhibent. Cui quidem

dem assertioni utriusque testamenti reclamant tabulæ. Ipsa quippe Acta Apostolica, è quibus petitus est locus controversus, *cap.* XV, 4. contrarium suppeditant exemplum. Verba sunt hæc: *advenientes Hierosolymam* ἀπεδέχθησαν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας, *suscepti sunt ab Ecclesia, Apostolis atq; senioribus*. Aliud occurrit in *Siracide*, *c.* XXXV, *20.* θεραπεύων ἐν εὐδοκίᾳ δεχθήσεται, i. e. *qui colit Deum, cum benevolentia suscipietur.* Protestor autem hîc, de reipsa mihi sermonem non esse, sed de phrasi, ejusque universali usurpatione. Rectè enim negant Theologi, ex *cap.* III. *Actor.* Calvinistarum confirmari sententiam, etsi minus rectè ex allata universali propositione refutetur.

II. *Franciscus Puccius* voculam φύσει, *Eph. II, 3.* de consuetudine interpretatur; id quod Jesuita *Nicolaus Serarius* hoc maximè modo enervare conatur: *Multas* (inquit) τῆς φύσεως *notiones Philosophus, multas alii annotarunt, omnium tamen neminem scio, qui consuetudinem dicere cum vellet, præcisè sine particulæ alicujus, quæ metaphoram intento veluti digito indicaret, adjectione, naturam posuerit. Dixit quidam, naturæ instar consuetudinem esse, alius, in naturam evadere, alius*

 demum

demum, alteram quasi naturam esse. *Ipse Paulus ad minimum sexies alibi* τὴν φύσιν *usurpavit, pro consuetudine tamen* nusquam, &c. Ego Puccium minimè tueor, uti nec Photinianos, hunc eundem locum cum *Vorstio* aliisque depravantes, vel etiam Syrum interpretem, qui ܡܫܠܡܐܝܬ reddidit pro ܡܢ ܟܝܢܐ h. e. *planè, prorsus, reverà*, prò natura aut nativitate: aut *Grotium*, reliquosvè è *Remonstrantium numero*: id tamen utpote verissimum assero, universale non esse, quod defendit urgetque Serarius, φύσιν nuspiam sumi pro consuetudine. Ecce tibi locum *1. Cor.* XI, *14.* οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, i. e. *nonne ipsa natura vos docet*? Quid verò ibi docet φύσις? ignominiosum esse viro, si comam nutriat, gloriosum mulieri. Certè ex mera consuetudine alii non comam tantum, sed barbam quoque promittunt, alii secus; etsi, quæ passim invaluit consuetudo, nunc in naturam abiisse videri possit. Nulla enim consequentia docet, naturæ secundum se deberi, ut alia hìc sit ratio viri, alia fœminæ.

III. *Tannerus in Colloq. Ratisbonensi, sess.* XI. *p. 132.* credidit fidei articulum esse, quod fons ascenderit de terra, *Gen.* II, *6.* è versione vul-

ne vulgatâ. Alii tantum abest, ut fidei articulum esse credant, ut ne fontis quidem fieri mentionem judicent. De fonte nihil legi, testis est ipse *Marcus Marinus in Arca Noa.* Vocatur enim אֵד hoc sensu: *& vapor ascendit de terra.* Nec facilè unus aliquis fons universam terræ faciem irrigare potuisset, cum montes ipsos diluvium præcessisse constet. Fidei articulum non esse, imò ne de fide quidem, sed contrarium credi posse aut debere, alii asserunt, eo quod textus non affirmativè, sed negativè accipiendus sit, negatione לא vel אין è versu præcedente repetitâ, hoc nimirùm modo: *nec homo erat, qui coleret terram, nec vapor ascendebat de terra, qui quidem universam ejus faciem irrigaret.* Quæ quidem *Junij & Tremellij* sententia est. Ego Tremellium non tueor, cum aptissimè in textu pluviæ hominisque defectui vel absentiæ, à quibus terræ fæcunditas pendebat, vapor & creatio hominis substituantur: assentiri tamen *CL. Drusio* haud possum, neganti, particulam negativam *usquam* de versu in versum alium vim suam extendere. At locum ego suppeditabo ex *Lev.* XXII, *15. 16.* videatur ibi codex authenticus, & conferatur cum notis

notis *Vatabli*, versione *Lutheri*, nec non *Tremellÿ*. Verba ita habent *v. 15. Non contaminabunt sanctificata filiorum Israël, quæ elevabunt Domino. v. 16.* ולא־ישׁ, *nec imponent sibi ipsis pœnam in comedendo sanctitates.*

IV. Nec nova est ejusmodi repetitio sive ex consequentibus sive ex antecedentibus, etsi versus variet. Nam versus Biblici non absolvunt semper periodum, aut, si mavis, sententiam per Silluk & Soph pasuk, uti liquet inter alia ex Mose, *Gen.* XIV, *18. & 19.* Quid itaque mirum, si qua vox ad sequentem aut præcedentem partem spectet. Porrò, uti exemplum adduxi de repetitione vocis è versu antecedente, ita sequentis exemplum quam manifestissimum occurrit in N. T. codice, *Act.* II, *3, 4.* uti nunc habent fontes. Verba hæc sunt: *v. 3. visæ sunt illis dispertitæ linguæ, tanquam ignis,* ἐκάθισέ τε, *seditque super singulos eorum.* v. 4. *Et repleti sunt omnes* πνεύματος ἁγίου, & *cœperunt loqui aliis linguis, prout* τὸ πνεῦμα *dabat illis eloqui.* Dixi, uti nunc habent fontes. Syrus enim in multitudinis numero ܘܝܬܒܘ vertens, ἐκάθισαν legisse videtur: vel si minus illud, saltem sensu eodem respexisse creditur, ambiguus, ad linguas divisas

visas plurali numero referri deberet, an ad ignem numero singulari. Ex *Joh.* I, 32. & *Matth.* III, 16. omnino apparet, referri debere numero singulari ad Spiritum S. Aliud exemplum *Piscator* exhibet, *Hose.* XIII, 9. ubi ad vocem שִׁחֶתְךָ à seq. versu מֶלֶךְ subintelligitur.

V. Hallucinationes aliæ complures occurrunt, quibus pagellæ nostræ repleri possent, nisi temporis habenda esset ratio. Observentur tamen sequentes. *Joh. Camero* asserit *in Myrothecio ad c.* XVI, 18. *Matth. p.* 27. οἰκοδομεῖν metaphoricè *bis tantum* in V. T. usurpari, sigillatim autem in locis *Gen.* XVI, 2. c. XXX, 3. scilicet ex Hellenismo, verbum בָּנָה respiciente. Verùm quot ille exhibet exempla, totidem dari possunt instantiæ, ex *Deut.* XXV, 9. *&* *Ruth.* IV, 11. *Kirchnerus in Tract. de usu Concordantiarum usu 8. exemplo 10.* ait: שְׁאוֹל *propriè & perpetuò ᾅδης redditur, in V. & in N. Testamento.* Instantiæ loco non urgeo verba, 2. *Sam.* XXII, 6. ubi שְׁאוֹל voce θανάτου redditur (etsi enim id Concordantiæ Kirchneri exhibeant, tamen varia lectio est, nec concordat dicta versio cum *Ps.* XIIX.) sed alius extat *Prov.* XXIII, 14. qui varia lectione non laborat.

In Solin. p. 1091. VI. *Claudius Salmasius* negat, *usspiam regnum cælorum* aliter sumi, quam de Ecclesia: Nolim ipsum pluribus urgere instantiis; videatur vel solus locus, *Matth.* IIX, *11*: *multi venient & recumbent cum Abraham, Isaac & Jacob* ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Porrò quis non asseruit hactenus, יְהוָה *nuspiam* à LXX. Interpp. transferri aliter, quam per κύριον, dominum? Videatur *Enjedinus c. 27. l. 1.* apud *Jacob. Martin. de tribus Elohim.* qui id tam universaliter verum esse perhibet, ut Latinum quoque nusquam aliter transtulisse velit. At contrà, *Gen.* IV, *1.* אֶת־יְהוָה redditur διὰ τοῦ θεοῦ, uti pleraque etiam Latina Exemplaria idem testantur. Addatur locus Esaiæ LIV, *13.* & Johannis *c.* VI, *45.* ubi לִמּוּדֵי יהוה sunt διδακτοὶ τοῦ θεοῦ. Sic quoque fallitur *Pareus*, asserens λατρείαν nusquam in N. T. creaturis tribui; confutatur enim quam manifestissimè instantiâ, petitâ *ex Rom.* I, *25.*

LIB. I. CAP. X.

Quid sit מְעָרַת הַמַּכְפֵּלָה, *cujus Gen.* XXIII, *9. mentio extat.*

§. I. Abraham Saram defunctam sepulturâ affecturus, de loco, ubi eam conderet,

solici-

ſolicitus, â filiis Cher petit, ut intercedant pro ſe apud Hephronem, filium Sochar, ut det ei אֶת־מְעָרַת הַמַּכְפֵּלָה אֲשֶׁר לוֹ אֲשֶׁר בִּקְצֵה שָׂדֵהוּ, i. e. *ſpeluncam* מַכְפֵּלָה, *quæ ejus eſt, & quidem in fine agri ejus ſitam*. De hac verò ſpelunca in alia omnia auctores abeunt. Latini *ſpeluncam duplicitatis* transferunt. At nondum conſtat de modo geminationis, aut qua tandē ratione duplex ſpelunca fuerit, quæ ſepulcro Saræ à Patriarcha deputabatur. *Sapiens Abenezra* putat fuiſſe מְעָרָה בְּתוֹךְ מְעָרָה, i. e. ſpeluncam in medio ſpeluncæ, vel, ut alii putant, foſſam, quæ ad ſpeluncam deduceret.

II. Non placet ſententia hæc Viro *CL. Claudio Salmaſio*, cujus hæc verba ſunt: *de ſpelunca, quare vocata ſit duplex, mirè æſtuant interpretes omnes, nec meliora afferunt, qui foſſam & ſpeluncam in ea fuiſſe autumant, at per foſſam aditus ad ſpeluncam patuerit, in qua jacebat mortuus. Simpliciſſimum eſt, ſpeluncam duplicem accipere, quæ duplicem haberet aperturam, & ex duabus partibus ingreſſum. Per hoc ſpeluncæ magnitudinem oſtendit, quæ duplicem hiatum haberet. Non quærenda eſt alia duplicis ſpeluncæ interpretatio.*

in Solin. p. 1208.

III. Ego

III. Ego Dictatorem hunc non audio; sed omninò aliam quærendam puto sententiam. Ratio duplex est. 1. quia, uti spelunca, ita quoque ager nuncupatur *ager* הַמַּכְפֵּלָה, v.19. Quod si itaque spelunca מכפלה dicitur ob duplicem hiatum vel aperturam, aut, si ita loqui licet, portam, quo sensu ipse ager dicetur ager הַמַּכְפֵּלָה? Num illi quoque duplicem portam tribues? 2. quia v. 17. spelunca fuisse dicitur בַּמַּכְפֵּלָה לִפְנֵי מַמְרֵא, *in Machpela coram Mamre*, i. e. in tali loco, qui erat è regione Mamre.

IV. Rectè igitur מַכְפֵּלָה loci nomen esse statuitur. Atque rectissimè dicitur spelunca Machpelæ, & ager Machpelæ, quia cùm illa, tùm hic fuere in tractu illo, qui Machpela dicebatur. Nec novum est, nomina propria sive personarum sive locorum ab Interpretibus appellativè accipi & contrà. Sic *Vulgatus* Interpres Latinus, *1. Paral.* IV, *22.* nomen proprium יוֹקִים vertit, *qui stare fecit solem.* Item LXX. *Amos c.* I, *6.* punctis destituti גָּלוּת שְׁלֵמָה transferunt αἰχμαλωσίαν τοῦ Σολομὼν, quasi שְׁלֹמֹה legissent. *Jud.* VIII, *13.* מִלְמַעֲלֵה הֶחָרֶס i. e. *ante ascensum solis*, reddidére: ὑπὸ ἀναβάσεως Ἀρές.

V. Nec

V. Nec refert, quod ה dictioni מַכְפֵּלָה præfixum est, nec aliàs cadit in nomina propria. Nam alia nominum ratio est, quę personarum propria sunt; alia eorum, quæ certis quibusdam locis competunt. Item in ipsis personarum nominibus ה præfixum locum habet, si simul appellativa sint, aut verò esse possint, v. g. *Num.* III, *21.* mentio fit מִשְׁפַּחַת הַשִּׁמְעִי, familiæ Simei: & locorum nomina sunt הַיְשִׁימוֹן, הַחֲכִילָה, הַגִּבְעָה, *1. Sam.* XXVI, *1.3. c.* XXIII, *19.*



LIBER MISCELLANEORUM SECUNDUS.

LIB. II. CAP. I.

De verbis Ecclesiastis, cap. VII, 17.

אַל־תְּהִי צַדִּיק הַרְבֵּה׃

I.

MOnet Ecclesiastes h. l. tùm, *ne quis nimium sit sapiens*, tum, *ne sit nimiùm justus.* Utrumque uti fieri posse vix quisquam concedit, cùm nec justitia modum excedere queat, nec in disciplinis locum habeat

vulgatum illud, *ne quid nimis*: ità anxiè inquirendum, quo maximè modo accipiendum sit, quod mortalium sapientissimus fieri posse asseverat. Judæorum non una est de sensu hujus dicti opinio & varia applicatio. *Majmonides Hilcot* דֵּיעוֹת, *seu tract. de Scientia c.3.* sic accommodat: אָסְרוּ חֲכָמִים שֶׁיְּהֵא אָדָם מְסַגֵּף עַצְמוֹ בַּתַּעֲנִית וְעַל כָּל הַדְּבָרִים הָאֵלוּ וְכַיּוֹצֵא בָּהֶן צִוָּה שְׁלֹמֹה וְאָמַר אַל־תְּהִי צַדִּיק הַרְבֵּה:, i. e. *Interdixerint Rabbini, ne quis plus justo operam det jejunio aliisq; rebus similibus (scilicet ne nimium à carne & vino, à vestitu, conjugio, aliisq; licitis abstineat) de illis enim Salomo dixit, & præcepit, ne sis justus nimium.* Ostendit nimirum, utrinque peccari, *tùm*, si quis suæ ipsius voluntati plus justo indulgeat, & contra Dei legem concupiscentiæ operam det, *tùm*, si ex adverso ab omnibus etiam licitis adeò abstinere velit, ut carnem, vinum, uxorem, vestitum etiam concessum prorsus aversetur: recto itaque tramite incedendum, & mediam viam calcandam esse.

II. *In Libro* חֲסִידִים, *num.831.* hæc recensetur historia, qua Judæi loci hujus expositionem exhibere student, שְׁנַיִם הָיוּ אֶחָד לֹא הָיָה רוֹצֶה לִשְׂרוֹף זְבוּבִים אָמַר לֵיהּ חֲבֵירוֹ אַל תְּהִי צַדִּיק

צַדִּיק הַרְבֵּה מוּטָב לִשְׂרוֹף זְבוּבִים כְּדֵי שֶׁלֹּא יִפְּלוּ בַּמַּאֲכָל וּבַמִּשְׁתֶּה :, h.e. *duo quidam erant, quorum cum alter ne muscas quidem comburere auderet, hoc responsi tulit à socio*: ne sis justus nimium: *præstat omnino combussisse muscas, quam ut in cibum potumq. decidant, & nos eas deglutientes peccatum fortè committamus.* Haud absimilis Judæus ille Eremitæ cuidam fuit, qui præceptô quintô cautum esse arbitrabatur, ne quis vel pulices aut insecta alia occideret. Porrò ejusdem *lib. num. 465. alia* recensetur sive Historia, sive fabula. Nimirùm volunt, extitisse mulierem quandam שְׁטְרִיָא, quam Hebræi מְכַשֵּׁפָה præstigiatricem vocant, quæ damno atque injuria Judæum affecerat, ità quidem, ut res non amplius clam haberi posset, cùmque vitam prorogare ex traditione Judæorum non liceret, nisi sequenti die participaret מִפִּתּוֹ וּמִמֶּלַח שֶׁלּוֹ, i.e. de buccella & sale ejus, atque adeò peteret, ne illuc Judæus denegaret, alius quidam Apella, ætate venerabilis, reprehendit Judæum ex hoc ipso loco, *ne scilicet sit justus nimiùm*. Facilè enim fieri posse, ut si de pane & sale participet, ipsi vita prorogetur, adeoque plus mali patretur.

Lib. 2. Med. Th. c. 2. §. 40. III. *Amesius* sic verba hæc interpretatur: *monet quidem sapiens, ne simus justi nimium: sed hoc neutiquam intelligitur de ipsa justitia in sua natura (sequitur enim vers. 20. vel 21.* quod nemo homo sit justus in terra, qui faciat bonum & non peccet) *sed quatenus est in opinione, qua multi sibimet plus nimio vindicant ac tribui volunt justitiæ: In veris autem virtutibus eò semper niti debemus, ut magis magisq; abundemus, sicut in sacris scripturis sæpè monemur.*

IV. *Augustini, in Quæst. ex V. T. petitis,* Quæst 15. hæc sententia est: *Cum justum lex prædicet, & hic verè justus, qui plenam habet justitiam, quomodo contra Salomon,* noli, *inquit,* esse justus multum? *nimia justitia incurrit peccatum: temperata verò justitia facit perfectos. Non enim sine malitia est, qui multum est justus, quia peccantibus ad singula si respondeas, non deerit, ubi pecces. Deniq; Dei temperata justitia est. Peccantibus enim aliquãdo ignoscit, aliquãdo irascitur, aliquãdo reddit, non quantũ digni sunt: suffert enim eos, ut sint, qui proficiant. Lex enim, quia seipsam mollire non potest, à nobis mitiganda est, ut possit prodesse sub se agentibus. Hic ergò justus non est multum, qui Dei imitator est.*

V. Io-

V. *Iosephus Hallus, Decanus Wigorniensis, vir, uti laudatur in Synodo Dordracenâ Sess. 16. Clarissimus*, accuratissimam super h. l. exhortationem conscripsisse fertur, usque adeò, ut publicæ nomine Synodi Nationalis ipsi actæ sint gratiæ. Is itaque loco citato, postquam capitis controversi vers. 15. 16. & 20. recitasset, subjungit: *iustitia absoluta est; sic nemo justus. Iustitia inchoata, inque suo genere; sic justus perit. Iustitia æquivoca; sic ne sis justus nimis.* Æquivocam verò hanc justitiam ita distinguit, ut juxta eam alii opinione nimium justi sint, quales Pontificii, qui *Supererogationis opera* jactitant: alii reapse nimium ambiant justitiæ, idque vel publicè vel privatim. Publicè quidem, vel qui ipsum legis rigorem in judicando paulò severius sectentur, neglecta interim omnis ἐπιεικείας ratione: vel qui sacræ legis interpretes ità se literis ac syllabis mancipio dare soleant, ac si ratio divina non in medulla esset, sed in superficie; vel qui ex altera parte prodigiosam justitiam, piisque auribus ne ferendam quidem, DEO affingant. Privatim verò æquivocè nimiùm justos esse dictitat, qui sive vitant legitimè nobis concessa, sive nimiam affectant san-

ctimoniam in iis, quæ nusquam præcepta sunt.

VI. Verùm hæc accurata, ceu audit, declaratio neque secum convenit, neque prorsus, quod intendit, assequitur, etsi usquequaque falsa non sit. Confundit enim distinguenda. Privatim & re ipsa justos vocat, qui sanctimoniam affectant, nulla lege homini impositam; at talis erat illa Pharisæi opinio, *Luc.* XVIII. Controversias justitiæ immiscet præter scopum, cum nimis justus non sit, sed potius sapiens, qui omnia ad literam intelligit. Denique prodigiosa justitia ne justitiæ quidem nomen meretur. Mea hæc est sententia, quæ B. etiam *Luthero* probatur & *Pellicano*, ipsiusque textus consensu firmari potest: nimirum non est sermo hic de ea justitia, quam universalem vocant (quæ nihil aliud est, quàm complexio quædam omnium virtutum. Sic dicimur in justitia conditi, ante statum lapsus) sed de particulari, quæ in judiciis consistit, seu illa censuram Ecclesiasticam spectent, seu Politicam; atque omninò illud *Augustini* observandum: *Lex, quia seipsam mollire non potest, à nobis mitiganda est*; item illud, *summum jus summa in-*

ma injuria est; quanquam posterius hoc duriusculè conceptum sit.

VII. Confirmat id textus cùm versu præcedente, tùm sequente 19. & 22. ex ipso justitiæ & injustitiæ excessu atq; exemplo nimiæ sapientiæ ibidem conjuncto. Nihil equidem periculi imminet ei, qui universali justitiæ, quam vitæ sanctimoniam vocant, quoad per infirmitates seculi hujus licet, operam dat: at rigidè omnia urgere, cum paci & concordiæ aliquid dandum sit, id demum est, propter quod à periculo immunis esse vix queas. Hinc ipse Ecclesiastes subjicit: *quia reperire non licet ejusmodi virum, qui ità bonum peragat, ut nunquam offendat, tu quoq; noli attendere ad omnia, quæ alii loquuntur, ne audire cogaris servum tibi maledicentem, cum norit cor tuum, quod tu quoq; aliis maledixeris*; i. e. condonandum interdum aliquid, nec omnia ad rigidam justitiæ regulam exigenda sunt, si DEI imitatores esse & pacifici audire volumus. Sic *v. 24.* à nimio sapientiæ studio dehortatur sapientiæ studiosos, eò quod omnia indagare nesciant, & nonnunquam studium ejusmodi in fatuitatem desinat.

LIB. II. CAP. II.

De universalium Locutionum restrictione Observationes nonnulla.

I. Egi aliàs de Universalibus locutionibus, & quo maximè modo illæ ab Hebræis exprimantur, uti tunc charta & ocium permittebant, disserui: nunc quædam addenda veniunt, quæ notasse è re nostra fuerit. Evici, nisi omnia me fallunt, Disp. I. de Loc. Sacr. ineptè כל *omne* ex vocula πολλῶν restringi; eandem verò absurditatem alios incurrere, qui restrictiones quasdam meditati sunt, posthac evincam.

II. Est, cum in ipso Codice sacro exceptio quædam legitur. Hinc *Joh.* I, 3. dictum est de Christo: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*, ὃ γέγονε, *quod factum est.* Mentis enim compotes haud fuére, qui olim vel textum divisère, vel *nihil* in *aliquid* transmutarunt, de quibus *Augustinus* ait: *videte, ne sic cogitetis, quia nihil est aliquid: solent enim multi malè intelligentes verba*, sine ipso factum est nihil, *putare*, aliquid esse nihil. *Peccatum quidem non per ipsum factum est, & manifestum est, quia peccatum nihil est, & nihil fiunt homines*

Tract. 1. in Joh.

mines, cum peccant. Si illi, quos Augustinus memorat, Græcum fontem inspexissent, eò nunquam fuissent delapsi, quanquam si maximè vox *nihil* servetur, satis constet, eam ex categoremate & syncategoremate ratione sensus esse conflatam, adeoque idem sonare, quod *nulla res*.

III. Talis quoq; seu exceptio seu limitatio alibi traditur. *Rom.* V, *12.* dictum erat; *omnes mori in Adamo*, cùm tamen alibi Henoch & Elias, ac *1. Cor.* XV, *51.* omnes excipiantur, quos dies novissimus vivos offendet. Similiter *1. Cor.* XV, *27.* diserta extat exceptio: *omnia ei subjecit, excepto eo, qui omnia subjecit.* Et *Hebr.* II, *17.* *Christus nobis per omnia similis factus perhibetur, excepto peccato. c.* IV, *15.* & iis, quæ veritati personæ ejus obstant. *Gen.* II, *17.* *de omni arbore comedes*, Adamo à Numine dicitur, *excepta tamen ibidem arbore scientiæ boni & mali. Gen.* IX: *3. omne vivens*, à quo scilicet natura non abhorret, *in escam homini conceditur*, excepta tamen carne & sanguine. *Matth.* XIX, *26. Marc.* X, *27. cap.* XIV, *36. Gen.* XIIX, *14. Zach.* VIII, *6. omnia DEO dicuntur possibilia*, scil. hac exceptione salva, si reverà entia sint, nec contradictionem

implicent. Uti *Luc.* I, 37. dicitur: ***apud Deum non esse impossibile omne verbum***, i. e. ex Hebraismo, non esse impossibilem ullam rem, quam locutionem Hebræi verbis כָּל־דָּבָר exprimunt. Alibi etiã Scriptura expressè testatur, ***impossibile esse DEO, ut mentiatur***, *Hebr.* VI, 18. & 2. *Tim.* II, 13. ***DEUS seipsum negare non potest.*** Quanquam in hisce exceptionibus cautè procedendum, &, *Thomâ* auctore, rectiùs dicatur, talia fieri non posse, quam Deum ea non posse facere. Atque hæc quidem immota sunt, ubi expressa legitur exceptio: sed si ex bona consequentia aliquid deducatur, perinde erit. Videantur ***Remonstrantes in Act. synod. dogm. circa Art. V. de perseverant. p. 222.***

IV. Videre tamen licet, qua ratione Auctores nonnulli è principiis quibusdam universaliter dicta restringere velint. *CL. Sigw.* præter alios ***in Refut. Pareani Irenici p. 561.*** refert in margine, in Colloquio quodam, quod tamen reticere, quam nominare maluit, hominem Calvinianum verba Christi, ***quæ Matth.*** XIIX, 18. extant, ex ipso textu restringere voluisse, nempe,

non

non datam Christo potentiam infinitam, cum dictum sit: *mihi omnis data est potestas* ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, in cœlo & in terrâ. Eodē spectat, quod *Vorstius apud Piscatorem ait*, *Part. 2. resp. Apol. c. 3.* cū *Jer.* XXIII, 24. legitur: אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ אֲנִי מָלֵא, *i. e. cœlum & terram ego impleo*, minimè inde colligi DEI immensitatem, quam vulgo credimus, eò, quod cœlum & terra res finitæ sint, nec comprehendant ea omnia, quæ immensitatem arguere possint atque debeant.

V. At hîc nihil minus extat, quam limimitatio: in recensendis enim partibus seu aliarum rerum seu Universi hujus non singulas semper Scriptura persequitur, sed potiores, & eas nonnunquam plures, interdum pauciores. Sic *Luc.* XVI, 29. Diviti, pro fratribus intercedenti, Abraham respondet: ἔχουσι Μωσῆν καὶ τοὺς Προφήτας, ἀκουσάτωσαν αὐτῶν, *i. e. habent Mosen & Prophetas, illos audiant*: ubi Προφητῶν vel *Prophetarum* nomine ipsos quoque libros complectitur, qui כְּתוּבִים appellitantur, ceu alibi hic defectus suppletur, *Luc.* XXIV, 24. ubi Servator redivivus discipulis quibusdam exposuisse traditur, *quæ in Mose, Prophetis & Psalmis de Messiæ officio dicta erāt.* Similiter in Scriptu-

Scripturis מִמִּזְרַח שֶׁמֶשׁ וְעַד מְבוֹאוֹ synecdochicè universum terræ tractũ notat, etsi צָפוֹן & דָּרוֹם haud recenseantur. v. c. *Malach.* I, *11. ab ortu Solis usque in occasum ejus magnum est nomen meum inter gentes*, i.e. in toto orbe habitabili. Etsi enim *Kimchi* eò respici putet, quod הַיִּשּׁוּב (*οἰκουμένη*) terra habitata ab oriente ad occidentem ratione victus & domicilii homini serviat, tota scilicet, cùm secus res se habeat de septentrione & meridie: synecdoche tamen est, cum illic quoque sint, qui nomen DEI celebrent.

VI. Idem *Augustinus* notavit de vocabulis שָׁמַיִם & אֶרֶץ, *Tom. 4. Quæst. 5. super Deut.* hisce verbis: *In eo, quod scriptum est*, fecit DEUS cœlum & terram, *& aquas debemus accipere. Assiduè quippe Scriptura his duabus partibus commemoratis universum mundum vult intelligi secundum illud*: qui fecit cælum & terram, & innumerabilia ejusmodi. Videantur loca seqq. *Gen.* II, *1. cap.* XIV, *19. Ps.* LXIX, *35. Ps.* CXLVI, *6. Ps.* CXXI, *2. Esa.* XLV, *2. Jerem.* XI, *11. Jon.* I, *9. Act.* IV, *24. Apoc.* XIV, *7.*

VII. Minimè itaque restrictio est, cum cæli & terræ mentio fit, sed nonnunquam ampliatio, ceu videre est in locis adductis.

Sic

Sic enim prior exponitur, *Matth.* XI, 27. *omnia mihi à Patre data sunt.* Unde Christus *Dominus & hæres omnium dicitur*, *Heb.* I, 3. usque adeò, ut Angeli, cùm boni tùm mali, eum adorare & revereri teneantur, *cap. eod. v. 7. Philip.* II, 9, 10. Posterior quoque alibi ità explicatur, ut limitationem illam haud admittat. 1. *Reg.* VIII, 23. negatur, *cælos cælorum Deum posse capere*. Addantur dicta, *Job.* XI, 8. *Ps.* CXXXIX, 7, 8. Quanquam aliàs duplici nomine inepta est illa *Vorstij* exceptio. *Primò* enim, dum *Vorstius* negat, Deum esse immensum, quia non sit in locis omnibus, sc. sordidis, nonne satis id adstruitur inde, quia est in terra & mari, *Ps.* LXXVII, 20. ubi sordes locum habent? Certè opus hic non est, ut dicatur extra hunc quoque mundum esse, extra cœlum & terram, &, quod amplius est, in entibus infinitis. *Secundò*, entium natura finita non limitat attributa DEI: aliàs & nullibi fuisset, cum nihil dum esset creatum; & potentia DEI foret limitata, adeoque finita, quia per eam ens infinitum produci nequit. Sicut verò infinita dicitur DEI potentia, quia rem producit sine ulla præexistente materia, aut ea minus dispo-

ſita, id quod finitæ potentiæ negatum eſt: ita immenſa eſt ejus præſentia & infinita, non quod res, quibus præſens dicitur, immenſæ ſint aut infinitæ, ſed quod nulli ſpatio, quantum quantum illud etiam ſit, Numen includi queat.

VIII. Porrò verba Chriſti ſunt, *Ioh.* III, 8. τὸ πνεῦμα, ὅπου θέλει, πνεῖ, è quibus *Calviniani* gratiam DEI ſufficientem erga omnes mortales reſtringere ſatagunt: ac *alii* quidem per πνεῦμα ipſum *Spiritum S.* intelligunt, uti *Calvinianus ille, qui ſe P. Frey*
p. 159. 169. appellavit, *in Colloq. 2. contra D. Hoë.* Unde vernaculè verba ſic transfert: Der Geiſt wehet/ wo er will. *Alii*, rectiùs edocti, integram applicant ſententiam, quæ utraque ſimilitudinis parte abſolvitur, quales ſunt *Molinæus c. 36. §. 8. Anat. Arm. & Embdani p. 2. Synod. Dordracen. art. 3. & 4. p. 233.* qui quidem efficaciam gratiæ divinæ præcisè cum ſufficientia converti putant.

IX. At enim, ſicut falluntur, qui per πνεῦμα tertiam Trinitatis perſonam intelligunt, cùm id ratio comparationis in textu inſtituta non admittat, & hæc ſint terrena illa, de quibus Chriſto ſermo erat; ità peccant in accommodatione ſimilitudinis, qui

ventum

ventum intelligunt. Neque enim in eo comparationis tertium consistit, quòd Spiritus S. operetur, ubicunque velit, sicut ventus spirat, ubicunque vult: quid enim hoc rei esset, & qualis tandem illa foret conferendi ratio? Hoc verò est, quòd Servator probare instituit, etsi modum nescias, rem tamen ipsam negandam haud esse; idque liquidò patescere exemplo venti. Sicut enim, quando & ubi ventus spirat, tamen nescis, unde veniat, & quò vadat: ità comparatum est cum eo, qui denuò nascitur. Reverà corda regenerantur, sed actio Spiritus, non minus ac efficacia ejus, occulta est, & modus nos latet.

X. Orta autem est talis locutio è sermone Hebræo, qui felicitatem aliarum linguarum hactenus haud assequitur, ut tàm aptè, tam concinnè periodum ejusque membra compingere valeat, ac in Latio aut alibi fieri amat. Hinc cum Latini dicunt: *si irati fueritis, nolite peccare*, item: *etiamsi septies cadat justus, tamen resurget*: &: *si quis me viderit, haud quaquam vivet*. Hebræus sermo locutiones illas sic effert, *Psal.* IV, *5.* רִגְזוּ וְאַל תֶּחֱטָאוּ, & Apostolus Hebraizans: ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε, *Ephes.* IV, *26. irascimini & nolite*

nolite peccare. Sic *Prov.* XXIV, *16.* שֶׁבַע יִפּוֹל צַדִּיק וָקָם, ſepties cadet juſtus, & ſurget. *Exod.* XXXIII, *20.* לֹא-יִרְאַנִי הָאָדָם וָחָי, *non videbit me homo & vivet.* Nec inſolentes ſunt *D. Iohanni* locutiones ejusmodi. Videatur *cap. II, 19. cap. XIV, 1.* Sic quoque h. l. πνεῦμα πνεῖ, ὅπου θέλει, verti debet: *Ubicunque tandem ſpiret ventus*, er wehe/wo er will/ *ſonum quidem ejus audis: at unde ſit, & quo vadat, neſcis.*

XI. Prætereà *Photiniani* geminâ utuntur ratione generaliter prolata limitandi. *Primò* quidem, ubi aliud comminiſci non poſſunt, textum aliter legendum, aut vocem aliorſum referendam arbitrantur. Hinc, *cùm Joh.* I, *9.* legimus, *Chriſtum illuminare omnem hominem venientem in hunc mundum*, talem adornarunt verſionem Germanicam: Es erleuchtet alle Menschen/ da es in die Welt kam: ne ſc. admittere cogatur, Chriſtum etiam fuiſſe ſecũdum alterutram naturam in V. T. ubi locũ habuerit illuminatio. Verũ illa reſtrictio friget, nec eam aſſequitur emphaſin, quam Evangeliſta intendit. Dixerat, *per* Λόγον *omnia eſſe condita*, nunc adjicit, *omnes etiam homines, quotquot veniunt in mundum, ab eo illuminari*; non autem

autem pauculos, quibus lucem etiam Johannes Baptista cum Apostolis subministrabat, qui itidem hominis illuminarunt, postquam venére in mundum, non verò ante. Cum non entis non sint accidentia.

XII. *Secundò* ad articulum se recipiunt, cui itidem vim aliquam universales locutiones restringendi adsignant. v. g. *1. ad Cor.* IIX, *6. ubi unus esse dicitur Dominus, Jesus Christus, δι' ὃ τὰ πάντα, per quem omnia*, ibi ex articulo textum restringunt, & negant, omnes creaturas per Christum esse conditas: cumprimis ad solos fideles restringit *Smalc. contra Franz. p. 63.* Verùm hæc etiam restrictio parvi est momenti, non eô tantùm nomine, quod articulus sæpenumero sine ulla emphasi additus sit, ut ostendit *D. Ioh. Tarnov. in Exercit. Sacr. ad 1. Cor.* XV, *29.* sed quod universali etiam notæ conjunctus haud raro emphasin amittat, cum in Nov. tùm Vet. Test. Apud Hebræos ipsi respondet præfixum ה emphaticum, quod vocant; apud Chaldæos & Syros א aut ן, fini nominum adjectum; apud Arabes articulus ال, voci præmissus; in quibus omnibus nulla sæpè emphasis subest. v. g. *Gen.* IX, *19. isti sunt tres filij Noa, à quibus di-* *pag. 665.*

 spersa

ſperſa eſt כָּל הָאָרֶץ. Græci reddidére: *ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Et Pſal.* XIX,*4. linea eorum exivit* בְּכָל הָאָרֶץ, *in univerſam terram.* Conſentiunt etiam hic interpretes & verſiones. Adde, quæ ad præſens inſtitutum faciunt, loca ſeq. *Rom.* XI,*36. Hebr.* II,*10. 2. Maccab.* VII,*28.*

XIII. Porrò, uti minus rectè illi, de quibus diximus, univerſales locutiones reſtringunt: ita ſilentio haudquaquam involvendum, Pontificios atque alios nonnullos indefinitè prolata minus commodè ad univerſalem locutionem reducere. *Bellarm.* aſſerit, nomine *ovium*, cum dictum *eſt, Ioh.* XXI,*16.17. paſce oves meas*, univerſam intelligi Eccleſiam, eò quod dictum ſit, non ſimpliciter, *paſce oves*, ſed, *paſce oves meas*, quam ille rationem *inſignem & manifeſtam* vocat, ſimilem aliis vulgò paſſim uſitatis, ut, cùm paterfamilias moribundus ait: *relinquo bona mea filiis meis*; ubi nihil è bonis ſuis, nec ullum è filiis ſuis excludit. Idem olim Rom. Pontificem ſic annotaſſe, *Lutherus auctor eſt.* Simili reductione *Huberus* utebatur, univerſalem hominum Electionem ex *Epheſ. I, 4.* aſſerturus, ubi dicitur: *ἐξελέξατο ἡμᾶς*, i. e. *omnes.*

l. 1. de P.R.c. 16.

T. 1. lat. Ien. p. 313.

XIV. Verùm, uti rectè *D. Petrus Piſcator* Hubero

Hubero respondet: *in qua Grammaticâ hoc didicit Huberus, ut voculam nos necessariò per omnes reddendam esse contendat?* Ita haud injuriâ quæri possit ex Bellar. in quâ Grammaticâ invenerit, *ut* esse *omnes?* Sanè obstant exempla, quo minus tale quid sive proponat sive admittat Grammaticus. In V. T. disertè dictum est, & quidem *Ezech.* XXXIV, *6. super omnem superficiem terræ dispersæ sunt oves meæ, & v. 8. quia diripiuntur pecudes* meæ. Hîc certè, si omnes pecudes vi pronominis intelligantur, sequetur, totam periisse Ecclesiam. Idem ex N. T. quoque liquet; nam, Servator dicit, *Matth.* XIX, *28. vos, qui secuti estis me, super* XII. *thronos sedebitis.* At Judas ibi non sedebit, nec unus illorum in duabus sellis. *Et cap.* XXV, *27. oportuit te τὸ ἀργύριόν μου, vel argentum meum committere mensariis*; ubi tamen sermo est non de omni argento: bona enim pars patrisfamiliâs aliis servis erat concredita, cum hic ultimus unicum talentum accepisset.

XV. Atque hactenus de spuriis universalia limitandi principiis, quibus genuina nunc subjungam. *Primò* solicitè phrasin consideremus, necesse est, unde illa petita

ſit, & numquid ipſa quoque indicet, abſolutè capienda non eſſe, quæ accommodè accipi debent. v. g. *Marc.* XVI, *15.* Servatoris edictum legitur, datum Apoſtolis: *euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium* πάσῃ τῇ κτίσει, *omni creaturæ.* Ergo ne etiam vaccis, ovibus, anſeribus, aliisque beſtiis? minimè gentium, ſed hominibus ſolis. Uſus quippe eſt Chriſtus locutione id temporis recepta, qua, ut rectè monuit *CL. Schindlerus*, בְּרִיָּא & בְּרִיָּיא, creatura, item בְּרִיּוֹת vel *creaturæ* de ſolis dicuntur hominibus, ut cum ajunt: הקב״ה יָבוֹא, לָדִין כָּל בְּרִיּוֹת, *DEUS T. O. M. veniet, ut judicet Creaturas.* Idem experimur in ſimili phraſi Rabbinica, qua Judæi utuntur in סֵדֶר תְּפִלּוֹת: יַכִּירוּ וְיֵדְעוּ כָּל־בָּאֵי עוֹלָם כִּי אַתָּה אֱלוֹהִים לְבַדְּךָ בְּכָל מַמְלְכוֹת הָאָרֶץ:, i. e. *cognoſcent omnes venientes in hunc orbem, quòd tu ſolus DEUS es in omni terra.* At בָּאֵי עוֹלָם, generalis locutio eſt, ſpecialiter tamen in Novo Teſtamento homines eâ intelliguntur, atque inde, *Joh.* I, 9. & paſſim, *venire in mundum*, eſt naſci.

XVI. Utuntur, vel potius abutuntur hac obſervatione *Remonſtrantes*, Photinianorum

norum insistentes vestigiis*. Asseverant illi, *Rom.* IIX, *22. omnem creaturam* itidem de solo homine accipiendam esse, non minus ac *Colos.* I, *15.* ubi Servator noster πρωτότοκος πάσης κτίσεως dicitur. Ansam ipsis præbuere *Calviniani Leydenses*, non hominem solum, sed ipsum etiam mundi systema à destructione substantiali, in fine mundi futurâ, excipientes*. Etsi verò phrasis, absolutè considerata, sensum eum non respuat: obstat tamen instituta in textu *Coloss.* I, *16.* creaturæ in substratas species divisio: sic enim *omnis creaturæ primogenitus* dicitur & ea de causa, quia *per ipsum condita sunt universa, quæ in cœlis & quæ in terra*, i. e. absolutè omnia, *visibilia & invisibilia, ipsiq; adeò throni cum dominationibus*, i. e. angelorum ordines*. *Et Rom.* VIII, obstat facta oppositio. Nam creatura, cujus ibi fit mentio, *anxiè expectare* dicitur *revelationem filiorum Dei, v 19. & tandem aliquãdo liberãda à servitute corruptionis, cum liberabuntur filij DEI*, v. 21. Imò per gradationem à creatura irrationali ad *filios DEI*, ab his specialiter ad eos, qui *primitias Spiritus acceperant*, transit Apostolus*.

p. 219. Apol. Conf. XVII. Quid ad hæc *Remonstrantes*? Negant, ullam hic esse oppositionem subjectorum, adeoque cum v. 19. dicitur, *creaturam expectare filiorum DEI revelationem*, eo sensu id interpretantur, quod expectet creatura (nova) suam ipsius revelationem, phrasi nim. Hebræa. Hebræos enim non rarò antecedens loco relativi ponere, ut *1. Reg.* VIII, *1. Gen.* I, *27. c.* V, *1. 1. Sam.* III, *21. c.* XXV, *22.* Accedunt loca N. T. *1. Cor.* I, *8*, 2. *Thess.* V, *5.* 2. *Tim.* I, *18.* Nec ratione se destitui putant, quam potius manifestam esse jactitant. Absurdè enim veteri creaturæ tribui, quòd exerto capite revelationem filiorum DEI expectet, quòd speret liberationem à servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum DEI. Contrà autem optimè omnia isthæc piis tribui & fidelibus, adeoq; nihil omninò huic expositioni adversari, non phrasin, quæ ex Hebraismo manifesta sit: nec vocem κτίσεως absolutè positam, eò, quòd nova creatura κατ' ἐξοχὴν simpliciter creatura appelletur, *Coloss.* I, *35.* *Ephes.* II, *10.* *Jacob.* I, *18.* & *Apoc.* III, *14.*

XIIX. At enim phrasis, quam Hebraicam esse dictitant, reverà talis non est; incomple-

complete enim regula Hebræorum à *Remonstrantib.* adducitur. Sanè quidem ponunt illi relativi loco antecedens, sed tale, quod in eodem textu jam præcesserat. v. g. *Gen.* IV, 23. וַיֹּאמֶר לֶמֶךְ לְנָשָׁיו שְׁמַעַן קוֹלִי נְשֵׁי לֶמֶךְ, *i. e. dixit Lamech uxoribus suis, audite vocem meam uxores Lamech.* Idem evincunt tùm alia exempla, tùm vel illa ipsa, quæ sunt à Remonstrantibus adducta. Unicus locus est, qui paululum mutavit antecedens, eumque offendimus, 2. *Thes.* 3, 5. ubi dictum est: κύριος vel *Dominus dirigat corda vestra in charitatem* τοῦ θεοῦ, i. e. ἑαυτοῦ, sui ipsius, *& in expectationem Christi.* At hîc, cur mutatum sit antecedens, causa subest gravissima, stylus N. T. in quo S. Paulus è *Psal.* CX, 1. Christum vocare solet κύριον, Patrem verò Θεὸν, uti patescit ex 1. *Cor.* VIII, 6. *Ephes.* I, 2. ubi conferuntur vel conjunguntur personæ Deitatis; tùm, ne quis plures esse Deos conciperet, tùm quòd singulis personis singula γνωρίσματα tribuat, quibus una ab altera dignosci possit. Uti 1. *Cor.* XII, 4. 5. 6. ipse *Paulus* his verbis id ostendit: *discrimina gratiarum sunt, at idem Spiritus: & discrimina ministrationum sunt, at idem Dominus; & discrimina operationum*

sunt, at idem Deus, efficiens omnia in omnibus. Hunc morem Paulus hîc quoque observavit, adeoque antecedens mutare voluit.

XIX. Restant explicandæ difficultates nonnullæ, quales sunt de gemitu creaturarum, de eo, quod creaturæ liberari dicuntur εἰς τὴν ἐλευθερίαν filiorum Dei. *Ajunt*, ingemiscere & expectare liberationem non esse creaturæ, quocunque modo dictæ, sed solius hominis. Concedo sanè, si propriè verba sumantur. Nam Syrus, qui verbo ܐܬܬܢܚ hîc utitur, in memoriam nobis revocat Hebræum נֶאֱנַח, i.e. ingemuit, quod ferè de homine in V. T. dicitur, & per στένω, στενάζω, ἀναστενάζω à LXX. exponitur. Quin etiam à Syro interprete ipsi Servatori, *Marc. VII, 34. & VIII, 12.* atque Christianis, *Jac.* V, 9, tribuitur. Verum insolens non est sacro codici, creaturas irrationales per prosopopæiam ita introducere, ut quæ hominum sunt, illis tribuantur. v. g. *Psal.* XIX, 1. 2. de cœlis, nocte, die occurrunt verba סִפֵּר, *enarravit*, הִבִּיעַ, *enumeravit*, חִוָּה, *indicavit*. Maximè autem si oppositio instituatur quà sermonem, & textus de impiis loquatur, qui creaturis reliquis abutuntur, aut verò abuti solent, vel si sermo

ſermo ſit de *παιωλεϑεία*. Sic *Job.* XII, 7. impii amandantur ad beſtias, ibique de jumentis uſurpatur verbum הוֹרָה, *docuit*, de volatilibus הִגִּיד, *coram indicavit*, de piſcibus סִפֵּר, *enarravit*. De civitate, *Eſa.* XIV, 31. occurrit זעק, *clamavit*, de porta הליל, *ululavit*. *Jac.* V, 3. *merces κράζειν*, i.e. *clamare* dicitur *in cœlũ*. *Ier.* II, 12. שֹׁמּוּ שָׁמַיִם עַל־זֹאת וְשַׂעֲרוּ, *obſtupeſcite cœli ſuper hoc & horreſcite*. *Habac.* *III, 11.* רָאוּךָ יָחִילוּ הָרִים זֶרֶם מַיִם עָבָר נָתַן תְּהוֹם קוֹלוֹ רוֹם יָדֵיהוּ נָשָׂא שֶׁמֶשׁ יָרֵחַ עָמַד זְבֻלָה, i.e. *viderunt te, tremuerunt montes, vorago dedit ſonum ſuum: Sol & Luna ſtetit in habitaculo ſuo: altitudo manus ſuas elevavit*. Quid hoc aliud eſt, quam ingemiſcere? & ejuſdem Prophetæ *cap. II, 11*, אֶבֶן מִקִּיר תִּזְעָק *lapis è pariete clamabit*, *& ruaimentum è ligno*. Quid hoc iterum aliud eſt, quam gemitum præ ſe ferre?

XX. Cæterum, quod h.l. gemitus ità accipi debeat, ipſe profectò textus evincit. Nam præterquam, quod v. 26. *στεναγμὸς* vel gemitus impropriè ipſi etiam Spiritui S. tribuitur, adeoque mirum videri non debet, ſi verbum, unde vox illa deciſa eſt, v. 22. à proprietate recedat: ſanè particula *καὶ* id clarè indicat, quod ſuprà monuimus, nempe in oppoſitione ad filios Dei, ipſam quoq;

creaturam ingemiſcere, eo ſcilicet modo, quo cœlo&terræ, adeoq; univerſo huic per προσωποποιΐαν gemitus in V. T. tribuitur. *Nec refert*, quod creatura irrationalis liberari dicitur εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξας τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ, quæ verba eum inferre ſenſum videntur, quaſi illa quoque libertate donanda ſit. Verùm ibi demùm Hebraismum Textus poſcit, quem niſi admiſeris, ſequetur inde ſententia *Puccii*, qui *bruta reſurrectura, beſtiasq; in nova terra futuras*, ex hoc olim loco ſibi perſuaſit. Et, quod amplius eſt, non nudè libertatis redderentur beluæ cum mundi ſyſtemate participes, ſed vindicarentur in illam gloriam & libertatem, quæ filiorum Dei libertas eſt, & propter quam Chriſtus mortuus eſt. Cæterum Hebraiſmus ille hic eſt. Hebræorum & Syrorum præfixum ב, nunc idem eſt quod Græcorum εἰς, nunc vero particulæ ἐν reſpondet, adeoq; voculæ ejusmodi invicem commutantur. Exemplum offendimus, *Matth. II, 23.* ubi Syriacum ܥܡܪ ܒܡܕܝܢܬܐ: Evangeliſtæ eſt, κατῴκησεν εἰς πόλιν, pro ἐν πόλει. *Matth.* X, *41.* ܡܩܒܠ ܢܒܝܐ ܒܫܡ ܢܒܝܐ, ſuſcepit Prophetam εἰς ὄνομα προφήτου, pro, ἐν ὀνόματι. Contrà *Luc.* XXIII, *42*, dicitur

dicitur : *memento mei Domine, quum veneris* ܒܡܠܟܘܬܟ, ἐν βασιλεία σοῦ, pro, εἰς βασιλείαν σου. 1. *Ioh.* IV, 2. *Jesus Christus venit* ἐν τῇ σαρκὶ, pro, εἰς σάρκα, in carnem, notante *Drusio*, quem etiam sensum commodè admittit Syrus, qui transtulit : ܐܬܐ ܒܒܣܪ. Hæc prima esto observatio.

XXI. *Deindè* attendendum, de quanam re sermo sit. vel enim illa naturâ nota est, vel sola constat revelatione. Si naturaliter nobis innotescit, firmisq; nititur rationibus, videndum tùm, nequid, quod rationem nostram superat, huic universalitati immisceamus, tùm, ne latius extendatur propositio, quàm res ipsa ferat. Rectè enim *Augustinus T. 2. Epist. 7. ad Marcellin.* ait : *Si ratio contra divinarum scripturarum auctoritatem redditur, quamlibet acuta sit, fallit verisimilitudine : nam vera esse non potest.* Rursus, si manifestæ certæq; rationi velut S. Scripturarum objicitur auctoritas, non intelligit, qui hoc facit ; & non scripturarum illarum sensum, ad quem penetrare non potuit, sed potius suum objicit veritati, nec, quod in eis, sed quod in se ipso velut pro eis invenit, opponit.

XXII.

XXII. Agite verò unico exemplo utrumque declarabimus. Servator noster ait *Matth.* XV, 17. *omne, quod ingreditur in os, vadit in secessum*; numquid ex afferto hoc generali colligeres, ipsi quoq; sanctissimo corpori Christi idem evenire? חס ושלום absit! Tàm absurdi tamē sunt è *Reformatis* nonnulli, ut vel eo usque verba extendant,
T.3.B. nominatim *Guil. Amesius.* At Servatori
E.p. sermo est de ejusmodi manducatione, quę
116. naturæ nostræ conservatione requiritur, & quæ nihil de mysterio participat; non de ea, quod summum est mysterium, & nec finem naturalem respicit, nec ad corporis sustentationem ordinatur. Tam absurdè quidem & extra genus mystica corporis Christi participatio sub naturali subsumitur, ac si cum Nicodemo regenerationem Spiritualem prorsus sub carnali complectaris, & utriusque eandem rationem esse velis; aut si cum Judæis, *Joh.* IIX, 33. corporis & animæ servitutem confundas. Sic ineptè ex parte altera apud *Matth.* colligeretur, *quod ingreditur in os, non polluit hominem.* Ergò nec id facit panis Eucharisticus, indignè scilicet sumptus: cum tamen talis sibi manducare dicatur judicium. Nec refert in

in præſenti, panem ſolùm comedat, an ſimul corpus Chriſti.

XXIII. *Lombardus* itidem hîc fallitur. Nam *2. ſent. D. 30. lit. O.* ſic loquitur: *quod nihil extrinſecum in humani corporis naturam tranſeat, veritas in Evangelio ſignificat, dicens: omne, quod intrat in os, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur.* Cum verò natura notum ſit, alimenti mutati partem aliquam verti in ſubſtantiam corporis, ut illud augeri, & generationi poſtmodum, laboribusq; exantlandis aptum eſſe queat, rectè ab ipſis Pontificiis in margine adſcriptum fuit: *Magiſter hîc non tenetur.* Quem etiam refellit *Thomas p. 1. q. 119. n. 1. ad 1.* & quidem inde, quod Dominus non dixerit, *totum*, quod in os intrat, emitti per ſeceſſum, ſed *omne*. Cujus ſententiæ *Maldonatus* hoc addit, *Chriſtum non loqui hic philoſophicè atque ſubtiliter, ſed populariter. Quia enim minimum remanet, eum ita loqui, quaſi nihil remanere ſignificet.* Et ſanè inſolens id non eſt Sacris ſcriptoribus, quin nec profanis. Sic enim Moſes, *Gen.* I, *16.* ait: *fecit Deus* הַמְּאֹרֹת הַגְּדוֹלֹת, i. e. *luminaria magna, luminare majus ad dominium diei, & luminare minus ad dominium noctis, &*

הַכּוֹכָבִים

הַכּוֹכָבִים *stellas, scilicet reliquas.* Etsi enim quibusdam videatur, cum *majora* hic *luminaria* appellantur, id ad virtutis quantitatem referendum, non ad molis extensionem, tamen sollicitè textum evolventi liquet; Spiritum S. hic loqui δοξαςικῶς atque populariter, non philosophicè: quod eò minus mirandum, cum ipsum *Horatium Od.* XV. *lib. Epod.* dixisse videamus: *Lunam cælo sereno fulgere inter minora sidera*, ex vulgi nempe opinione, quod Lunam ob propinquitatem reliquis stellis arbitratur majorem. Tam commodè ergò Physicis se opponit Lombardus, ac si quis Astronomos è cap. I. Mosis refellere moliatur.

XXIV. Quod si verò universalis locutio divinam supponat revelationem, illa erit vel præceptum, vel promissio, vel comminatio, vel simplex denique assertio. Quicquid horum sit, diligens instituenda locorum, quæ parallela vocant, collatio; atque hinc indagandum, quousque se universalitas extendat. v. g. *Matth.* XXIII, 2, 3. Servator ait: *super cathedram Mosis sedent Scribæ & Pharisæi, quicquid vobis dixerint, facite.* At Pharisæi dicebant populo, ut sibi à Christo caveret, & contra Christus impera-

imperabat, ut sibi caverent discipuli à fermento Pharisæorum, *Matth.* XVI, *12.* & *cap.* XXIII, *16.* Audiendi nimirum erant עַל־פִּי הַתּוֹרָה, i.e. juxta sermonem legis, uti habet *conditio* vel limitatio à Mose expressa, *Deut.* XVII, *11.* & Israëlitæ eos sequi debebant, respicientes לְתוֹרָה וְלִתְעוּדָה; h. e. ad legem & testimonium, ut loquitur *Esaias, cap.* IIX, *20.* Respiciamus igitur ad mandati promulgationem primam & propriam sedem, legisque repetitionem conferamus, & de limitatione facilè nobis constabit. Sic inepti sunt Pontificii, qui Christi mandatum, *Matth.* XXVI, *27. bibite ex hoc omnes*, restringunt ad Sacerdotes; cùm lex generaliter sonet in propria sede; & repetita institutio à Paulo, Corinthiis Laicis tradita, *1. Cor.* XI, 24. aliud moneat. Vicissim exempla ad regulam revocanda, indeque petenda restrictio. Dicuntur Apostoli *reliquisse omnia*, *Matth.* XIX, 27. scilicet, quæ salva lege, & extra confessionis & necessitatis casum relinqui poterant. Eadem in promissis & minis cautio observanda est. Promissa est petenti exauditio, *Matth.* VII, *8.* scilicet si petat secundum Dei voluntatem; *1. Ioh.* V, *14.* *Christus per omnia nobis factus*

est

est similis, *Hebr. II, 17.* exceptis tamen iis, quæ impediebant opus redemptionis, ſive illa perſonæ ſpectarent unitatem, ſive dignitatem.

LIB. II. CAP. III.

De litera ה *Hag. I, 8.* וְאִכָּבְדָ *omiſſa.*

I. Non rarò in ſacris literis ה deficit, ſive ab initio, ut *1. Reg.* XV, 18. ubi Aſa *ſuſtuliſſe* dicitur *omne argentum, aurum, quin etiam reſidua in theſauro domus Dei, & theſauros ipſos* בֵּית־מֶלֶךְ, *domus Regis*; ſive in medio, *ut 2. Reg. IX, 16.* ubi Jehu ait: *ne egrediatur quiſquam è civitate* לָלֶכֶת לְגִּיד, *ut vadat ad annunciandum*: ſive etiam in fine, uti in Moſe multoties ſcribitur נַעֲר pro נַעֲרָה, *Gen.* XXIV, 14. Porrò, cùm in Moſe ſervilis litera ſit, dantur tamen alia exempla, ubi radicalis omiſſa eſt, aut paragogica. Radicalis excidit, *Joſ.* XXIV, 3. ubi legimus: *tuli patrem veſtrum Abraham è loco, qui eſt trans flumen, & deduxi eum in omnem terram Canaan,* וָאַרְבְּ *& multiplicavi ſemen ejus.* Paragogica omiſſa eſt, eaque bis in eodem cap. *Thren.* V, 1, 21. in illo dicitur: *recordare, Domine, quid fuerit nobis,* הַבִּיט *reſpice & vide opprobrium noſtrum.* In hoc verò:

verò: *Converte nos, Domine*, וְנָשׁוּב *& convertemus.*

II. Hujus quoque monetæ est ה paragogicum, in verbo אִכָּבְדָה expressum, *Exod.* XIV, *17.* subintellectum autem in loco nostro controverso, ubi quod desit, vel è solo puncto fieri potest judicium. Quæ verò tandem causa subsit, cur in Prophetæ dicto illud omissum sit, Judæi juxta & Christiani quærunt, varieque disputant. *Kimchi* in locum Prophetæ citatum sic scribit: ואכבד כתיב ואכבדה קרי וענין אחד ור״זל׳ דרשו חסרון ההא׳ מן הכתוב כי חמשה דברים חסרו מבית שני ארון ואורים ותומים ואש העליונה ושכינה רוחהקדש, i.e. *scriptum est* וְאִכָּבֵד, *& legitur* וְאִכָּבְדָה *eodem tamē sensu: Magistri autem nostri mysticè exposuerunt defectum literæ* ה, *eò quod quinque res desideratæ fuerint in templo secundo, nempe arca, Urim & Thummim, ignis cœlitùs descendens & præsentia majestatis divinæ, demum etiam Spiritus S.* Eadem reliqui quoque Rabbini inculcant, & quidem è Talmud, cujus locum utut *Kimchi* more solito præterierit, legitur tamen in *Massechet* יוֹמָא, *c. 1. circa fin. & in* עין ישראל, *p. 101. col. 3. in medio.*

III. Huic Talmudicæ traditioni mul-

tum tribuunt *Apellæ*, usque adeò, ut hac in re templum secundum censeant minus fuisse magnificum atque exornatum. Nec contradixére eis *Christiani*, qui seculo superiori locum hunc adversus Judæos tractarunt, disputantes, majorem fuisse domus secundæ, quàm prioris præstantiam, non ob durationem, quæ rei præstantiam non infert, nec ob ædificii magnitudinem, quam auxerat Herodes, sed ob Messiæ præsentiam. Videatur *Galat. l. 4. de A.C.V. c. 9.* è quo *D. M.* hunc in modum scribit, præsupponens vera esse, quæ è Talmud & Rabbinis Galatinus adduxerat: *Utut ultimum templum ab Herode fuerit amplificatum & ornatum, summa nihilominus gloria & sanctitatis splendor, qui in primò templo vigebat, illi defuit, nempe* ignis, *qui de cælo descendens holocausta comburebat. Deinde* gloria DEI, *quæ in primo templo inter Cherubim apparere solebat, in secundo nunquam visa fuit. Et* Spiritus S. *qui in primo templo cum Prophetis sæpissimè loquebatur, in secundo nunquam auditus est. Quæ omnia à Judæis negari nullo modo possunt, cum ab ipsorum Talmud optimè comprobentur.*

l. 3. de Tr. E- lob. c. 14.

IV. At longè aliter *Drusius l. 15. Observ. c. 16.*

c. 16. multò aliter W. Academiæ Senior, *disp. XI. de sacrif.* quin etiam *Ribera Comm. h. l.* Sic enim *Drusius*: *Quod de Spiritu S. dicunt, varum videtur. Nam nullo unquam tempore Ecclesia eo caruit. Suspicor ego, in mente eos habuisse Spiritum Propheticum, qui desiit esse post Malachiam, ut suo loco declarabo. Quod ignem sacrum attinet, Josephus, Gorjone natus, scribit, cum repertum, a nescio quo sene, remansisse ad tempus exilii secundi: arcam verò prophetam Jeremiam occultasse in spelunca quadam montis Nabo, in quo monte Moses DEI possessionem, i. e. terram sanctam aspexerat. Quibus consentanea scribit author secundi Hassamonæorum, quos vulgo Maccabæos appellant, addens, memoratum Prophetam jussisse iis, qui deportabantur, ut ignem secum ferrent. Ex quo conficitur, non defuisse ignem illum in exilio Babylonico.*

V. *D. Fr.* his verbis Judæorum placita examinat, *th. 37. & seqq. disp. cit*: *Nemo non videt, infirma hæc esse argumenta: ante captivitatem Babylonicam, Exod. XIV, 4. Psalm. LXXXVI, 12. vox* אַבְּבָרָה *cum* ה *legitur: sed post captivitatem Babylonicam, Hagg. I, 8. eadem vox sine* ה *legitur. Etsi igitur utrinq; & ante captivitatem Babylonicam & post, signi-*

ficat idem, quod glorificabor, *tamen quia litera* ה, *significans quinque, in hoc vocabulo adest ante captivitatem Babylonicam, sed post captivitatem Babylonicam deest in Haggæo, dum utique significatum fuit, quinque res fuisse in templo ante captivitatem, quæ tamen in templo post eam defecerunt. Nam & ante captivitatem Babylonicam interdum* ה *deest, ut Esa.* LXVI, *5.* יִכְבַּד, *glorificabitur Dominus, & iterum, 1. Sam. II, 30. & Num.*XXIV, 12. *si ergo valeret argumentatio, ante recitata, tum concludendum esset, etiam ante captivitatem Babylonicam quinque res in templo defuisse, id quod admodum est crudum & falsum.*

Lib. 3. Ant. B. p. 736. VI. Cum *Fr. Sixt. Amama*, facit: si penitius rem intuearis, commentum est, quod de defectu ה literæ commentantur. 1. Enim scopus Prophetæ tali mysterio adversatur, ideoque nec Abenezra, nec Junius, nec Piscator, nec alii interpretes prudentiores id attigerunt. 2. Plures extant dictiones, quæ scribuntur sine ה Paragogico. E.G. *Ezech.* XXIII, *16.* ubi talia mysteria locum non habent. 3. Non omnia illa in templo secundo defuisse, inter alios etiam ostendit *Franzius in Schola sacrificiorum, disp. XI.* & quod ad mysteria illa in genere attinet, ego sic arbitror,

tror, ſat myſteriorum in ſacræ Scripturæ nucleo contineri, ut non opus ſit, ea in cortice quærere, quæ tædioſo labore reperta non niſi precariò obtineamus.

VII. Hæc tamen cùm Fr. tùm Sixtini reprehenſio parum probatur *Schikardo*. Sic enim ille in *Tr. quem inſcripſit* מִשְׁפַּט הַמֶּלֶךְ *p. 15. loquitur*: *Hoc* (nimirum defectum literæ ה) *interpretes ad textus illius vocem notant, non ut inde probent, quod vir quidam pius imperitè ſuſpicatur, & inde Rabbinos præter meritum exagitat, ſed ut rei notiſſimæ & alibi probatæ ſuo more* סִימָן, *ſymbolum memoriale in recordationis facilioris ſubſidium pararet*. Verum, quod Cl. Schikardus ſupponit, illud an concedendum ſit, nec ne, ambigitur. Referunt enim, Elia auctore, ad ipſum usq; Prophetam Haggæum oraculi illius interpretationem, ex ה omiſſo petitam, uti aliàs quoque traditiones eſſe cenſent הֲלָכָה לְמשֶׁה מִסִּינַי, *traditionem Moſis è monte Sinai*, adeoque tradunt, monuiſſe Haggæum Judæos ſuæ ætatis, ut ה legerent, licet omiſſum, idque Dei indicio & de induſtria, ob quinque ornamenta, quæ in templo ſecundo ſint defutura. Conſtat verò, ſi maximè non referatur omiſſio literæ ad ipſum Prophetam,

sed sensus sit mysticus, qualem Judæi indagare solent, tamen argumento locum esse posse, cum Judæis sensus mysticus sit argumentativus. Quin etiam, qui קראים non salutantur, si minus præferunt, certè pari pietatis affectu suscipiunt & venerantur traditiones cum ipsis Scripturis[a].

VIII. Hæc de consequentia. At de quinque rerum illarum absentia è templo secundo quid sentiendum sit, hoc maximè modo patescet. Initiò quidem non fit verisimile auctoribus citatis, defuisse אורים & תמים, eò, quod utrumque, suffragante *libro Esdræ*, adfuisse videatur. *Primò quidem libro c. II, 62.* abdicati leguntur à sacerdotio, de quorum genealogia Levitica parùm constabat, ferturque ad eos dixisse Hatirsatha, *caverent, ne quid comederent de sanctitate sanctitatum*, עד עמד כהן לאורים ולתמים, i. e. *donec staret sacerdos cum Urim & Thummim.* Unde colligunt, fuisse futurum tempore secundi templi, ut existeret sacerdos ornatu illo Ecclesiastico instructus. Eadem recenset liber 2. *cui quoq; Nehemiæ nomen* inditum est, *cap. VII, 65.*

IX. *Schindlerus* & *Vatablus* aliorsum hæc respicere putant. *Vatablus* quidem in

h. l.

h. l. sic loquitur: *hîc obiter prædicit adventum Christi, qui fuit plenus sapientiâ, & peccatum non fecit. Schindlerus* in radice אור de utroque loco adducto sic sentit: *hic locus intelligendus est de seculo futuro, cum in templo secundo Urim & Thummim non fuerint: vel de sacerdote digno, qui Urim & Thummim gestaret.* Verùm hæ expositiones è Judæis petitæ sunt, nonnihil etiam detortæ, & supponunt ex placitis Rabbinorum, Urim & Thummim non fuisse. Videantur *R. Salomo & Abenezra.* Uti verò Judæis credidit *Schindlerus cum Vatablo*, ità non est, quamobrem illas sententias existimemus esse invictas. Quod enim Abenezra refert de sacerdote digno, qui illo ornatu sacro induatur, more Judaico agit. Quæ enim, quæso, hîc militaret dignitas, ubi indignitatem nemo non profitetur? Et quo tandem signo imotuisset, hunc sacerdotem aut alium esse dignum, adeoque admittendos ad comedendum de sanctitate sanctitatum, qui ab Esdra erant pro rejiculis habiti, vel de quorum genealogia Levitæ erant incerti? Nec futuræ vitæ, aut diebus Messiæ hoc negotium commiseris. Verba enim præferunt, in hac vita id futurum, ut illi vel par-

ticipent de sanctitate sanctitatum, vel judicio sacerdotii illius excludantur. Mihi igitur ex authenticis Scripturæ tabulis verisimile non fit, Thummim & Urim defuisse.

X. De igne autem, qui olim cœlitùs descenderat, & holocaustis consumendis servire debebat, non parum superest controversiæ, uti quoq; de arcâ fœderis. *D. Chemn. p. 3. Exam, Conc. Trid. p. 528.* haudquaquam contentus est argumentis, quæ *Franzius*, *Ribera, Drusius ex Joseph Ben Gorjon, l. 1. c. 17. & 2. Macc. 11, 4.* attulére, ipsum potius *auctorem libri Maccabæorum* sic aggreditur; *de occultatione sacri ignis & arcæ commentitia quædam affert, quorum absq; dubio Ieremias vel Esdras aut Nehemias mentionem fecissent, si vera essent. Et fabulam esse, inde deprehenditur. Arcam enim, quam scriptor sic conservatam fuisse fingit, Rabbini conqueruntur in toto templo secundo defuisse.*

XI. Hoc ille argumento libros Apocryphos impugnat; at *Ribera*, cui sacrosancta est illorum librorum auctoritas, miratur, *G. latino & Porcheto* probari traditionem Rabbinicam, eamque ut argutam & elegantem. Plus fidei habendum esse judicat auctori librorum in illis actis, quam Traditioni

tioni Talmudicæ. *Bellarm. etiam l.1. de V.D. c.15 object.4.* prolixè hac de re disputat, quò auctoritatem eorum scriptorum tueatur. Egò, ubi de librorum sacrorum auctoritate agitur, mihi non sumò judicium: plus tamen fidei adhibendum judico ejusmodi Græco scripto, consentienti cum Historia Judæorum Hebraica, quæ non heri aut nudius tertius enata est, sed aliquot abhinc seculis extat, & sola ferè hoc stylo superat de templi secũdi memoria. Ea enim fides proptereà divina non est, sed talis, qualem Livio, Sallustio & aliis scriptoribus tribuimus. Denique non consentit traditio Judaica in numero rerum, quæ defuisse dicuntur. Alii enim oleum quoque defuisse referunt, qua quidem ratione non tantum quinque res, sed sex fuissent desideratæ. *Buxt. lex T. in* שכן

LIB. II. CAP. IV.

De Hyperbolicis S. literarum locutionibus.

I. Quam Græci ὑπερβολὴν, eam Hebræi vel potius Rabbini הַפְלָגָה & חַבַאי indigitant, eamque ipsis quoque Scripturis sacrosanctis tribuunt. *R. Salomo ad Deut. I, 8.* scribit: דִּבְּרוּ הַכְּתוּבִים בִּלְשׁוֹן הֲבַאי *i.e.*

 locuta

locuta sunt Scriptura hyperbolicè. At Hyperbole istiusmodi prorsus improbatur *Paréo*, in quam passim invehitur. *In refut. Bellarmini de A. G. & St. P. lib. 5. c. 3.* sic loquitur: *Hyperbolen Scripturæ tribuere, est tribuere mendacium, quia hyperbole est id, quod dicitur supra rei veritatem, quod est species mendacij.* Eadem inculcat passim *in Comm. in Epist. ad Rom. & Cor.* Paréum secutus D. M. mendacio addit blasphemiam, *decad. I. ἀνθρωπ. disp. 15. q. 3. §. 4. omnis* (inquit) *Hyperbole rei veritatem excedit, & habet speciem mendacij. Qui ergò Hyperbolicam locutionem DEO tribuunt, videant, ne ipsum mendacem faciant, & blasphement.*

II. Multò tamen aliter *D. Grawerus p. ult. Cent. 1. qq. Illustr. Theol. coroll.* Negat ille, habere speciem mendacii Hyperbolem, nedum, ut sit mendacii species. Hinc passim, vel in ipsis controversiis, ad Hyperbolen auctores provocant. Lubet exempla nonnulla afferre, ut quæ illorum sententia sit, eò rectius patescat. Ipsi ergò fratres Parei Scripturis hyperbolen tribuere non verentur. *Piscator in Matth. c. XIX. observ. 20.* arbitratur, Servatorem Hyperbolicâ usum comparatione, dum ait *v. 24. facilius*

esse,

esse, ut Camelus transeat per foramen acus, quam ut dives intret regnum cœlorum. Cum Piscatore facit *Maldonatus Pontificius: qua ratione moti sunt* (inquit) *ne Camelum animal intelligerent, eâ maximè moveri debuerunt, ut animal interpretarentur. Erat autem hæc proverbialis vulgò locutio, qua, cum aliquid impossibile significabatur, dicebatur, camelum facilius per acus foramen transiturū, quam id fieri; qua formula etiam Talmudistæ utuntur, ut multi docti viri notarunt. Est autem Hyperbole & exaggeratio talis, qualis in proverbiis esse solet.* Addi etiam potest *Jansenius c. 100. Concord. Evang.*

III. *Remonstrantes* similiter Calvinianos introducunt in Actis *synod. Dordrac. defens. art. 4. p. 122.* locum *Matth.* XI, *21.* de Hyperbolica exprobratione accipientes, in quâ comparatio aliquādo fieri soleat cum eo, quod fieri nullo modo potest, ut exaggeretur rei alicujus enormitas. Perinde itaque fuerit, cum Christus ait, *Tyrios & Sidonios acturos fuisse pœnitentiam, si miracula edidisset, quæ in Corazin & Betsaida patrârat*, ac si quis dicat, hoc vel illud futurum, si parietes loquantur, si cæci videant, si pueri argumententur. Non autem indicari

dicari ibi, certò futurum fuisse, positis miraculis, quod Servator prædixerat. Ab
c. 47. Conc. Ev. his parùm differt sententia *Jansenii*, qui hæc annotat: *dici potest, Deum hæc de pœnitentia Tyri & Sidonis non dicere, tanquam fuissent convertendi, si illis prædicatum fuisset, sed tantum vulgariter hæc locutum, quomodo frequenter solet, ut hujusmodi comparatione insignem obstinationem animi illarum civitatum, quibus prædicaverat, significaret.* Jansenium ea de causa perstringit Henr. *Henriquez. lib. ult. qui de hominis fine inscribitur c. 5. §. 5. lit. U.*

IV. *Polanus* quoque *in Ps.* XV. & *Marloratus* cum *Fequerneckino* idem fatentur. Disertè enim *Polanus*: *non omnis Hyperbole est mendacium: cum & S. Scriptura Hyperbolis utatur ad rem exaggerandam vel magis illustrandam, veluti Gen.* XIII *16. c.* XXXIX. *9. Exod.* III, *8. & passim.* Hi verò non modò talem statuunt, *1. Cor.* XIII, *1.* ubi Paulum Angelis, per hyperbolen ex hypothesi, maximâ emphaseos gratiâ, linguas tribuere asseverant; sed verò *Rom.* IIX, *39.* ubi, cum res omnes, summas, medias, infimas, &c. recensuisset Apostolus, addit tamen, οὐδέ τις ἑτέρα κτίσις, i. e. *nec alia creatura:*

tura: Item, *Gal.* I, 8. ubi sermo est de alterius cujusdem evangelii, ab Angelis proferendi, prædicatione. Ibi enim, si de malis Angelis sermo est, friget oratio: sin de bonis, falsa prædicatio in eos non cadit. Ajunt itaque, non minus Hyperbolicam esse talem hypothesin, quam illam, quæ *Ps.* LXXIIX, 25. & *Ps.* CV, 40. de pane Angelorum occurrit, assertionem. Hypothesis interim hæc est: si panis, si lingua, si prædicatio evangelii vel ipsis Angelis tribuerentur aut verò tribui possent, non alio vescerentur pane, non aliis uterentur linguis, aut aliud prædicarent Evangelium.

V. Subjungam etiam verba *Pellicani* & *Lud. Capelli.* Ille *ad Ps.* VI, 6. sic commentatur: *amplificandi doloris gratiâ Hyperbolâ utitur, more omnium acerbiùs dolētium, quādo amplius dicunt, quod dici, quantum satis sit, non potest.* At *Capellus in Spicilegio ad c.* 5. *Matth.* sic loquitur: *Hyperbolica omnino est locutio* (quæ *v.* 18. extat de *jota aut apice non prætereuntibus, donec omnia fiant in Scripturis divinitùs prolata*) *quâ Christus absolutissimum legis complementum significavit, phrasi accommodatâ ad Judæorum de lege opinionem & sententiam: at non quò comprobet usquequaque & per*

per omnia sententiam illam, quæ superstitionem magis, quàm veram pietatem, in ejusmodi minutissimis minutiis literarum & apicum persequendis & consectandis sapere & redolere omninò videtur.

VI. Atque hæc de exemplis Calvinianorum, à quibus, ut paulò ante indicatum, *Pontificii* haudquaquam dissentiunt. *Maldonatum & Jansenium* jam vidimus. De *Bellarmino* unicum capiamus exemplum; *è lib. 5. de A. G. & St. P. c. 3. quod* cogitationes omnes *dicuntur esse* malæ, *sine dubio Hyperbole est, scripturis familiaris. Nam in eod. cap. 6. Genes. legimus*, omnis caro corruperat viam suam, *& tamen in eodem loco dicitur*: Noë vir justus & perfectus fuit in generationibus suis.

VII. Videamus jam ipsos quoque *Photinianos*. *Smalc. contra Franz.* ad locum
p.456. *Jacob.* III, 2. hoc modo respondet: omnes in multis labi, *Hyperbolicè à Jacobo dictum est, quomodo etiam alibi dicitur*, ne unum quidem esse, qui à DEO non declinaverit, *Ps.* XIV, 3. *cum tamen in eodem Ps. unde ista decerpta sunt, dicatur*, quod DEI populum comedant alii, *nempe impii.* Sic quoque
p.276. *Ostorodus in Inst. Germ. c. 33.* Hyperbolicum sermo-

sermonem Davidi tribuit, *Ps.* LI, 7. dum *in peccato se conceptum esse* queritur, idque evincere satagit partim inde, *quòd de multis peccatis loquatur, & quidem actualibus, in quibus nemo concipi possit*; partim, *quòd alibi quoque Scriptura eô loquendi genere utatur in Psalmis, Prophetis & N. T. nempe Ps.* LIIX, 4. *Esai.* XLIIX. 8. *Job.* IX, 34. Nec displicet ista Hyperbolica explicatio *Socino, qui* alium locum addit è *Job.* XV, 16. ubi *homo iniquitatem bibere dicitur, quasi aquam.* Nimirum quod ad palatum illorum non est, illicò Hyperbole est. *In Præl. Theol. cap.* 4.

VIII. Quicquid verò tandem sit de adductis hactenus exemplis, audiamus quoque *Lutherum T.* 2. *Lat. Jen. in Comm. ad Ps.* XII. Dictum erat à Psalte, חָסִיד גָּמַר, *deficit pius.* subjungit *Lutherus*: *Hyperbolen facit vehementia affectus. Non enim aliquando non sunt sancti & fideles Christi in terra, & tamen dicit*: deficit sanctus, finiti sunt justi, consummati sunt DEO grati: *qua figura & hodie vulgo omnes queruntur, non esse in hominibus ullam fidem, & omnia fraudulenter geri.* Neque mirum est, Lutherum, aliosque Luthero addictos, hanc figuratam loquendi rationem Scripturis tribuere, cum tot ab-

hinc

hinc seculis S. Pater *Augustinus* idem assere-re nil dubitârit.

IX. Sic enim censet *T. 2. Epist. 59. ad q. 3. & T. 3. l. 1. locut. de Genesi*, ubi secundum Hyperbolen accipiendum esse monet, quod Babylonii ædificium moliti leguntur, cujus caput ad ipsum usque cœlum pertingat, *Gen.* XI. *T. 4. q. 137.* super *Genes.* ait: *secundum Hyperbolen dici potuisse, quod Gen.* XLI, *49. Joseph triticum congregasse legitur tanta copiâ, quanta est arena maris, usque adeò, ut numerari non potuerit.* Rursum *T. eod. q. 17. super Deuteron.* Hyperbolicam commendationem vocat, quod Judæi *Deut.* XI. præcepta divina super limina domorum scribere jubentur. *T. 5. l. 16. de C. D. c. 21.* ubi multis de hac re disputat, in hæc verba erumpit: *Hyperbole; ut cæteris tropis, uti solere Scripturam, nullus, qui eam didicit, ambigit.*

X. Falluntur autem, qui Hyperbolen cum mendacio confundunt, ac optimè omninò *Bellarm.* hac de re sic disserit: *Hyperbolica locutio requirit, ut verè aliquid subsit in re, licet non tam excellenter, quam verba significant; alioqui non Hyperbole, sed mendacium esset, neq; tam ejusmodi figuris ornaretur,*

l. 4. de pœnit. c. 10.

tur, quam vitiaretur oratio. Scribit David, Ps. C V I. *de navibus, in mari periclitantibus:* ascendunt usque ad cœlos & descendunt usque ad abyssos. *Hæc quidem Hyperbolica locutio est: tamen, nisi reverà naves à fluctibus interdum valdè altè sustollerentur, & deprimerentur, non figuram, sed mendacium contineret.* Consentiunt cum his Bellarmini verbà *Amesii* suprà citati, quæ sic habent: *Nôrunt Remonstrantes, Hyperbolen esse tantum excessum tropicæ locutionis, qui orationem non falsam, sed vehementem tantum reddit: & istiusmodi formas loquendi in S. literis non infrequentes esse; ita ut sine blasphemiâ non possit falsum aut mendacium ex Hyperbole inferri.*

XI. Etsi verò *Seneca* Hyperbolen vocet *figuram, ad verum mendacio venientem*; & *Quintilianus ementientem superjectionem* indigitet; minimè tamen propriè dictum haberi potest mendacium. Ea enim de caussa non proprius habetur, ut in aliis tropis, ita quoque in Hyperbole sermo, sed figuratus, quod propriè acceptus cum reipsa haudquaquam conveniat. Quæ itaque locutio sub literâ falsum diceret, non fallit, nec mendacii nomine venire potest, si figu-

rata sit, & à proprietate prorsus deflectat. Quod ipsum quidem egregiè evicit *Augustinus T. 4. lib. contra mendacium ad Consentium cap. 10.* Rectè enim censet, hac lege & ratione metaphoram quoq; , &, quod amplius est, parabolicam locutionem, ipsi Servatori usurpatam, dicendam esse mendacium. Quod absit omninò, uti exclamat S. Pater. Cùm enim dicimus, fluctuare segetes, gemmare vites, floridam juventutem, niveam canitiem; procul dubio fluctus, gemmæ, flores, nix, quia in his rebus non inveniuntur, in quas hæc verba aliunde transtulimus, mendacia putabuntur. Quinimo Antiphrasis & Ironia mendacii nomine haudquaquam veniunt, quanto minus Hyperbole. Ibi enim contrarium dicitur, hîc vel minus vel etiam plus, quam fert res ipsa. Quinimò, uti jocus non constituit mendacium, ità nec figura vel tropus: nam quod in tropo est improprietas, id in joco præstat animi jocatis exterior affectus, vel animi saltē aliquod indiciū. Audiamus iterum *Augustinum, loco cit. c. 2. joci nunquam sunt putandi mendacia: habent enim evidentissimam ex pronunciatione atq; ipso jocantis affectu significationē animi nequaquam fallentis,*

ris, etsi non vera enunciantis & proponentis.

XII. Utut verò detur in sacris Hyperbole, ea tamen nec ubique locum habet, ubi difficultas aliqua subest, adeoq; nec omnibus indistinctè dictis accommodari debet. Optimè *Augustinus* in genere de figuratis locutionibus *l.3. de Doctr Chr.* c.16. ait: *si praeceptiva locutio est, aut facinus vetans, aut utilitatem aut beneficentiam jubens, non est figurata: si autem flagitium aut facinus videtur jubere, aut utilitatem aut beneficentiam vetare, est figurata.* Non igitur ad figuras confugiendum, *Augustino* judice, nisi id imperet necessitas: minimè omnium autem, si ne probabile quidem sit, sermonem esse figuratum. Necessitas verò illa æstimatur partim ex subjecta materiâ, partim ex aliorum locorum collatione: partim ex argumentatione, quæ in sacris instituitur. Improbabile etiam est, sermonem fore figuratum, ubi communis vocum usus & circumstantiæ aliud clamant. Perinde enim id esset, ac si viam anfractuosam salebrisque refertam sequi velimus, aut verò per tectum ingredi moliamur, cum nullo negocio per januam introire liceat. Quin etiam Hyperbolicis locutionibus tum ferè

locus concedendus eſt, ſi de Prophetia agatur, quæ obſcurè plerumque proponi ſolet, vel de laude, qua res ornatur, & in cœlos, quod ajunt, effertur, aut vero de exhortationibus, quibus ſuprà modum & legem res amplificari propemodùm debet, &c.

LIB. II. CAP. V.

De Textus ſacri tùm Veteris, tum Novi Teſtamenti diſtinctionè genuina.

I. Accentus Hebræis טַעַם dicitur & mirè variat. Ego hîc de eò ſolummodo dicam, qui diſtinctioni ſententiarum inſervit, præſertim majori, & rationi interpungendi, in N. T. uſitatæ, reſpondet, ſepoſitâ in præſens controverſia de genuinâ illius antiquitate, quà quidem externum ſpectat apicem. Utut enim ad Moſen rem iſtam haud referas, perpetuo tamen Chriſtianorum uſu, vel, ſi id quoque addere licet, recutitorum induſtriâ hîc tantisper nitimur, dum rationibus ſolidis ratio accentuandi è medio fuerit ſublata. Quanquam nec hoc reticere debemus, utut magnus ſit accentuum uſus, dici tamen diſtinctivos non inde, quòd paſſim & ſine exceptione diſtinctioni inſerviant, præſertim in libris metro conſtan-

constantibus, sed quo rectius distingui queant ab aliis accentibus vel notulis, quæ huic negocio nihil admodum, vel etiam rarò & parùm conducunt.

II. Nemo quidem certè inficias ibit, æque crimini dari interpreti, si textum mutilet, ac si accentuum rationem habeat nullam. Hinc, uti versio *Vulgata*, *Gen.* IX, *6.* textum authenticum reddit mutilum, ita versio tum *Ariæ*, tum *Pagnini* accentum valere jussit. Sic enim *Vulgata*: *qui effuderit sanguinem humanum, fundetur sanguis illius*; ubi nulla habita fuit ratio causæ instrumentalis, nempe Magistratus, qui Dei loco de maleficis vindictam reposcere debeat. Malè vero distinguunt dicti interpretes, textum transferentes: *Qui effundit sanguinem hominis per hominem vel in homine.* Accentus enim, *Sakephkaton* dictus, impositus est dictioni בָּאָדָם, & notat, absolutum esse propositionis subjectum; ut de Photinianorum perversione, cui ea inservit depravatio, nunc nihil subjungam.

III. Nec verò vernacula nostra pari fide accentus tractat; sed, ut *Luthero* etiam tum spirante, vocales, ità quoque accentus Rabbinorum habebantur additamenta, in-

ta, interdum prorsus rejicula. Atque inde extra omne dubium verba, *Deut.* XXIX, *29.* in unam conflata sunt propositionem: Das Geheimnus deß HErrn unsers Gottes / ist offenbaret uns und unsern Kindern / &c. ubi sanè in voce אֱלֹהֵינוּ nulla accentus fuit habita ratio, cùm tamen id poscat præfixum ה Emphaticum in dictionibus הַנִּסְתָּרֹת & הַנִּגְלֹת, item ל præfixum nomini proprio יְהוָה, item vav dictioni הַנִּגְלֹת præmissum, nec non vocalis Kametz in vocabulo הַנִּסְתָּרֹת. Misso itaque accentu Athnach dicendum fuisset in textu authentico: נִסְתָּרֹת יְהוָה אֱלֹהֵינוּ נִגְלוֹ לָנוּ וּלְבָנֵינוּ: At verò longè aliter habet textus authenticus, cujus mentem egregiè *Augustinus l.8. de Genes. ad lit. c.5.* sic expressit: *quæ Deus occulta voluit, non sunt scrutanda; quæ autem manifesta fecit, non sunt neganda, ne in illis illicitè curiosi, in istis damnabiliter inveniamur ingrati.* Consentit Glass. Ph.S. p. 636.

IV. Porrò cum Vulgatæ Versioni, tum Luthero æque infensus, *Lud. à Dieu* translationem dicti, quod *Eccles.* IX, *1.* occurrit, ex eodem accentuũ fundamẽto impugnat. Vulgatus transtulit: *sunt justi & sapientes, & opera eorum in manu Dei; & tamen nescit homo,*

homo, an amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta. Lutherus autem: Es sind Gerechte und Weise / und ihre underthanen in Gottes Hand / doch kennet kein Mensch weder die Lieb noch den Haß irgend eines / den er für sich hat. *Lud. verò de Dieu* hâc maximè ratione fontes transferendos esse arbitratur: *Iusti & sapientes, & opera eorum in manu Dei sunt, etiam amor & odium. Non norunt homines quicquam eorum, quæ ante ipsos sunt.* Sic itaque in sola distinctione erratum judicat, quâ observatâ locus, quammaximè controversus, evadere posset planissimus. Hanc ego sententiam Auctoris prorsus non improbo, nisi forte eousque illam extendat, ut, more Calvinianis recepto, ex absoluto Dei decreto & jure dependere judicet, amore hominem prosequi velit, an odio: cum tamen textus externum respiciat eventum, & accidentia justis & injustis, sapientibus & stolidis communia, ut idem *Autor c.* III, *19.* ad ipsa bruta hæc talia extendit.

V. De sententia loci hujus, cum *Lutheri* facta sit mentio, obiter eundem audiamus sic scribentem: *illud quod homo nescit, an amore dignus sit, intelligitur de futuro eventu:* *T. 1. Ien. Lat p. 108.*

 qui

qui nunc credit, nescit an in fide sit perseveraturus. *Unde ibidem statim additur*: nescit homo, an amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta. *Præmisit enim*: sunt justi & opera eorum in manu Dei. *Quod si remissionem culpæ faciunt incertam, multo magis & pœnæ; cum, culpâ manente, pœnam quoq; manere necesse sit.* Item
In c.4. Galat. *T.4.L.p.124.* ait: *Papa impiè nugatur cum suis furiis, neminem scire, ne justos quidem & sapientes, utrum digni sint amore. Imò, si justi & sapientes sunt, certò sciunt, se diligi à Deo, vel justi & sapientes non sunt. Porrò hoc dictum Salomonis prorsus nihil loquitur de odio vel favore Dei erga homines, sed politica est sententia, taxans ingratitudinem hominum. Tanta enim est perversitas & ingratitudo mundi, ut benemeritis de se sæpè referat malam gratiam, & quandoq; etiam indignissime eos tractet: contra improbos evehit & honore afficit.* Confer eundem *T.3.Comm.h.l.*

VI. Nec alia desunt exempla, quibus hinc inde textui aliquid lucis accedere possit. Sic malè audit Interpres *Vulgatus*, qui *2.Sam.XXIII,1.* vocem עַל, cui accentus Sakeph Katon impositus est, transtulit prorsus, ac si foret syncategorema, & עָל, insuper. habito

habito accentu, legeretur cum Pathach loco Kametz, cum tamen Categorema ſit, & præcedentia ſpectet, minimè autem ea, quæ ſequuntur. Nec deſunt ex Noſtris, qui *Eſa.* IX, *6.* dictiões אֵל גִּבּוֹר rectius conjungi, quàm dividi putent, ut אֵל reddatur ſubſtantivè, גִּבּוֹר verò adjectivè, *Deus fortis*, eâ maximè de cauſa, quòd אֵל accentum Munach ſubſtratum habeat, monentem, eam pendere ab accentu Sakeph Katon, voci גִּבּוֹר impoſito, & cum illo demum ſenſum abſolvere. Adde *Gerh. T. 6. L. C. de Magiſtr. Polit. §. 242.* ubi verba, *Lev.* XXV, *35.* ex accentu Sakeph Katon aliter quoque explicanda cenſet, quam ea accipit Luth. noſter.

VII. Cautio tamen eſt, ne indiſtinctè quoscunque urgeamus accentus, aut etiam paſſim, reclamante textu, aut librorum natura, vel uſu Scripturæ. Ità, cum *Gen.* XLIX, *10.* legimus: *non recedet ſceptrum de Juda, nec legislator de pedibus ejus*, עַד כִּי, id Judæi transferunt, quaſi poſitum ſit pro לָעַד, i.e. *in æternum*, כִּי־יָבֹא שִׁילֹה, *cum venerit Schilo*. Verùm falluntur Judæi. Nam 1. præcedit in dictione רַגְלָיו major diſtinctio, nempe Athnach accentus, qui haudquaquam admittit, ut Jethib hîc diſtinguat. Deinde,

teste *Abraham de Balmis*, Judæo, יְתִיב אֵין לוֹ מְשָׁרֵת לְפָנָיו רַק הוּא מְשָׁרֵת, i.e. tantum abest, ut putativus & ignobilis accentus hic regios ministros habeat, ut ipse potius aliorum sit minister. 3. Ut verò de usu particulæ עד rectius nobis constet, & quomodo sensum indagare possimus, scire licet, particulā עד interdum seorsim adhiberi, interdū conjungi sive præfixis quibusdam, sive integris dictionibus. Seorsim ponitur, *Iosf. II, 16. abscondemini ibi*, שְׁלֹשֶׁת יָמִים עַד, *tribus diebus, donec redeant insequentes*. Hic certè, cum jam præcessisset accentus Rebhia nulla habetur distinctionis ratio in accentu Jethib. Interdum verò conjungitur cum aliis, & variis notatur accentibus sine ulla distinctione, videlicet Jethib, Munach, Mahpach, Merca, Tefir. v.g. coalescit particula עַד cum seq. præfixo ש, ut *Cant.* II, *17.* עַד שֶׁיָּפוּחַ הַיּוֹם, *donec aspiret dies*, ubi Mahpach occurrit. *Cant.* III, *4.* עַד שֶׁמָּצָאתִי, *donec inveni*, cum accentu Munach. & v. 5. עַד שֶׁתֶּחְפָּץ, *donec concupiscas*, cum Merca. *Iud.* V, *7.* חָדְלוּ עַד שַׁקַּמְתִּי, *cessarūt, donec surrexi*, cum Mahpach. Jungitur etiam cum dictione אֲשֶׁר, *Exod.* XXIII, *20.* *paulatim ejiciam eum à facie bus tuis*, עַד אֲשֶׁר תִּפְרֶה, *donec fructifices. Ruth. I, 13. numquid* eos

eos expectabitis, עַד אֲשֶׁר יִגְדָּלוּ, *donec grandescant. Jon.* IV, *5. sedit Jonas sub tabernaculo in umbra*, עַד אֲשֶׁר יִרְאֶה, *donec videret, quid esset futurum*. Hîc semper Jethib est nil distinguens, eò quod vis distinguendi præcedente commate erat sublata. Denique extra particulam כִּי, jungitur etiam cum אִם, ut *Gen.* XXIV, *19. Camelis tuis hauriam*, עַד אִם כִּלּוּ לִשְׁתֹּת, *donec compleverunt bibere.* Addatur *v.33. ejusdem capitis*. Confer *Ruth.* II, *25. Esa.* XXX, *17.* Inpræsens autem, cùm sermo sit de particula עַד, τῷ כִּי junctâ, notentur hæc quoque duo exempla, *Genes.* XXVI, *13. crevit vir & ivit eundo*, עַד כִּי־גָדַל מְאֹד, *donec crevit valdè. Gen.* XLI, *49. congregavit Ioseph frumentum, tanquam arenam maris, multum valdè*, עַד כִּי־חָדַל לִסְפֹּר, *donec cessavit numerare.* Denique, cùm patescat ex adductis exemplis, commutari principes cum ministris, & indifferentur עַד usurpari in Scriptura, quid dubii superat de accentu Jethib? nimirum ille proximè post majorem distinctionem nil distinguit, ea quidem ratione, ut periodi comma vel colon ulterius extendat, maximè cum exemplum, quod Judæis faveat, nullum adduci possit, omnia autem hîc proposita clament contrarium.

VIII.

VIII. Movetur quoq; dubium de loco Prophetæ *Habac. c. II, 4.* צַדִּיק בֶּאֱמוּנָתוֹ יִחְיֶה *justus fide sua vivet*. Dictio enim בֶּאֱמוּנָתוֹ referri potest vel ad subjectum, nec est nisi materialis determinatio; vel ad prædicatum & sumitur formaliter, i. e. innuit rationem, cur prædicatum dicatur de subjecto. Priorem sensum innuit *Joh. Arnoldus Corvinus, Remonstrans, c. 33. contra Anat. Molin. §. 35.* prorsus autem sequitur *Fr. Junius in Parallelis l. 2. parall. 1.* cujus verba adscribam: *Mutatio forte, qua utimur in modo interpretationis, traductura est nonnullos in admirationem: quia altera in vulgus recepta est interpretatio, in hunc modum,* justus vivet ex fide, i. e. *in fide & per fidem vitam obtinebit; sed, etsi hoc verum est, justum, dum hic vivit, ex fide vivere: duo tamen sunt, quæ me pertrahunt in alteram interpretationem. Unum est ipsa argumenti ratio, quæ certè facilior longè atq; illustrior est, si hoc modo, quam illo, acceperis. Alterum est, Hebræi contextus distinctio, quam ego quidem parvi facere non possum. Eam autem si sequimur, omninò ita legendum est: ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως, ζήσεται; non autem, ut vulgò legitur: ὁ δίκαιος, ἐκ πίστεως ζήσεται.*

IX. Ve-

IX. Verùm, etsi quibusdam utraque probetur interpunctio, mihi tamen longè videtur aliter, partim ex ipso Prophetâ, partim ex allegatione N. T. Opponit inter se Propheta eos, qui expectare nolunt promissum Dei, sed mendacii insimulant, atque alios, qui patienter expectant, donec, quod pollicitus est Dominus, reapse præstet: atque illorum prædicitur interitus, horum verò vita æternùm duratura. Sicut itaque moræ impatientes ob diffidentiam pereunt: ità ex adverso patienter expectantes non pereunt, sed vivunt באֱמוּנָתוֹ, ob ipsam illam fidem, patientiæ indivulsè connexam, vel, ut Autor *Epistolæ ad Hebr.* VI, 12. loquitur, διὰ πίστεως καὶ μακροθυμίας: adeoque ex natura oppositionis innuitur causa vitæ, uti ex altera parte diffidentia, impatientiæ conjuncta, ratio est interitus, & per consequens pertinet τὸ *ex fide*, ut aliæ limitationes, ad prædicatum, haudquaquàm verò ad subjectum. Deinde *S. Paulus* eadem verba sensu hoc accipit, *Gal.* III, 11. ut patet ex argumento, quo utitur. Sic enim inquit: ***quod per legem nemo justificatur apud Deum, manifestum est, quia justus ex fide vivet. At lex non est ex fide.*** Argumentum est tale: qui

vivit

vivit ex fide, non justificatur per legem apud Deum. Justus vivit ex fide. Ergò non justificatur ex lege apud Deum. Hîc manifestissimum est, in minore τὸ, ἐκ πίστεως, pertinere ad prædicatum. Accedit, quod ibidē Apostolus inter se opponit *justificari in lege* (i. per legem) & *vivere per fidem*: prius illustrat loco, *Levit.* XVIII, 5. ubi dictum est de legibus, יַעֲשֶׂה אֹתָם אָדָם וָחַי בָּהֶם, i.e. *faciet ea & vivet in iis homo.* Hinc *Piscator Herbornensis*, cæterà Junio addictus, *in Schol. ad Rom. I, 17.* eum deseruit. Sanè friget aliàs sententia, si ad subjectum potius referre velis, quam ad prædicatum. Conferatur etiam locus, *Hebr.* X, *penult.*

X. Neque hæc expositio Paulo adversatur, sed ejus potius instituto inservit. Quia enim justus non tantum per fidem justus est, sed etiam vivit, haudquaquam verò per legem: ideò Paulus, *Rom.* I. hoc Prophetæ dictum adhibuit: ceu passim in eâdem se explicat Epistola, dum fidem oppositè ad legis opera in justificationis negotio solam inculcat, negans, lege salvari quempiam, sive ille Judæus sit, sive à Judaismo alienus. Accentum autem quod spectat, *primò* exemplaria non consentiunt, id quod exhi-

bet

bet Codicum inter se facta collatio. Alii quippe sub vocabulo צַרִּיק Merca simplex agnoscunt: alii autem Tiphcha. *Iunius* id non observavit, adeoque tàm rigidè accentus urget. *Secundò*, ordinariè tamen sophpasuk cum Silluk proximè ante se habet ministrum Merca, & gaudet vicino principe Tiphcha: potior itaque veroque similior esset accentuatio hæc, quam illa Junii. *Tertio*, quod si maximè Junii accentuatio servetur, tamen cum accentus Tiphcha regius non sit, tanta ejus vis non est, ut conjuncta divellat. Sic in eodem Prophetâ *Habacuk* I, *4.* legimus: יֵצֵא מִשְׁפָּט מְעֻקָּל, i.e *egredietur judicium perversum*; ubi malè voces divellerentur. *Item cap.* III, *7.* יִרְגְּזוּן יְרִיעוֹת אֶרֶץ מִדְיָן, i. e. *moverunt se cortinæ terræ Midian.* Hîc status constructus non admittit, ut divellantur voces. Addatur *v. 11.* Aliàs etiam limitatio nunc finem propositionis occupat in hoc Propheta, ut *v. 14.* nunc medium. Quin etiam, si maximè limitatio talis accentu distinctivo nonnihil esset sejuncta, eò tamen vi textus spectaret, ut *Dan.* IX, *17.* הָאֵר פָּנֶיךָ עַל מִקְדָּשְׁךָ הַשָּׁמֵם לְמַעַן אֲדֹנָי׃, *Domine, illustra faciem tuam super sanctuarium tuum desolatum, propter Dominum.* Accedit huc

huc quoque consensus *R.D.Kimchi*, qui sic exponit: יִחְיֶה בֶּאֱמוּנָתוֹ בְּאֵל יִתְבָּרַךְ, *vivet per fidem in Deum benedictum*.

XI. Porrò, quia modò *Danielis* facta est mentio, commodè in mentem venit alterius cujusdam loci, ex Propheta illo, *cap.* XII, 2. ubi dum alii sudant, quomodo vocẽ רַבִּים accipiant, *Polanus* invenisse creditur, qua ratione vox illa ab usitata & pervulgata acceptione nihil deflectat: Observavit quippe accentum Sakephgadol, illi dictioni impositum, qui moneat, distributivè textum accipiendum esse, quasi hac ratione idem vocabulum fuisset repetitum: *dormientes in terrà pulverulenta expergiscentur*, ut resurgentium duo sint ordines futuri, *multi hinc ad vitam æternam*, & *multi inde ad opprobrium æternum*. Verùm hanc esse accentus illius vim, necdum *Polanus* evicit, & alia hujus Prophetæ exempla contrarium loquuntur. Vide *c.* II, 2. *&* 12. *C.* VIII, 16, 27. *C.* IX, 11, 22. *C.* XI, 18. & hoc

V.Disp. 1. de Loc. sacr. §. 48.

ipsum C. XII, 8. Inprimis autem observetur *locus cap.* IX, 18. ubi post vocem הָעִיר sequitur pronomen אֲשֶׁר, cujus vicem subit *Dan.* XII, 2. præfixum מ, monens, hæc non esse divellenda.

XII. De-

XII. Deniq; nec distinctivi, qui vocantur, accentus semper & ubivis distinguũt. De Athnach quidem è *Psal.* CX, 3. dictioni מִשְׁחָר substrato, videri possunt, quae disputat *D. Iacobus Martini l. 1. de Trib. Eloh. c. 32.* Nec in metricis solùm libris id obtinet; sed alibi etiam locorum, v. gr. *2. Sam.* XXI, 1. וַיֻּגַּד לְדָוִד אֵת אֲשֶׁר עָשְׂתָה רִצְפָּה i.e. *nunciatum est Davidi, quia fecerat Rizpa.* De Silluk autem & Sophpasuk res adeò clara est, ut exemplis compluribus, quin etiam N. T. calculo probari possit. Videantur loca, *Ruth. I, 12, 13. Levit. XI, 21, 22. Num. XXXII, 11. 12. Deut. I, 35, 36. 1. Reg. XI, 1. & 2.* Conferatur quoq; *Ps. XCV, 8. cum Hebr. III, 8.* ubi fateri coguntur *Pontificii*, Sophpasuk nihil obstare, nisi æquè Vulgato & Spiritui S. valedicere velint. Quid itaq; causæ est, cur *Gen.* XIV, 18. accentum illum tantoperè pro Missâ urgent, cui tamen eo loco oblationis actus, materia, occasio, aliaq; repugnant. Imò ipse *Hieronymus* sublata particula ENIM *T. 3. in traditionibus Hebr. ad Genesin*, וְהוּא transfert: *& ipse sacerdos DEI excelsi, & benedixit ei.* Ubi & hoc notari potest, colon etiam sublatum esse. Itẽ *T. eod. p. 14. epistolâ ad Evagrium* sic vertit;

erat AUTEM Sacerdos DEI excelsi, benedixitq́; ei, & ait; benedictus Abraham DEO excelso &c. Sic enim quoq; וְהוּא accipiendum esse, monet locus, *Jud.* IV, *21.*

XIII. Poterit etiam hoc observari, duplex Vav Hebræis ea ratione conjungi, ut prius per Latinorum *cum*, particulâ copulandi additâ, commodissimè explicetur: eò, quòd Hebræi tàm concinnè periodum, uti Græci & Latini, constringere nesciant. Quanquam, si verum fateri velimus, eôdem recidit, ac si particula adversativa utaris. v. g. *Geneseos* XVI, *2. & 3.* וַיִּשְׁמַע אַבְרָם לְקוֹל שָׂרָי: וַתִּקַּח אֶת־הָגָר, quem locum *Vulgata* transtulit: *Cumq́; ille acquiesceret deprecanti, tulit Hagar ancillam &c.* Ubi sanè accentus Soph-pasuk nil prorsus obstat. Adde aliud æq́; insigne exemplum, *1. Reg.* VIII, *ubi versus 46, 47, 48, 49, 50.* posito eodem accentu, arctissimè tamen cohærent, atq́; ex hac observatione explicandi veniunt. Confer etiam, *Gen.* III, *7. & ex N. T. alium, Marc.* II, *18.*

XIV. Porrò in N. quoq́; T. pro lubitu nonnunquam interpunctio suscipitur. In vulgus jam ferè nota est depravatio illa verborum Salvatoris, *Luc.* XXIII, *43. Dico tibi hodie, mecum eris in Paradiso.* Quamcum

cum olim nescio quis Monachus, fortè ex horis gnaviter celebratis somnolét, adhuc, proposuisset, illicò *Smalcius contra Franziũ* lætabundus amplexus est, eamq; Hebraïsmo ineptissimè juvare studuit, quasi *τ' ὁσιότης* certitudinem in locutionibus hisce innuat. Idem *lib. cit. p. 419.* verba Apostoli, *Rom.* II, *14.* sic distinguit: *gentes, quæ legem non habent naturà, i. e. quæ cum lege nata non sunt, ea, quæ legis sunt, faciunt.* Ratio ejus est, quod insolens planè locutio sit, *gentes naturâ facere, quæ legis sunt.* Nimirùm plus accurationis & acuminis est in phrasi, *naturâ legem non habere*, i. e. cum lege natum non esse? Quin imò, sicut φύσει quidam à lege deficiunt, h. e. nemine præeunte aut nullius imitatione: ità quidam φύσει rectè agere possunt, aut abstinere à perversis, respiciendo graviora delicta & contra conscientiam admissa. Dictat enim illud naturæ lex, partim ipsa principia complexa, partim ea, quæ immediatè hinc fluunt: atq; is naturà, quæ legis sunt, facere dicitur, qui dictamen rectæ rationis sive affirmativum sive negativum amplectitur: & ipso opere exprimit, vel à non patrandis abstinet. Opponuntur enim in textu Apo-

stoli Judæi, quibus Decalogus promulgatus erat, adeóque instar legis positivæ, iis, quibus citra ullam promulgationem naturà notus erat: quod itaq; boni peragebant, id ductu naturæ & natura factum oportuit: non lege aliqua posita aut promulgata.

XV. Sic *Rom.* III,25. cum, *Christus factus* dicitur *propitiatio* διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι, id non solum in Germanica Photinianorum versione, sed à *Smalcio quoque contra Franzium* sic pervertitur, ut fides à Christi sanguine sejungatur. Idem consueverunt in dictis, *Eph.* II, *16. & V, 2.* prorsus, uti usus versione Latinâ *Thomas l. 4. c ntra Gent. c. 91.* collegit, statim post mortem pœnas animam consequi, quia *Luc.* XVI, *22. dives in inferno* dicatur *sepultus*: & 2. *Corinth.* IV, 4. Diabolus *Irenæo* atq; aliis *seculi hujus DEUS* non dicitur: nec *Petrus*, *Hilario judice*, *Satanas*, *Matth.* XVI, 23. ut alia plura nunc silentiô involvam, ubi parenthesis ponitur, *Rom.* VII, 23. *Joh.* XII, 37. & 42. vel punctum, *ut Rom.* IX, 5. 1. *Cor.* VII, 12. *Joh.* I, 2. 1. *Tim.* III, 15. aut denique planè invertitur propositio, uti *Act.* XIII, 48. 1. *Cor.* X, 4.

XVI. Profectò, si ita ludere fas esset in

in revelatione divina, nil comperti sup epteret. Placet itaq; caput hoc concludere verbis *B. Lutheri*, quæ leguntur *T. 3. Jenensi Germ. p. 66. col. 1. circa fin. Si dixerit Carlstadius, incumbere mihi, ut probem, hæc invicem connecti hoc ipso prorsus & non alio modo, cum ille probare nesciat, hæc sejungenda esse, respondeo, me illa hac de causa conjungere, quia textum in codice conjunctum offendi; & si maximè quis eum effari, perlegere aut auribus usurpare soleat, nihilo tamen minus hæc eo planè modo cohærent, quem naturalis postulat loquendi ratio. Fugit me etiam ratio, quam subministrare deberem, si à textu velim recedere. Itaq;, dum hæc conjuncta reperio, rationem ab alio potius expecto, qui illa sejungere cupiat. hoc mihi maximæ instar confirmationis fuerit.* Hæc Lutherus.

LIB. II. CAP. VI.

De Masoræ tum auctoritate, tum usu in Controversiis.

§. I. Quid sit מָסֹרֶת aut מָסֹרָה, ostensum est pridem à Buxtorfio in Tyberiade; ejusque Notas summoperè commendant Eruditi, quos inter tamen centesimus quisque vix eâ capitur, tantum abest, ut observatio-

nibus ejusmodi aliquid operæ aut temporis impendat. Causam, quanquam non rogatus Illustris *Scaliger* hanc dedit in Epistola *ad Buxtorff. quòd* Juventus nullius exemplô ad ejus scrutinium invitetur: addo ego, si licet, hanc quoque causam, quòd usus, quô pleraque omnia metimur, eruditos etiam lateat. Dicendum itaque est principiò quidem de auctoritate Masoræ, tùm deinde de usu ejusdem, quem in Theologiâ præstat longè maximum. Est omninò, quamobrem Masoretis pro concatenato, &, si ita loqui fas est, improbo labore agamus gratias. Fecére illi סְיָג לְתוֹרָה sepem legi, atque ità fecére, ut quod animo volvebant, prorsus consecuti sint, etsi, ceu fieri amat, pro benefactis haud raró pessimè audiant.

II. *Del-rio* versiones quascunque novas periculosas judicabat, lectionem quippe & dispunctionem Masoretarum, adeoq; Synagogæ magisterium secutas, nec Hebraicam veritatem, sed Judaicam perfidiam redolentes. Cum eodem facit *Gilb. Genebrardus*, cujus verba in præfatione Comment. in Psalmos hæc sunt: *non distinguunt inter Hebræos sive Hebraicam veritatem & Masoretas. Hebræi sunt sancti, sunt Theologi,*

Theologi, sine punctis & motionibus scripserunt, sua puris & simplicibus literis expresserunt. Masoretæ *sunt eorum profani Interpretes, puri Grammatici, distinctionibus, accentibus, motionibus, punctis illos partim illustrarunt, partim obscurarunt, ut solent interdum interpretes, suis imaginationibus & sensis addictiores vel gloria cupidiores, ut aliquid non dictum dicere, & veterum, etiamsi illi* (LXX. Interpretes intelligit) *Spiritus S. illuminatione claruerunt, suggillatione sibi famam comparare videantur. Masoret enim nihil aliud est, quam traditio Grammatica de punctis, accentibus, syllabis, vocabulis & similibus minutiis: ac in eo differt à Cabbala, quòd hæc quidem traditio sit, verùm Theologica, de q; rerum & verborum secretiore enunciatione.*

III. *Marcus Marinus Marsennus*, Parisiensis Theologus, eodem respexit, notante *Sixtino Amama in Antib. p.344.* dum concludit, & exemplis evincere studet, Masoretis non usquequaque credendum esse, nec S. Literas juxta puncta eorum emendandas; si quidem sensum earum depravârint, ubi Christianæ religionis mysterium inclusum latebat, vel quo se argui posse credebant. Loca autem quæ depra-

vata arbitratur, tria adducit, *Iud.* XIX, *3. Proverb.* XXXI, *6. Ierem.* II, 24. quibus Cl. *Sixtinus* loco cit. satisfecit. *Genebrardus* pridem alia produxerat exempla è *Psal.* II, *6.* ubi אֶל substitutum sit pro אַל. *In Com. ad Psal.* IV, *8.* addit locum, *Nehem.* II, *13.* ubi Masoretas in duas dictiones partiri, quod in unicam coaluerat, dictitat: *consideravi muros Ierusalem*, אֲשֶׁר־הֵם פְּרוּצִים, *qui erant rupti.* Abenesra hîc legendum הַמְּפֹרָצִים existimat. *Psal.* XXIV, *4.* ubi נַפְשִׁי pro נַפְשׁוֹ substituatur. *Psal.* XXVI, *7.* ubi לַשְׁמִעַ occurrat pro לְשַׁמִּעַ. *Ps.* XXVII, 8. ubi בַקְּשׁוּ pro בַּקְּשׁוּ hodièque legatur. Idem *ad Ps.* LXXIIX, *47.* notat, ח *Hebræorum crucis gessisse effigiem in aliis non minus linguis, quàm in Hebraica: hodiè autem figuram immutatam esse Masoretarum improbitate, ut mysterium crucis obrueretur.*

IV. Nec desunt è *Reformatis*, qui Masoram subinde vellicare præsumant, sive id fiat de industria, sive quòd argumentorum vim aliter declinare nesciant. *Scaliger* sanè, cum dictiones כֵּס יָהּ, *Exod.* XVII, *16.* in unam dictionem כֵּסְיָה contraxisset, suo scilicet arbitratu, & verò Masoram sibi obstare vidisset, *lib. 5. de Emend. Temp. p. 204.* sic ait: *Critici Iudæorum, quos Masoretas vocant,*

leguntper zere & duabus vocibus כֵּס יָה, *interpretanturq́ thronnm Dei, nullâ ſententia.* *Franc.quoq́ Gomarus diſp.ſelectarum de verâ Relig.6.* temerarias inveniri in S. Codice Maſoretarum corruptelas inde adſtruit, quia ſuâ uſi licentiâ voci יהוה nominis ארני puncta ſubjicerint. Ut alios jam operoſè non adducam, qui incuriam, incogitantiam, & neſcio quam ἀβλεψίαν iisdem impingunt, ceu facit *Lud.Capellus, Autor Tr.de Antiquit.Punct.ab Erpenio editi, l.1.c 17 §.13.* aut verò punctationem in pauculis illis, quæ Chaldaicè in Codice authentico occurrunt; reprehendere amant: id quod non raro audet *Lud. à Dieu in Gram. lingu. Orient.*Denique, cum in Maſoræ opere paſſim fiat mentio תִּקּוּן סוֹפְרִין, & verò talis emendatio nec Pontificiis, nedum aliis probetur, videri poſſint hac quoque in re Textum à corruptione minimè præſtitiſſe immunem.

V. Sanè quidem *Reformati* illi plus damni dant, quam ipſi *Pontificii* adducti, qui eo ferè nomine Maſoram rejiciunt, ne *Vulgatus* vapulet: quia tamen viri ſunt graves & de literis optimè meriti, videre licet, quouſque Maſoretarum ſe extendat

auctoritas. Neque enim tam perfrictæ frontis quisquam fuerit, qui prorsus ejus sententiam repellere animum inducat, si maximè Romano-Catholicus salutetur. Profectò enim, ubi urgentur Pontificii, Masoretarum auctoritatem haud defugiunt. Hinc *Bellarminus*, negans contra *Iacobum*, Episcopum Const. & *Melchiorem Canum*, V. T. fontes à Judæis odiô Christianæ fidei depravatos, ad Masoram provocat, *l. 2. de V. D. c. 2. In Masoret* (inquit) *quam post Hieronymi tempora scripserunt, monent Rabbini, Psal.* XXIII, *17. scribi debere* כָּאֲרוּ, non כָּאֲרִי, *ex quo evidenter colligitur, errore scribarum nunc legi* כָּאֲרִי. Adde *Genebrad. in h. l. & Philipp. Guadagnolũ, S. Theol. & Ling. Arab. Prof. Rom. Tr. 1. cap. 6. Apol. pro Rel. Christian. Adamus* quoque *Conzen l. V. Polit. c. 24.* ex iisdem notis Masoreticis confirmat, à Judæis annis mille & centum proximis nil malitiosè in S. Codice mutatum fuisse, eò, quòd operâ Masoretarum versus, voces, literæ denique omnes numeratæ sint, ut nulla in posterum demi possit, adducto ibidem *R. Saadiâ*, numeratisque singulis literis, quoties illæ in authenticis tabulis occurrant.

VI. Quinimò, si Vulgatam salvam velint

lint Pontificii, Masoram rejicere haud poterunt. Quod si enim vel solùm קְרִי & כְּתִיב, quod vocant, intueamur, optimè omnino Vulgatæ cum Masoretis in seqq. locis convenit, ubi scilicet non Græci textus, sed fontium autoritatem secuta est. v. g. notarunt, *Jos.* XV, *47.* pro הַיָּם הַגְּבוּל, legendum esse הַיָּם הַגָּדוֹל, *mare magnum*, consentiente Vulgatâ. *Sic, c.* III, *16.* pro בְּאָדָם illi substituunt מֵאָדָם, cum qua censura Vulgatus consentit interpres, qui totum contextum reddidit: *procul ab urbe, quæ vocatur Edom vel Adam*, ut habent alii Codd. Latini. Quin etiam, sicubi vox è textu Authentico fortè excidit & curâ Masoretarum suppleta est, ibi quoque Vulgata consentit, uti videre est, *2. Sam.* VIII, 3 ubi dictio פְּרָת: *2. Reg.* XIX, 31. ubi vox צְבָאוֹת suppleta, non minus ac *Jerem.* XXXI, 38. participium plurale בָּאִים. Eadem ratio est, si vel litera unica desit, uti *1. Sam.* XVII, 23. ubi vocabulum מִמַּעֲרוֹת transfert *de castris*, innuens, lectionem genuinam esse מִמַּעַרְכוֹת, prorsus uti emendatum est in Masora. Esto itaque etiam apud Pontificios aliqua saltem Masoræ auctoritas; postmodum enim promtum erit colligere, Masoretas eadem fide & industria occu-

occupatos fuisse in tradendis iis, quæ hodieque in textu extant, ac olim in ejusmodi textibus, è quibus integræ voces exciderant. Quinimò tantundem fidei Masoretis ad scribendum, quantum Hieronymo, à Judæis edocto & Vulgatæ Versionis juxta Pontificios auctori. Ex eodem enim fonte utrique talia hausére.

VII. Sic itaque liquet, in Variis lectionibus nil causæ esse, quamobrem Masoretas sequi detrectemus; quanquam propterea nec fides divina est, quam illis adhibemus, & quæ illorum suffragio solo, seposito textu, nitatur: nec ità sententiæ illorum adstringimur, ut credamus, eam demum lectionem esse verissimam, quam in margine exhibent. *Non*, inquam, *fides divina est*, etsi Judæis in *Talmud. Tr.* נְדָרִים, i. e. *de votis, c.4. in* בית ישראל, *p.19. col.4.* probetur, *varias illas lectiones esse* הֲלָכָה לְמֹשֶׁה מִסִּינַי, *traditionem Mosis de monte Sinai.* Quod ipsum tamen vix est, ut de omnibus, quas quidem codex V. T. suppeditat, intellectum velint, cum certum sit, Mosen defunctum, antequam quicquam extaret scriptorum sacrorum, præter Pentateuchum, minimam partem Variarum Lectionem complectentem.

VIII. In-

VIII. Invaſit tamen, quod ſilentio involvi non debet, Chriſtianorum quosdam eadẽ Judaica opinio, ut ſibi perſuaderent, juxta Moſis & Prophetarum mandata, ob myſterii cujusdam ſingularis rationem lectionem haberi aliam atque aliam. Quod ſi fortè myſteriorum ejusmodi exempla deſideras, duo iſthæc accipe. Unum eſt *Marci Marini Brixiani. Is Pſ.* XXII, *17.* pro כָּרוּ cenſet ſcriptum eſſe כארי, cum ו diminuto ſeu decurtato, ut clarè innuat clavorum Chriſti ſtigmata. Alterum eſt *Am. Polani. Hic enim, Pſ.* IX, *13.* ubi ſcriptum eſt: לא שָׁכַח צַעֲקַת עֲנִיִּים, arbitratur ea de causa קְרִי esse עֲנָוִים, & כְּתִיב עֲנִיִּים, ut doceatur, DEUM quidem non obliviſci clamoris pauperum ſeu afflictorum, at non quorumvis, ſed eorum, qui ſimul ſint manſueti, humiles, mites. Cum *Polano* ferè fecit quoque *Jacob. Capellus Comm. ad Hebr. p. 42.* qui non ſine ſingulari Numinis providentiâ lectionem diverſam locum habere judicat. *Kimchi ad h. l.* dicit, ſcriptum eſſe עֲנִיִּים pro עֲנָוִים: כִּי הָעֲנִיִּים עֲנָוִים בְּרוֹב *quia ut plurimum pauperes ſunt manſueti.*

IX. Verum enimverò myſtica hæc ex intentione SpiritusS. profecta eſſe, quis tandem

dem confirmabit? quis temerè asserentibus fidem adhibebit? sæpenumerò enim *Jod*, ex *Vav* diminutum, occurrit citra ullam clavorum connotationem aut ullius mysterii. Pontificii, Versioni Vulg. addicti, in *Ps.* XXII, *Vav* in *Jod* Scribarum errore mutatum asseverant: etiamne Scribarum error mysterium peperit? Ex accidēti itaq; talia ad mysteria detorquētur potius, quam primi authoris intentione eò collimant; id quod ex duob, hisce liquidò cōstat. 1. enim ex *eod. Psal. à Polano adducto, v. 19.* כְּתִיב habet עֲנָוִים, ac קְרִי habet עֲנִיִּים; num verò mentem esse credemus Spiritus Sancti, tum demum spem mansuetorum non perituram, si illi sint pauperes, afflicti, egeni? Num divites, & quibus abundè omnia suppetunt atque ex animi sententia succedunt, cæteris paribus tamē ab expectatione vel spe illâ excludemus? Deinde quoties quæsò inter se commutantur לא & לו, particulæ contradictoriè oppositæ? At impossibile est, in uno & eodem contextu Deum sententias nobis exhibere diversissimas, imò prorsus adversas. Demum, ut hoc quoque addam: ubi puncta prorsus desunt, ut *Jerem.* LI, 3. & vox redundat, quid ibi latere judicas mysterii?

X. Va-

X. Valeant itaque mystica illa, vel potius commenta, à Spiritus Sancti intentione alienissima, qualia quidem si suo arbitratu quisque proferre & asserere studeret, dilaberemur tandem ad figmenta, Talmudicis similia. His enim solenne est aliter atque aliter textum authenticum legere, dummodo quod ipsis placeat, hinc eliciant. Videatur ipse *Capellus suprà dictus p. 42. & Maimonides in More Nevochim p. 473* qui allegoriarum nomine varias ejusmodi Rabbinorum Lectiones accipiendas credit. Si quidem, quod eruditis probatur, observare velimus, videbitur Masora ab ipsis Prophetis, qui posteriores ætate videntur, profecta, adeoque dubium haberi posset, an cuique integrum sit, à notis ejusmodi marginalibus recedere: & omninò Prophetarum sententiam & placita amplecti tenemur, tanquam divina, dummodo constet, quæ illa sint, &, quòd reverà Prophetis accepta referri debeant. At enim Masora non paucas quasdam observationes comprehendit, sed longè plurimas, quasdam etiam seculis, longo intervallo à Prophetarum memoriâ seclusis, adornatas, nec proclive est, quantovis etiam adhibito acumine, infalli-

bilem

bilem in modum alias ab aliis ſecernere. Præſtabilius itaque judico, quæ extra contentionis aleam manifeſtam poſita ſunt, arripere. & ex Maſora differere, *non tanquam ex authentico principio*, ſed quod humanâ ſit conflatum & conſtet ſummâ induſtriâ. Etſi enim magna ſit humanæ mentis imbecillitas, nec quiſquam facilè ab errore im̃unem ſe præſtare queat, tanta tamen hîc reperitur moralis certitudo, quæ oppoſiti formidinem tollere poſſit, nata à conſenſu & induſtria complurium cum hominum, tùm ſeculorum.

XI. Nec fronte præditus fuerit, qui omnia, quæ moralem important certitudinem, amoliri ſtudeat: nulla foret teſtium, nulla communis conſenſus atque ſuffragii, nulla adeò terminandarum controverſiarum auctoritas, hanc quoque in Philologicis ſacris ſi quis elevare allaboret. Quamquam hac aſſertione non id poſtulo, ut τὸ קְרִי ubivis locorum τῷ כְּתִיב præferatur, ſed niſi palàm ſit, alterum præferendum, eo utaris, quod maximè ad Spiritus S. ſententiam, è ſcopo, antecedentibus & conſequentibus pendentem, accedat, & à locis parallelis propiùs abſit. Neque enim utraque

que lectio in textu poni poterat, uti duplices accentus ponuntur in Decalogo, *Exod.* XX. sed, quæ probabilior Masoretis videbatur lectio, eam per vocales in textu, & per literas in margine exhibêdam duxêre, nil libertati nostræ in margine in ambiguis ejusmodi præscribentes, si maximè aliam magis verisimilem, & quam Kethib suppeditat, amplecti velimus. Observatum id fuisse ab Interpretibus Christianis, negari nequit. Hinc B. *noster Lutherus*, ubi credebat, se rectius divini mentem scriptoris assequi posse, si Kethib servaret, unicè ei adhæsit, Keri autem valere jussit, v. g. *Jer.* II, *20. dixisti* לֹא אֶעֱבוֹר, *non transibo*, in margine habetur: at *Lutherus* textum secutus legit לא אֶעֱבוֹד, Ich will nicht so unterworffen seyn. *Eccles.* IX, *4.* Kethib habet יְבֻחַר, *eliget*, & Keri postulat יְחֻבַּר, *associabitur. Lutherus* juxta lectionem textus vertit: man wünschet. *Dan.* IX, *24.* textus habet לחתם quasi legendum sit לַחְתּוֹם *ad obsignandum*, uti quoque *Lutherus* reddidit: daß die Sünde zugesiegelt werde; at Masoretæ in margine notarunt, legendum esse לְהָתֵם, *ad finiendum vel consummandum. Jos.* VIII, *12.* כְּתִיב habet לָעִיר מִיָּם. *Luth.* gegen Abendwerts

der Statt / non autem, gegen Aij. *Adde 2. Reg.* XX, 4. *Dan.* III, 12. *Ps.* C, 3. &c.

XII. Hæc Masoræ est auctoritas, quam *Genebrardus* exemplis, §. 3. adductis, elevare satagit. Frustrà omninò & temerè. Quod enim clamat, *Ps.* II, 6. אֶל־ posse esse nomen DEI, adeoque perversè à Masoretis per sægol, loco Zeri, notatum esse, in eo valdè fallitur. Ut nunc hypothesin non excutiam, puncta sc: addita esse à Masoretis post tempora Hieronymi: etiam pueris Hebræorum notum est (ut mirum sit, Parisiensem Linguæ sanctæ Professorem hoc præteriisse) nomen constructum vel in regimine positum præcedere, non sequi alterum, cum quô construitur. Dicendum itaque fuisset, אֲסַפְּרָה חֹק אֵל־, *narrabo statutum DEI*: minimè autem, ut arbitratur *Genebrardus*, dictio אֵל־ præmitti potuit aut debuit. Similem errorem *Bellarminus*, *Galatinus*, aliique errant, quibus *Esai.* LIII, 4. מֻכֵּה אֱלֹהִים *Deum percussum* sonat, nec regimine observato, nec tritâ Hebræorum regula, quæ *substantivum, adjectivo junctum, præcedere* jubet. Impingit etiam ex non observato regimine *Joannes Alba, qui Hagg.* II, 8. verba בָּאוּ חֶמְדַּת גּוֹיִם transfert: *deside-*

desideratus Iudæis venit gentibus. Accedit, quòd usu in S. Literis receptum sit, אֶל poni pro אֶת, *1.Sam.* XXI, *2. Esa.* XXXVIII, *19. Ierem.* IV, *23. c.* X, *2.* Nihil itaque hîc perversè à Masoretis notatum, sed *Genebrardus* peritiorem cognitionem Grammatices & syncategorematum imbibere debuisset.

XIII. Quod alterum locum spectat, petitum *ex Nehemiâ, ubi Abenezram* Masoretas reprehendere *Genebrardus* dictitat, ipsius verba Rabbini videamus, oportet. Sic itaque *Abenezra* ad locum illum commentatur: הֵם פְּרוּצִים על דֶּרֶךְ מַזֶּה בְּיָדְךָ מַלָּכֶם : תְּדַכְּאוּ עַמִּי : *dictiones*, הֵם פְּרוּצִים, *eò modô se habent, quo* מַזֶּה, *pro* מה זה, *Exod. cap.* IV, *2.* & מַלָּכֶם, *pro* מה לכם, *Esa.* III, *15.* posteà addit: רק אנשי המסורת הפרידום לקצר המלות ולפרש המם הפתוחה רמז לחומות הפתוחות ופרוצות הוא דרך דרש והדרך הראשון בעיני נכון, i.e. *verùm Masoretæ conjunctas separarunt, inq; breviores divisêre, servato* ם *aperto in fine, ad indicandum muros apertos atq; ruptos, per modum allegoricæ expositionis vel mysticæ. Mihi tamen modus prior* (retinendi scilicet vocem conjunctam) *magis probatur.* C. II, 13.

XIV. Cæterum hoc Abenezræ judicium Masoræ auctoritatem non minuit,

tantum abeſt, ut falſi arguat obſervationes ejusdem: ſed ipſe potius Rabbi fallitur, dum præfert, quod minimè præferri debebat. Notavit Maſora magna *ad Exod. IV, 2.* vocem מזה *eſſe* חד טו׳ מלין דכת׳ תיבה חדא וקריין תרין, *unam è quindecim dictionibus, quæ ſcribuntur, ut vox una, & leguntur, ut duæ.* Nec ullum uſpiam ab illa myſterium additur, ſed eſt lectio tantum diverſa, quam non primùm commenti ſunt Maſoretæ, ſed in codicibus invenére, etſi nonnulli eam, ut fieri aſſolet, ad myſtica pertraherent. Sit itaque locus, *Neh.* II, *13.* è numero illorum quindecim, uti fatetur Maſora Magna ad literam כ circa finem; & textualis, *1. Paral.* XXVII, *12.* ubi ſigillatim quindecim illa loca hoc ordine recenſentur: מזה, *Exod. IV.2.* מלכם, *Eſa. III, 15.* מהם, *Ezech. VIII, 6.* ישימות, *Pſal.* LV, *16.* בגד, *Gen.* XXX, *11.* והנהו, *Ierem.* XVIII, *3.* בנימן, *1. Paral. IX, 4.* הלכאים, *Pſal.* X, *10.* אשדת, *Deut.* XXXIII, 2. מאשתם, *Ierem. VI, 9.* לבנימיני, *1. Paral.* XXVII, 12. לגאיונים, *Pſal.* CXXIII, *ult.* מנהסערה; *Job.* XXXVIII, *1. & cap.* XL, *1. ac deniq.* המפרצים, *Neh. II, 13.*

XV. Hæc, inquam, varia lectio eſt, quales complures Maſora magna loco citato notavit, ac, ut paulò ante dictum, eligere licet, utri

utri malis præbere assensum: neque enim capitale est, præferre כְּתִיב תּ, si quidem illud magis accedat ad mentem scriptoris. Quanquam hîc alia omnia locum inveniunt: aptissimè enim הֵם divisum cohæret cùm textu, ac longè rectius, quam si conjungas cum dictione sequenti, ut ה præfixum sit, מ nota participii. Quicquid tandem sit, mysterium, quod hîc *Abenezra* innuit, non urgent Masoretæ, adeoque ipsi voces non divisére ob mysterium aliquod, uti nec *Iob.* XXXVIII. *&* XL. sed si quod ejusmodi mysterium hîc urgetur, id ab aliis Rabbinis adjectum esse, censendum est. Similiter, cùm *Psal.* XXIV, 3. dictum est: *quis stabit in loco sanctitatis ejus? mundus volis & purus corde,* אֲשֶׁר לֹא נָשָׂא לַשָּׁוְא נַפְשׁוֹ, i.e. *qui non accepit in vanum animam suam*, nec tantillum nobis præscribunt, sed cuivis integrum est, amplecti eam lectionem, quam veriorem esse arbitratur. Meo autem judicio verior est, quæ in textu extat, ob cohæsionem. Parùm enim rectè dictum foret à Davide: *quis stabit in loco sanctitatis ejus?* (scilicet Domini) si subjungeretur: *qui non sumit in vanum* נַפְשִׁי *animam meam*; quocunque tandem sensu phrasis explicetur.

XVI. Pura verò vel ignorantia eſt, vel calumnia, quòd *Genebrardus* ait, *Pſ.* XXVI, *7.* ſatis novè Maſoretas legere לַשְׁמִעַ pro לְשַׁמֵּעַ: *circumibo altare tuum, Domine,* לַשְׁמִעַ *ad audire faciendum vocem confeſſionis,* וּלְסַפֵּר *& ad enarrandum omnia mirabilia tua.* Certè lectio, quæ hodiè in textu extat, punctis illis inſignita, ſenſum gignit commodiſſimum, & cum ſequenti verbo סַפֵּר, itidem tranſitivo, aptiùs cohæret, quàm ſi legas לְשַׁמֵּעַ: nec inſolens eſt, characteriſticas conjugationis literas excludi à præfixis, aut Jod in chirek magno deficere, idque vel ipſius Latinæ verſionis conſenſu. *R. David Kimchi Genebrardum* id docere potuiſſet, qui multa exempla de ה characteriſtico excluſo *in Michlol p. 22. col. 4.* adducit: ויבוא המקור בהעדר ההא, i.e. *interdum infinitivus* Conjugationis Hiphil *occurrit deficiente* ה *characteriſtico: v. g. 2. Sam.* XIX, *18.* לַעֲבִיר אֶת בֵּית הַמֶּלֶךְ. Vulgatus: *ut traducerent domum regis. Amos* VIII, *4.* לַשְׁבִּית, i.e. *ad abolendum.* Adde *Deut. I, 23. Jer.* XXXIX, *7. 2. Paral.* XXXI, *10.* atque cumprimis obſerva locum, controverſo huic ſimilem, *Eſa.* XXIII, *11.* ubi לַשְׁמִד pro לְהַשְׁמִיד poſitum eſt, & tamen Vulgata trans-

tranſtulit, tanquam poſitum in conjugatione Hiphil, *ut contereret.*

XVII. *Pſalmo* XXVII, *8.* vel juxta Vulg. *verſ. 14.* imperativum בַּקְּשׁוּ pro ſimplici præterito בִּקְּשׁוּ Maſoretas poſuiſſe & planam ſententiam obſcuraſſe, *Genebrardus* quidem, ſed temerè, contendit. Omnia enim aptè fluunt in textu, ſi imperativum cum *Luthero* ſerves, & cum Davide ad divinas promiſſiones reſpicias, item phraſin, ſcripturæ uſitatam, *quærere faciem Dei vel Domini*, expendas. Sic, quod de mutatis, odiô crucis Chriſti, literis objicit, puram arguit inſcitiam, & Prophetæ vitium illud mutationis aſſignat. Sic enim *Hieronymus in Prologo Galeato* ait: *certum eſt, Eſdram ſcribam, legisq́ Doctorem, poſt captam Hieroſolymam & inſtaurationem Templi ſub Zorobabel alias literas reperiſſe, quibus nunc utimur, cùm ad illud uſq́ tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint.* Si igitur odio crucis Chriſti litera ה mutata eſt, factum id fuerit non à Maſoretis Tiberienſibus, ſed ab Eſdrâ Propheta, quod abſurdum eſt.

XVIII. Porrò, quod *Scaliger*, *Exod.* XVII, *16.* textum authenticum à Maſoretis

 cor-

corruptum ait, ad illud rectè *Glassius* respondet, *Rhetor. Sacr. Tr. 1. c. 7. sequatur sententiam Scaligeri, qui volet; incertam eam reddit tum odiosa illa de corruptione vocum Biblicarum suspicio, quam Masoretarum mentio non fovere, sed demere debebat, ut qui in vocum notandis & corrigendis corruptelis fuére curiosissimi: tum inusitata ratio vocis* בסיה, *uti & ipsius Phraseωs. Franciscum Gomarum* confutavi, *disp. 1. de Nominibus divinis*: & quæ adducit *Lud. Capellus*, ea non incuriam vel incogitantiam Masoretarum arguunt, sed potius ingenium plerarumque linguarum Orientalium referunt. Deniq; *Lud. de Dieu* liberiùs nonnihil Masoretas reprehendit: uti liberè satis ad Danielis & Esdræ stilum Chaldaicum & puncta exiguntur Paraphrases Chaldaicæ, & liberrimè prorsus Chaldaismi punctatio adstruitur ex Syriasmo. Nam, ut non ineptè *Genebrardus* monet *in Isagoge Rabbinica, p. 5. perspicuum est, in omnibus linguis varias & propè innumeras esse Dialectos, & alios auctores aliis loqui impuriùs.*

XIX. De usu autem Masoræ in præsens hoc accipiamus exemplum. *Jobi verba sunt cap.* V, *1. juxta* Latinum Interpretem:

pretem: *voca ergo, ſi eſt, qui tibi reſpondeat & ad aliquem ſanctorum convertere*. Unde *Pontificii* Sanctorum Invocationem eliciunt, dûm particulas, אֶלמִי, interpretantur *ad aliquem*, contraquam linguæ natura poſcit & uſus ſacer. *Bellarminus* hanc verſionem tam ſobriè tuetur *lib. 2. de V. D. c.* XII. *ut Chemnitium* ebrium fuiſſe ſcribat, Verſionem Vulgatam h.l. reprehendêrem, nec quiſquam è numero Pontificiorum fidem Cardinali derogabit, cum ipſe Grammaticam Hebraicam conſcripſerit. Longè aliter tamen ſe res habet, ſi Maſoram adhibeamus. Sciamus igitur, Maſoram notaſſe voculas illas, אֶל מִי, ter, & cum præfixo, ואל מי, quater occurrere, nec unquam ſecluſâ interrogatione. Verba ejus: אל־ מי ג׳ ואל מי ד׳. Reliqua ſex præter eum, qui ex Jobo controverſus eſt, his locis occurrunt. *Eſai.* XL, *18.* וְאֶל מִי, *& cui aſſimilabitis Deum? eod. cap. v. 25.* וְאֶל מִי *& cui aſſimilabitis me & æquabor, dicit ſanctus? 2. Reg.* IX, *5. puer ait: verbũ mihi ad te, ô Princeps. Dixitq́; Jehu:* אל מי, *ad quem ex omnibus nobis? at ille dixit: ad te, ô Princeps. Ezech.* XXXI, *2.* אל מי, *cui ſimilis factus es in magnitudine tua? eod. cap. v. 18.* אל מי, *cui aſſimilatus es? 1. Sam.* VI, *20. quis*

poterit stare in conspectu Domini DEI sancti hujus, ואל מי *& ad quem ascendet à nobis?* Ita similiter, ✠. XXVII, *1.* מִמִּי, non est *ab aliquo,* sed: *à quo? & Jonæ* I, *8.* לְמִי, *propter quem?* non verò: *propter aliquem.* Uti ibidem *v.7.* בְּשֶׁלְּמִי sensu eodem accipitur.

XX. Non tantùm autem Masora juvat expositionem textus in ejusmodi particulis, quas nullæ exhibent Concordantiæ, sed Codicem quoque sacrum ab omni corruptione præstat immunem. Pontificiorum quippe sententia est, fontes, uti hodiernis comprehensi exemplaribus, si mathematicè vel physicè consideres, simpliciter corruptos esse, sin autem moraliter eosdem spectes, non omninò, sed secundum quid corruptionis aliquid passos, uti è *Serario* Papistarum sententiam exponit *Adamus Conzen, lib. 5 Pol. t. c. 24.* Exempli loco *Ribera* adducit locum, *Zach.* IX, *12.* quem Latinus Interpres transtulit: *tu quoq; in sanguine Testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, ubi non est aqua.* Arbitratur Jesuita, Judæos pro שָׁלַחְתְּ *emisisti*, substituisse שלחתי, & puncta in aliis, quæ huic cohærent, dictionibus mutasse. Verùm, nullam hîc latere corruptionem, Masora evincit. Etsi enim reliqua

liqua omnia, remotis etiam punctis, Pontificiis favere videntur, id tamen non admittit pronomen אַתְּ, quomodo quidem juxta Riberam fuisset legendum. Tradunt nimirùm Masoretæ *ad Eccl.* VII, 27. in Masora textuali, אַתְּ sine ה, quod *Aben Ezra* hîc paragogicum esse vult, *quinq; tantùm locis* reperiri, nempe eo, quem modò ex *Ecclesiaste* adduxi, & præterea *Job.* I, *10. Neh.* IX, *6. Psal.* VI, *4. 1. Sam.* XXIV, *9.* Ex hac itaque observatione cùm locus, *Zach.* IX, ab illis non sit adductus, in fœminino genere אַתְּ legendum est, &, ut genus generi respondeat, affixa etiam ejusdem versus fœminina sint, necesse est, ut sit Apostrophe ad filiam Sion, cujus versu 9. facta erat mentio.

LIB. II. CAP. VII.

De verbis Psal. LXVIII, *19. & Ephes.* IV, *8. captivam duxisti captivitatem.*

I. Quod à Psalte dictum est loco citato: עָלִיתָ לַמָּרוֹם שָׁבִיתָ שֶּׁבִי, *ascendisti in altum, captivam duxisti captivitatem*, *id Bellarminus l. 1. de Sanct. Beat. c. 3.* explicat de Patribus V. T. captivis, è Limbo per Salvatorem ereptis, adeòque in cœlos ad divinæ conspe-

conspectum faciei elevatis. Sic enim ibi ait: *hoc loco per vocem* cœlum *non potest intelligi, nisi summum cœlum. Etsi enim quidam intelligunt* crucem, *tamen Paulus, Eph.* IV. *se exponit paulo infra, cum ait:* qui descendit, ipse est, qui ascendit supra omnes cœlos. *Porrò nomine* captivitatis, *quam secum duxit in cœlum, quid potest intelligi, nisi multitudo sanctarum animarũ, quas è limbo ad cœlum evexit, ut* Ambrosius *exponit?* Eadẽ *Galatini* mens est.

l. 8. de A. C. V. c. 23.

II. Rectiùs dixeris, utrumque ab *Augustino* expositionem petiisse, qui *T. 8. in h. l.* sic scripserat: *Quid est* captivasti captivitatem? *Utrum, quia vicit mortem, quæ captivos tenebat, in quibus regnabat? An ipsos homines appellavit captivitatem, qui captivi sub Diabolo tenebantur? Ipsos homines, qui captivi tenebantur, appellavit captivitatem, sicut cum militia dicitur, intelliguntur, qui militant. Eandem captivitatem à Christo captivatam dixit: cur enim non sit captivitas felix, si & ad bonum homines possunt capi? Unde Petro dictum est:* ex hoc jam homines eris capiens. *Captivati ergò quia capti, & capti, quia subjugati, sub lene illud jugum missi, liberati à peccato, & justitiæ servi facti, cujus liberi erant.* Huc prorsus respexit *Genebrardus in Comm. h. l.*

III. Ut

III. Ut verò phraſin rectè percipiamus, & difficultatem hanc minuamus, notetur, cùm, quid ſit Hebræis שְׁבִי, tùm, quæ ſit ratio oppoſitionis inter haſce phraſes Hebræorum, שָׁבָה שְׁבִי vel שָׁבָה שִׁבְיָה, & שָׁב שְׁבוּת vel הֵשִׁיב שִׁיבָה. Nimirum שְׁבִי vocantur hoſtes, captivi, uti patet ex *Nehem.* I, 3. & *Num.* XXXI, 12. Ex eo igitur, quod per שְׁבִי hoſtes captivi intelliguntur, ſic contra Pontificios colligere licet: qui non ſunt hoſtes Chriſti, eos in cœlum ſecum non abduxit captivos. At, quos Pontificii limbo fuiſſe incluſos perhibent, non ſunt hoſtes Chriſti. Ergò illos ſecum captivos in cœlum non duxit.

IV. Nunc quomodo phraſes, ſuperiùs dictæ, ſeſe habeat, expendendum eſt. Non deſunt, qui phraſin *priorem* duobus modis accipi poſſe, contendant. 1. *paſſivè, duxit captivam captivitatem*, i. e. captivorum turbam. 2. *activè, duxit captivam captivitatem.* i. e. ipſos captivantes, ſive eos, qui antea captivos detinebant. At formalis ſignificatio harum vocum, ſic conjunctarum, priorem tantum acceptionem infert: atq; prorſus accidit, captivum duci captivantem, i. e. eum, qui alios jam captivos detinet. Ex

Gl. Rhet. ſacr. Tr. 1. c. 4.

accidentali ergò hoc respectu phrasis æstimanda non est, quę nec probatis nititur exemplis. Nam *captivare captivantes*, i.e. eos, qui carceri alios jam inclusére, id Hebræis non dicitur שָׁבָה שְׁבִי, sed vel שָׁבָה לְשׁוֹבִים *Esa.* XIV, 2. vel לָקַח שְׁבִי גִבּוֹר, *extorsit captivos potenti, Esa.* XLIX, 25. (*Luc.* XI, 22.) Uti ergò patet, non ex ipsa sermonis Hebraici naturâ *capere captivitatem* est captivatores, qui alios captivos tenent, carceri includere, uti nec captivos de integro facere, qui ab aliis jam detinebantur captivi. Quod quidem posterius negare non potest *Cornelius à Lap. Comm. ad Hebr. c. 4.* Igitur salva est illa sententia & immota, quæ peculiaria ejusmodi significata accidenti potius ipsius personæ captæ, quàm phrasi tribuit.

V. Sed nunc exemplis agendum. Prioris ergò phraseως hæc accipiamus exempla; *Num.* XXI, 1. Rex Cananæus Harad pugnavit cum Israëlitis, וַיִּשְׁבְּ מִמֶּנּוּ שֶׁבִי, & *cepit quosdam ex iis captivos. 2. Paral.* XXIIX, 17. *venerunt Edomæi & percusserunt Judæos* וַיִּשְׁבּוּ שֶׁבִי, *& abduxerunt captivos, quod versu 5.* dictum erat וַיִּשְׁבּוּ שִׁבְיָה גְדוֹלָה, *& multos ceperunt captivos.* Ex opposito autem שַׁב שְׁבוּת vel הֵשִׁיב שִׁיבָה, est solvere captivitatem, capti-

captivos in libertatem asserere, *Jer.* XXIX, 14. *inveniar vobis, dixit Dominus*, וְשַׁבְתִּי אֶת שְׁבוּתְכֶם, *& liberabo vos è captivitate, & congregabo vos de universis gentibus, ad quas transmigrare vos feci.* *Cap.* XXXIII, 11. אָשִׁיב אֶת־שְׁבוּת, *reducam captivitatem terræ, sicut in principio, dicit Dominus*, i.e. libertatem incolis terræ hujus, in captivitatem pridem abductis, restituam. *Psal.* XIV, 7. בְּשׁוּב שְׁבוּת עַמּוֹ, *cum liberabit populum suum*. *Psal.* CXXVI, 1. בְּשׁוּב אֶת שִׁיבַת צִיּוֹן, *cum in libertatem Sionem asseret.* Adde *Sophô.* III, 20. *Deut.* XXX, 3.

VI. Ex hac *Oppositione* manifestum evadit, שָׁבָה שְׁבִי esse idem, quod *abducere aliquem in captivitatem*, non autem *liberare ab una aliqua captivitate*, uti *Bell.* placuit, aut *alteri simul mancipare*, ceu *Augustino* visum. Nam à captivitate liberare, dicitur הֵשִׁיב אֶת שְׁבוּת i.e. reducere aliquē, qui erat captivus, & cujus jam solvitur captivitas. Unde *secundum* emergit contra Pontificios argumentum: quos Christus in captivitatem non abduxit, illi hîc per captivitatem intelligi haud poterunt. Atqui Patres V.T. ex illorum commento in limbo existentes in captivitatem non abduxit. Ergò Patres illi per

per captivitatem h. l. intelligi non potêrunt. Quod *Augustinus* ad minorem excipit de *servitute justitiæ*, ea nec captivitas vocari potest, cùm ea ratione, qui justitiæ servit, i.e. operam dat, non propriè servus sit, sed liber potius, uti patescit de primis parentibus nostris, in statu integritatis agentibus: uti nec major libertas homini data fuit per lapsum, dùm ad malum liberè magis, quam anteà sese habuit. Nimirùm & servitus & libertas hæc minus propriè dicitur.

VII. Multò itaque rectiùs *Augustinus* ait & sentit: *Captivitatem captivavit* (inquit) *qui diabolum vicit: & ne illa, quæ futura erant sancti capitis membra, in æternum suppliciũ secum traheret, eum justitiæ prius, deinde potentiæ vinculis alligavit. Ipse itaq; Diabolus est appellatus* (*vel appellata, ut Augustinus habet*) *captivitas, quem captivavit, qui in altum ascendit & dedit dona hominibus.* Consentit hæc *Augustini* expositio cum *Colos.* II, 12, 13, 14, 15. Favet sententiæ huic post multa diverticula *Cornelius à Lap. in Comm. ad Eph. capere captivitatem* (inquit) *Hebræis non est aliud, quàm capere, captivos facere, vinctos ducere, sive, si captivi anteà ab aliquo capti fuerint,*

l.15. de Trin. c.19.

rint, sive non. Unde in libris Regum David & alii dicuntur capere vel abducere captivitatem, cum hostes suos liberos, quibuscum conflixerant; à se devictos, primò captivos sibi faciunt.

LIB. II. CAP. VIII.

De nominum Propriorum origine & varietate, & quid in hisce maximè cavendum.

I. Discrepat inter Auctores, unde nomina propria sacri Codicis interdum descendant, & qua maximè ratione cum Scripturæ ipsius verbis, quæ derivationis loco videntur, quadret expositio. Legimus, *1. Sam.* I, 20. *concepit Hanna, peperitque filium, & vocavit nomen ejus* שְׁמוּאֵל, כִּי מֵיְהוָה שְׁאִלְתִּיו *quia à Domino petivi eum.* Sed quomodo ille Samuel dictus? quomodo & à שָׁאַל & מֵיְהוָה ipsi nomen venit? Sanè quidem dignissimum notatu est, quod ad hæc ipsa verba observat *R. Levi B. Gerson*: אִם אָמַר אוֹמֵר שֶׁהָיָה הָרָאוּי אִם כֵּן שֶׁתִּקְרָא שְׁמוֹ שָׁאוּל אָמַרְנוּ לוֹ כִּי לֹא יְדַקְדְּקוּ קוֹרְאֵי הַשֵּׁמוֹת כָּל כָּךְ; i.e. *si quis dixisset, æquum fuisse, ut ex hac nominis derivatione Saul appellaretur, dixissemus ei, impositores nominum ad minutias hasce non tantoperè*

 toperè

toperè attendisse. Probat illud Rabbi, Philosophiæ Peripateticæ haud ignarus, exemplo gemino. 1. *Lea, quæ, Gen.* XXIX, *30.* filium רְאוּבֵן nuncupavit, dicens: רָאָה יְהוָה בְּעָנְיִי, *vidit Deus afflictionem meam.* 2. *Lamechi,* qui, *Gen.* V, 29. filium נֹחַ appellavit, dicendo: זֶה יְנַחֲמֵנוּ מִמַּעֲשֵׂנוּ, i.e. *iste consolabitur nos ab opere nostro.* Quod si enim minutias Lamechus sectari voluisset, הָיָה רָאוּי שֶׁיִּהְיֶה שְׁמוֹ מְנַחֵם, i.e. *debuisset potius dici* מְנַחֵם *Menahem*.

II. Etsi vitanda est nimia subtilitas, textui tamen vis inferri non debet, ac aliena prorsus afferri notatio, quæ parùm respondeat sententiæ ejus, qui primus nomen imposuit. *Münsterus* auctor est *ad c. 1. Matth. Hebr.* Judæos argumentum Christianorum, ex voce עִמָּנוּאֵל petitum, hac ratione eludere voluisse: quòd si Christus Deus dicendus, quòd nomen ejus sit Immanuel, potius futurum Deum Samuelem, quod ipsum ejus nomen dicatur esse אֵל, nec id solùm innuatur, Deum esse nobiscum. Similis audacia deprehenditur quoque in aliis, sive Judæis sive Christianis, qui parùm pensi habent, aliena à textu proferant, an consentanea. *Aben Esra* הֶחָכָם, i.e. *sapiens*

ſapiens recutitis dictus, ad *c.* XVII. *Geneſ.* de nomine Abraham ſic ſcribit: אַבְרָהָם עָם חוֹסֶפֶת הר״ש אַבִּיר הֲמוֹן גּוֹיִם: *Abraham ex dictione* אַבִּיר *habet* ר, *& eſt fortis multitudinis gentium.* At quis non videt, jam fuiſſe ר in dictione אַבְרָם, ut nulla urgeat neceſſitas, illud de integro ſupplendi, cum aliàs geminari non poſſit. Standum igitur ſententia textus, qui literam ה è nomine הָמוֹן ſupplendam innuit.

III. Eandem ferè abſurditatem incurrit ſententia, cujus *Hieronymus in QQ. ſeu Traditionibus Hebraic. in Geneſ.* his verbis meminit: *Dicunt Hebræi, quòd ex nomine ſuo Deus, quod apud illos τετραγράμματον eſt,* ה *literam Abrahæ & Saræ addiderit. Dicebatur enim primum* אַבְרָם, *quod interpretatur*, pater excelſus: *& poſtea vocatus eſt* אַבְרָהָם, *quod transfertur*, pater multarum; *nam, quod ſequitur*, gentium, *non habetur in nomine, ſed ſubauditur.* Similis eſt nugatio Cornel. à Lapide, qui in Indice, Epiſt. Paul. ſuffixo, אברהם ex אַב בַּר הָמוֹן, i. e. *pater electus cum ſonitu*, ſatis ridiculè explicat. Verum his talibus non prorſus opus eſt. Sicut enim in dictione שְׁמוּאֵל continetur vox שָׁאוּל: ita in voce Abraham habetur, etſi tantum ex

initiali literâ, non vox quidem *gentium*, ſed *multitudinis*. Sic *Hieronymus* fallitur, dum nomen ישראל contra Scripturas, *Geneſ.* XXXIV, 28. deducit à ישר אל, ut idem ſonet, quòd *rectus Dei*, cum ſit à שָׂרָה, *dominium obtinuit*, & Jod non ſit radicalis litera, ſed Heemanthica. Huc referendi & alii, qui ſimiliter contra textum vocem Elymas, *Actor.* XIII, 8. ex אֵלִי מָשִׁיחַ deducunt, cùm ſit ab Arabico عليم, i. e. *ſciens, magus, peritus rei alicujus*; quæ expoſitio optimè cum interpretatione, in textu data, congruit.

IV. Hoc nimirùm eſt, nimiùm & contra textum de nominum propriorum derivatione ſolicitum eſſe. Conſtanter potius ea ſervanda interpretatio, quam cum verbis, in textu adductis, proximè convenire conſtiterit. Quod ſi tamen illa non extet in textu, ſed integrum Lectori ſit relictum venari rationem deductionis, plus ingenio & luſui dare poſſumus, maximè ſi in ipſis Scripturis varia ſit lectio. Ità *Talmudiſtæ in Sanhedrin, c. 11. p. 106. col. 2.* ludunt, quærentes, cur *1. Sam.* XXII, *v. 18. 22.* Doëg, Davidis adverſarius, nunc ſcribatur דאג, nunc דויג, ac reſpondent:

dent: אמר ר' יוחנן בתחלה יושב הקבה ודואג שמא יצא זה לתרבו' רעה' לאחר שיצא אמר ווי יצא זה: *Dixit R. Jochanan, in principio ſedit Deus benedictus & ſolicitus fuit, ne forte egrediatur iſte in malum conſortium. poſtquam ille jam exÿt* (induit malos mores) *dixit* (ſc. הקבה) ווי *væ, exiit ille.* Cæterum luſus hic ipſis relinquatur. In univerſum autem nomina imponuntur aut mutantur, vel divinitus, vel humanitus. *Divinitus* ſibimet ipſi Deus nomen יהוה impoſuit, non à dictione הֹוָה, quæ perniciem aut exitium ſignificat, uti impiè Scriptor Hiſpanus, *Hieronymus ab Oleaſtro* voluit, eò quod plus ſimilitudinis proprium Dei nomen cum ea voce habeat, quàm cum oppoſitâ, nempe verbo הָיָה, unde propriè deſcendere meritò dicitur ac notare, quòd Deus Ens ſit per eſſentiam, non per participationem. Aliis verò nomina fecit partim in V. partim in N. Teſtamento. *Hieronymi in QQ. Hebraicis in Geneſ. p. 214.* hæc verba ſunt: *ſciendum, quod quatuor in V. T. absq; ullo velamine, antequam naſcerentur, vocati ſunt: Iſmaël, Iſaac, Salomon & Ioſias. lege ſcripturas.* Nomen יִשְׁמָעֵאל, *Gen.* XV, *11.* יִצְחָק, *c.* XVII, *19.* יֹאשִׁיָּהוּ, *1. Reg.* XIII, *2.* שְׁלֹמֹה, *1. Paral.* XXII, *9.* occurrit, qui-

Apud Ama. p. 478.

R 3 bus

bus in N.T. adduntur JESUS Dominus, *Matth. I*,21. Johannes Baptista, *Luc. I*,13. cujus nomen prædictum fuisse, ipse etiam *Alcoranus* notavit, *cap.* XIX. Quod verò Hieronymus ait, *quatuor Viris, absq; ullo velamine nomina ante nativitatem fuisse imposita*, eò respicere videtur ad Judæos, quorũ hæc est sententia, quę reperitur in ילקוט, *ad lib. Reg. p.31. col 3.* ששה נקראו בשמותם עד שלא נולדו. אלו הן ישמעאל ויצחק ומשה ושלמה ויאשיהו ומלך המשיח:, i. e. *sex vocati sunt nominibus suis, antequam nati sunt: Ismael, Isaac, Moses, Salomo, Iosias & rex Messias*, ubi Mosen addunt, cujus tamen nomen *Hieronymus* prædictum negat, scil. *absq; velamine*. Colligunt autem loco citato id Judæi ex *Gen.* VI,3. ubi dictio בשגם per Gematriam cum literis משה coincidit. Cum itaque l. c. *anni vitæ hominum non futuri dicantur, nisi* CXX. & verò Moses tot annos, nec plures exegerit, uti è *Deut. ult.* liquet, non sine velamine impositum hîc Mosi censent nomen. Similiter nomen Regis Messiæ è *Psal.* LXXII,17. ינון esse dicunt, prorsus aliter, ac Novum habet Testamentum.

V. *Humanitus* imposita quoque sunt nomina sive Angelis sive hominibus, uti osten-

ostensum est in *Gramm. Rabb. cap. 3.* Judæi quoque, adventante Alexandro Magno atque splendidè excepto, cum statuæ erectionem ipsi negassent, polliciti sunt futurum, ut omnes filii, Hierosolymis nati eo anno, Alexandri nomine dicerentur.

VI. Sic quoque mutata sunt *divinitus* nomina Abrahæ, Saræ, Jacobo, Petro: & *humanitus* nomina Pontificum mutantur, dum ad fastigium illud perveniunt. Specialem autem observationem meretur, quod Judæi pœnitentes sibi ipsis alia imposuére nomina, juxta hanc illorum sententiam: כִּי שִׁנּוּי הַשֵּׁם מְקָרֵעַ דִּינוֹ שֶׁל אָדָם, *nam, si quis* (pœnitens) *nomen mutet, præscinditur sententia judicialis, quam Deus de homine perdendo* (sub initium anni novi) *conceperat.* Ex hac consuetudine Cl. *Schikardus* arbitratur, *Paulum* dictum è *Saulo*, in signum pœnitentiæ.

VII. Demum optandum esset, undecunque nomina sint imposita, aut quibuscunque de causis mutata, eadem tamen rectè scribi, ne quis errori inepto hic locus sit. Decepti enim sunt *Philo & Josephus* ex aspiratione suppressa, ut *Abel* luctum interpretarentur. Atque prorsus inconveniens est,

הָגָר Latinè ſcribere *Agar*, imò contra alluſionem Apoſtoli, *Gal.* IV, 25. qui ad nomen alludens, *Hagar* dicit eſſe *montem in Arabia*. Nam, ut rectè ad eum locum *Lud. Capellus* obſervavit, حجر eſt *petra aut lapis*. At uti optare hoc, quam impetrare eſt facilius; ita confuſioni, poſt mutationem hanc de novo orituræ locus haudquaquam concedendus, nec pro *Ezechiel Jechezkiel* ſubſtituendum. Nam uti pridem hæ voces à Latinis enunciatæ ſunt, ſic eaſdem porrò ſervemus, id quod & in Talmud, Alcorano, interprete Syro, aliiſque obſervatum; inſolens enim hæc auribus enunciatio Hebrææ ignaros linguæ parùm juvat, & Hebraicè eruditos nil turbat, quibus aliàs talia nota ſunt.

LIB. II. CAP. IX.

Indagatur è ſcriptis Hebræorum Antiquitas legum, promiſſorum, rituum, qui Moſen ipſum Legislatorem ætate ſuperant.

I. Antiquiſſima Traditio eſt, quam domo Eliæ acceptam referunt Talmudiſtæ, in *Sanhedrin, cap. 11. vel ult.* quod alias חֵלֶק vocatur,

catur,

catur, his omninò verbis: שֵׁשֶׁת אֲלָפִים שָׁנָה הֲוֵי עָלְמָא שְׁנֵי אֲלָפִים תֹּהוּ שְׁנֵי אֲלָפִים תּוֹרָה שְׁנֵי אֲלָפִים יְמוֹת מָשִׁיחַ: *ſex annorum millibus mundus durabit, duob. inane, duob. lex, & duob. dies Meſſiæ.* Hîc per תורה *Gloſſa Talmudica* legem Moſis ſcriptam, & quidem, poſt illud ab Adamo in Paradiſo admiſſum crimen, intelligit. Aliàs conſtat, *poſitivam* in Paradiſo de abſtinentia ab arbore legem fuiſſe latam, etſi ſcripta non fuerit, cui alii addunt ſeptimę diei obſervationem, & legem matrimonialem de conſociatione unius maris & unius fœminæ. *Arminius* eò usque poſitivas leges extendit in primo ſtatu, ut ſcribere non ſit veritus, *Diſp. priv. 29. §. 9. arbitramur, ſi primi homines in integritate per obedientiam utriq; legi præſtitam permanſiſſent, Deum eodem pacto cum eorum poſteris acturum fuiſſe, nempe legis moralis cordibus inſcriptæ, & alicujus ſymbolicæ vel ceremonialis obedientiam præſtando: quanquam de arbore ſcientiæ boni & mali id ipſum ſpeciatim affirmare non audeamus.*

II. Addit idem *Arminius*, *perſiſtentibus in utraq; legis obedientia per intermediam animalis, mortalis, corruptibilis corporis mutationem ſubſtituendum ſpirituale, immortale, incorru-*

corruptibile, adeoq; decretam fuisse vitam beatam. Hoc annon sit detrahere Originis peccato, viderint Theologi; neque enim hoc pacto Adam capitis rationem in statu illo habuisset. Nec abludit ab hac Arminii sententiâ, quod scribit *Volkelius l. 2. de Vera Relig. c. 8. vix aut ne vix quidem generale aliquod illius seculi hominibus promissum factum, sed minæ potius, metusq; tunc illis propositi fuére. Neq; enim videmus, Deum Adamo, si ab arboris illius fructu sibi temperet, aliquod obedientiæ præmium polliceri; sed nisi dicto audientem se præbeat, interitum denũciare.*

III. Sed hæc de statu, qui lapsum antecessit: post eum, quæ fuerit legum, promissorum, ac ceremoniarum ratio, perpaucis liquet. *Augustinus l. 2. contra Pelag. & Cœlestin. cap. 26.* auctor est, *Pelagium* ejusque Discipulos ea ratione tempora divisisse, ut dicerent, *primum vixisse justos homines ex natura, deinde sub lege, tertio sub gratia. Primùm enim duce ratione cognitum fuisse creatorem, & quemadmodum esset vivendum, scriptum fuisse in cordibus, non lege litera, sed naturæ. Postmodum, vitiatis moribus, non suffecisse naturam, sed lege addita fuisse opus.* Parùm abest ab illa Pelagii sententia *Joh. Volkelius*

kelius l. cit. qui & ipse censet, *eorum temporum religiosos homines nō tam ex fixis statisq; legibus seu generalibus præceptis, apertè à DEO propositis, quàm ex rectæ rqtionis judicio, quod singularibus DEI mandatis, ad certas personas certave negotia pertinentibus, confirmatum fuerit, vitam moresq; suos composuisse.* Item *ceremonialia* non fuisse, nisi *hæc duo, sacrificia, Genes. IV. & abstinentiam à sanguine, Gen. IX.* Loquitur autem de tempore, quo nondum natus erat Abraham; de promissis eundem *Volkelium* paulò antè audivimus. Sententiam hanc Photiniani ferè sequitur *Episcopius, Remonstrans, disp. privat. secunda.*

IV. Atque hæc *Photinianorum* est sententia. Alias autem *Judæi* ceremonialia sua plus justo extendunt. Sic enim in *Jalkut, ad Gen. I, 27.* ajunt: אדם הראשון נברא מהול שנאמר ויברא אלהים את האדם בצלמו, *i.e. Adam primus conditus est sine præputio, quia dictum est, Gen. I. & creavit Dominus hominem ad imaginem suam.* Et de Adamo ipso, quasi necessaria fuerint sacrificia præcisè & absolutè, vel, ut *Pontificii* loquuntur, quasi juris naturæ, ajunt in Talmud *Massechet* חולין; *cap. 3.* אמר ר' יהודה שור היקריב

היקריב אדם הראשון קרן אחת היתה לו במצחו שנאמר ותיטב ליהוה משור פר מקרן ומפריס, i.e. *R. Juda dixit, bos, quem obtulit Adam primus, cornu unicum tantum habuit in fronte, sicut dicitur Psal.* LXIX, 32. *gratius erit Domino, quàm bos aut vitulus cornu habens, & ungulas findens.* Cæterùm, quod unicum tantum cornu habuerit, colligunt ex Jod in dictione מַקְרִן omissô. Eadem Traditio *in Massechet* עבודה זרה, *c.1. & in Massechet* שבת, *c.2.* invenitur. Occurrit etiam ad locum Psaltis citatum, in *Chald. Paraphr.* & Comm. *R. Salomonis*.

V. Sanè non facimus hîc cum Judæis. At neque cum *Pontificiis* sentire possumus. Uti enim circumcisio, licet non sit ex Mose nec referri possit ea ratione ad Adamum, ut ipse etiam fuerit circumcisus: ex Patribus tamen illa est, asserente Christo, *Joh.* VII, 22. ita nil opus est, si maximè ipse Adã fortè non obtulit sacrificia, illa prorsus referre ad dictamen rationis & ἐθελοθρησκείαν, ceu facit *Bellarminus*, & ea solùm de causa præceptum de sacrificiis, Adæ filiis datum, tollere, quia in Genesi nullum legatur. Uti nec, quia de Adamo non legitur, propterea prorsus negandum est. Utinam verò *Cardinalis* earum meminisset responsionum,

l. 2, de Eff. Sacr. c. 31.

quas

quas Adversariis suis hinc inde dedit! Nam *lib.2. de Miss.* audacter ait: *illa argumenta negativa* (*non habetur expressè in scriptura, E. non est factum,*) *jam etiam ipsis pueris ridicula sunt.* Et *lib.1. de Purg.* de Genesi hanc reddit rationem; cur, exempla cùm extent, præcepta tamen legantur nulla: *Genesis non est liber dogmatum, sed historia quædam Patriarcharum. porrò doctrina eo tempore non scriptura, sed traditione conservabatur. Nam alioqui dicemus, ante Abrahami tempora neminem fuisse justificatum, quia Scriptura non tradit, quomodo justificarentur homines tempore Adæ, Enoch, Noæ, &c.* Addatur idem *Bellarminus de matrimon.* ubi disputat de legibus, *Levit.* XIIX. *&* Conjugio Caini cum sorore. c.24. c.11. p.266.

VI. Nec itaque præcepta pro arbitratu negare, nec ea confingere licet, sed cautè attendendum, num quid natura sibi relicta cultum ejusmodi indagare possit, qui sit vel juris naturæ, ratione principii, vel fluat proximè ex ejusmodi principio; an verò consequentiæ vis infirma sit & remotior, quàm ut ad cultum constituendum sufficere possit. Uti videmus de sacrificiis & circumcisione; nam neque *hanc* Numini gratam futuram;

turam, ullum docet naturale principium: *illis* verò oblatis, Deo cultum exhiberi expiatorium peccatorum admissorum, ratione prorsus nulla, quæ quidem firma sit, evinci potest. Positiva itaque lex poscitur, etsi talis nulla extet, de sacrificiis: sed idem de illis esto judicium, quod ferri solet & debet de circumcisione.

VII. Atque hæc extitit ratio, quamobrem ipsi quoque Christiani subinde ad leges positivas, Mosis ætatem præcedentes, etsi nullæ legantur, respicerent. Hinc *Fr. Junius in Genes.* XLVIII, notat, jus primogenitorum de duplici hæreditatis portione, de qua lex postmodum lata, *Deut.* XXI, *17.* ante eadem à Mose latam, obtinuisse, sicut obtinuit Sabbathum, Circumcisio, feminisque fraterni suscitatio. Eòdem provocat etiam *Cl. Tarnovius in Exercit. Biblic. p. 577.* Nec ipse *Bellarminus* à collectione ejusmodi mandatorum prorsus alienus esse potest. Nam *l. 1. de Cleric. c. 25.* inde negat, legem de decimis, sacerdoti exhibendis, esse moralem, quòd ratio non dictet, ut Sacerdoti dentur decem partes, sed ut detur, quantum satis est ad sustentationem. Nam ratio dictat, ut iis, qui pro populo laborant, populus

populus alimenta præbeat. Unde enim deducimus, Regibus deberi tributa, militibus ſtipendia, & judicibus aliisque miniſtris publicis Salaria, inde etiam deducere poſſumus, deberi Sacerdotibus, quantum ad eorum ſuſtentationem ſatis eſt, ceu concludere videtur, ipſe Apoſtolus *1. Cor.* IX, *14.*

VIII. Videri quidem poſſit ex ipſis exemplis, quæ in Geneſi leguntur, ſine expreſsâ lege parum colligi, cùm Abraham Melchiſedeco decimas dederit, *Gen.* XIV, *20.* lex tamen ante Moſen de decimis nulla prorſus extiterit, cùm *Gen.* XXIIX, *v. ult.* Jacobus voverit, ſe daturum DEO decimas omnium, quæ poſſideret, ſi DEUS eum dirigeret in via: atqui tali conditione decimas vovere eum, qui ex lege, licet poſitiva, abſolutè obligatus eſt ad earum ſolutionem, ineptum, ne dicam impium dictu fuerit. Itaque non nudis exemplis & ſolis conſtat, leges ante Noachum atque Abrahamum, aut etiā ipſum Moſen poſitivas extitiſſe. Aliàs quoq;, ut alterum ſubjungam exemplum, lex ejuſmodi colligi poſſet *è Caini & ſororis ejus matrimonio*, ſed longè plura requiruntur indicia. Nam de Abrahamo refertur, ut ſpeciale, quod regi & Ponti-

Pontifici Melchisedeco post partam victoriam decimas exhibuerit: sine tamen afflictione sui ipsius: Caini verò exemplum, quo minus legis rationem habuisse dicatur, facit conjugium prorsus extraordinarium, idque in tali casu, vel *dispensante ita DEO, vel certè aliàs in casu necessitatis fuit licitum.*

IX. Ad Judęos itaque, paternarum Traditionum quàm tenaces, maximè nos recipiamus, ubi consideremus, quæ à Patribus accepta nobis referant. Id certum est, ipsique Talmudistæ observarunt, tantô legum apparatu non opus esse ad pietatem colendam, quà illa talis est, quanto Judaismum laborasse videmus. Nam in *Massechet* מַכּוֹת, *capite* אֵלּוּ הֵן לוֹקִין inscripto, ajunt, *Sexcenta & tredecim esse præcepta Mosaica. Et tamen venit David & contraxit ad undecim, Ps. XV. Deinde venit Esaias, & contraxit ad senarium, Esa. XXXIII, 15. Venit Michaas & contraxit ad ternarium, Mich. VI, 8. venit rursus Esaias & contraxit ad binarium, Esa. LVI, 1. Venit deniq; Amos & contraxit totam legem ad unam, Amos V, 4.* Hoc Judæis meritò opponimus, cavillantibus, immerito JEsum nostrum præcepta nonnulla abrogasse, ea nimirùm, quæ intrinsecam bonitatem non præci-

præcipiebant, sed potius de re aliàs indifferenti erant proposita. Talium enim observatio, uti per se ad salutem non conducit, ità omissio minimè nocet, nisi quatenus legis positivæ rationem involvat. Positiva autem lex pro temporum, personarum, quin etiam locorum ratione miris omninò modis & variare potest, & reverà variat.

X. Ceu itaqne *Judæi* fatentur, *tanto legum numero opus non esse*: ita lubentes largiuntur, non nisi *sex præcepta Adamo fuisse data*, ad quę septimum. Noę impositum, accesserit, quanquam postmodùm absolutè, suppresso Adamo, à solo Noacho denominata sunt. Unde ajunt in libro חסידים, §. 358. נכרי הזריז בשבע מצות שנצטוו לבני נח: *Alienigena seipsum in pietate extimulat, monet ac dirigit per septem illa præcepta, quæ mandata sunt filijs Noachi.* Si quæras, quænam tandem illa sint mandata Noachi, invenies illa in *Talmud, Massechet* סנהדרים *cap.* ארבע מיתות, *ac in Ialkut, ad Gen. c. 2. &* בית ישראל, *p. 11.* his omnino verbis: תנו רבנן שבע מצות נצטוו בני נח דינין וברכת השם ועבודה זרה וגלוי עריות ושפיכות דמים וגזל ואבר מן החי:, i. e. *Tradiderunt Magistri, septem præcepta data sunt filijs Noachi, judicia, benedictio Numinis, vitatio*

idololatriæ, revelatæ turpitudinis, homicidij, furti, & carnis crudæ, ne manducetur.

XI. Atque hæc præcepta ea confidentiâ ab illis proponuntur atque urgentur, ut non solùm proselytos ad ea adstringant, qui vocantur גֵּרֵי חוֹשָׁב, bello captis sub exterminii pœnâ eadem imponant: sed in ipsum Esavum ob transgressionem eorum graviter invehantur. Nam *Targum Jonathanis, filij Uziel, ad Gen* XXV, 29. tradit, eodem die, quo defunctus est Abraham, coxisse Jacobum pulmenta lentium, ac abiisse ad lugendum avum: Esavum autem languidum, & quinque prævaricationibus eâ ipsa luce infamem, non tantum primogenituram contemsisse, atque vitam futuri seculi negasse, sed directè contra isthæc Noachi præcepta elatâ, ut vocant, manu impegisse. Verba *Paraphrastæ* ita habent: פְּלַח פּוּלְחָנָא נוּכְרָאָה שְׁפַךְ אַדְמָא זַכְיָא וְעַל עַל עוּלֵימְתָא מְאַרְסָא:, i.e. *operam dedit idololatriæ, fudit sanguinem innocentem, & vim fecit puellæ desponsatæ.*

XII. Nescio equidem, an Novi Testamenti consuetudinem vel certè legem temporariam, & ipsam Alcorani sanctionem cum hisce decretis comparare debeam:

beam: referre tamen non piget, quid forte occasione harum Noachi præceptionum utrobique contigerit, & cum primis probatur etiam *Philippo Melanchthoni*, cujus verbis hæc exponere malo. Sic igitur ille, centum & amplius abhinc annis, in *præfatione Colloquij Wormatiensis: magno me munere judicabam ab utroq;* (Osiandro & Capitone) *donari, cum veterem illum ritum, nobis ignotum, exponerent. Docebant enim, Iudæos veteres florente adhuc eorum politia, si quando vicinam aliquam civitatem ethnicam bello ceperant aut fœdere sibi adjunxerant, non solitos imponere victis legem Mosaicam aut circumcisionem, sed tantum hæc in conditione pacis seu formula fœderis præcipere, ut, deletis idolis, unum & verum Deum, conditorem rerum, qui se patefecit in verbo, dato populo Israël, colerent. Deinde, quia Ethnici scortationem non solebant prohibere, & nimium laxabant fræna libidini vagæ, addebatur hoc, ut prohiberent scortationem. Addebantur & reliqua capita, quæ in Decreto Apostolico*, Actor. XV, 28. 29. *recensentur, ne rebus idolo immolatis, ne sanguine & suffocatis vescerentur. Ergo etiam Veteres gubernatores populi Iudaici intellexerunt, ceremonias Mosaicas ad suam tantum*

politiam pertinere, nec esse justitiam. Ac postea concludit *Philippus*: *nec profecto quicquam habeo, quod de eo conventu relatu dignius judico.*

XIII. Cum itaque muneris loco habuerit *Philippus*, nostrum est similes ritus indagare, & inde lucem addere S. Literis. Nam ex iisdem observationibus etiam patescet, unde *Alcorano* leges, quas hinc inde jactat, natæ sint. Nam *Suratâ* الانعام, *vel de Brutis* ait, *se non invenire, quæ interdicta sint, nisi hæc quatuor*: ميتة, *morticinium*, دم, *sanguis*, لحم خنزير, *caro porcina*, *& quod oblatum est idolis*, quamvis *cap.* المايدة, *vel de Mensa*, novem recenseat, & his quatuor seqq. annectat: *suffocatum, ambustum, projectitium, cornu percussum & à bestiis occisum*. Hæc de cibo ille. Aliàs, si de potu sententiam ejus novisse velis, vinum Musulmannis interdixit etiam. Atque hæc ex occasione de Noachi præceptis, de quibus tamen nihil ferè innotuit Scriptoribus Scholasticis, uti nec de aliis, quæ ritus spectant. *Unde Suarez l. 9. de legibus, paragr. 5.* ait, *ante legem Mosis probabile est, dedisse Deum hominibus unum vel*

aliud praeceptum opportunum pro eo tempore juxta consilium voluntatis & sapientiæ suæ. Hæc ille. Nec dubito, plura ejus generis ab ipsis concedi posse, qui aliàs Traditionum sunt retinentissimi, & passim nobis objiciunt, ut remedium de fæmellis & aliud de pueris incircumcisis extinctis afferamus. Talia enim quasi necessaria, de controversiarum judice disputantes, afferunt.

XIV. Accedamus jam ad id, quod est de animalibus mundis & immundis, & Noacho quoque imperatum. Nimirum, *Genes.* VII, 2. legimus, septem paria an individua de בְּהֵמָה הַטְּהוֹרָה *sive animali mundo* includenda fuisse arcæ: at verò de בְּהֵמָה אֲשֶׁר לֹא טְהוֹרָה, *de animali, quod mundum non est*, duo tantum sexûs diversi. Dubium videri possit, unde munda & imunda dicta sint animalia, lege Mosaica necdum latâ, cum tamen non sit Physica immundicies, sed moralis potiùs: omninò lex positiva præcesserit, necesse est. Varia quidem Interpretes moliuntur, ut nobis hoc exemplum è manibus excutiant, sed frustrà. Audire tamen licet, quid in medium afferant. *R. Salomo in h.l.* ait: הָעֲתִידָה לִהְיוֹת טְהוֹרָה לְיִשְׂרָאֵל לָמְדוּ שֶׁלָּמַד נֹחַ הַתּוֹרָה, *mundum*

dum dicitur, quod futurum erat mundum, didicimus inde, quod Noach didicerit legem. Idem verò hoc est, ac si dixisset, esse anticipationem vocum Historicam, quæ tamen huic loco prorsus non convenit. Nam, ut ex mundis & immundis plura aut pauciora animalia arcæ Noachus includeret, id non tantum vocum diversitatem, quæ sola in tali anticipatione attenditur, spectat, sed discretionem & separationem rerum, quæ jam tum mundæ aut immundę ceremonialiter & positivè habebantur; aliàs nec præcepto fuisset locus: & certum est *ex Genes.* IIX. ipsam diversitatem animalium locum habuisse in ordine ad ritum sacrificandi. Cum itaque sacrificia id temporis obtinuerunt, obtinuit etiam reverà discrimen inter animalia munda & immunda, neque id nominis ratione solùm, sed quà ipsa animalia, etsi non ex naturæ, sed positivâ potius lege. Quod verò annectit *R. Salomo, Noachum jam tum novisse legem*, intelligendo de Mosaica, eò alludit et ad placita Talmudica, quæ asserunt, ante mundum conditum legem jam extitisse, ac æque ineptus est, ac *Alcoranus*, qui hinc inde inculcat, codicem blasphemum Mohamedis non tantùm

tum notum fuisse Patribus V.T. sed divinitùs etiam datum.

XV. *Vatablus*, opponens anticipationem divinæ inspirationi, seorsim Noacho concessæ, arbitratur, dubium non esse, quod DEUS ipsi revelârit, quænam animalia essent munda, quæ immunda. Quosdam existimare, munda fuisse credita, qua ultrò septena, immunda, quæ bina ultrò accesserint; alios accepisse per occupationem vocum. Sed, uti dictum, non conveniunt talia cum peracto, post egressum ex arcâ, sacrificiô, collato cum iis, quæ antecesserant.

XVI. *Alij* ratione sacrificii solùm mundiciem aut immundiciem vi loci hujus largiuntur, non autem ratione cibi. Hinc *Talmud ait, in Sanhedrin c.7. esum carnis non fuisse concessum ante diluvium*; adeoque discrimen ratione manducationis hîc locum habere non videtur. *In* עין ישר' *p. 111.* אמר ר' אדם הראשון לא הותר לו בשר לאכיל דכתיב לכם יהיה לאכלו ולכל חית הארץ ולא חית הארץ לכם וכשבאו בני נח התיר להם שנ' כירק עשב נתתי לכם: i.e. *dixit Rabbinus, Adam primus non habuit licentiam manducandi carnem, quia scriptum est, Gen.* XXI, *29.30. erit vobis* (herba) *in cibum & omni bestiæ terræ: non autem omnis bestia*


terræ. Postquam *autem venerunt filij Noachi, permisi eis, quia dictura est, Gen.* IX, *3. sicut olus herbæ, ita dedi vobis bestias.* Ubi duas innuunt rationes interdicti de carne manducanda ante diluvium, non improbabiles. 1. quia Genes. 1. ubi tota ratio victus & homini & bestiis præscribitur, non dicitur consistere, nisi in concessione victus, seclusi à carne, nec homini aliud quid, quàm bestiis conceditur. 2. quia בשר nunc etiam concedi dicitur caro, & quidem determinatè non viva, uti etiam Talmud in sequentibus notavit. Quid verò opus fuisset, addere limitationem ejusmodi. Nam procul dubio, cùm longævi fuerint Patres antediluviani juxta cum Cainitis, carne cruda tantum annorum numerum haud sunt consecuti. Neque caro cruda Cainitis poterat esse in deliciis. Quicquid verò sit, & quocunque sensu discrimen inter animalia munda atque immunda obtinuerit; non fuit mundicies, nisi talis, quæ fundata erat in lege quadam positiva.

XVII. Colligitur præterea, legem de ducendâ fratria viguisse ante Mosen, *ex Gen.* XXXIIX, *38.* ut nunc non urgeam, quæ disputare solent de illo, *Gen. I. crescite & multiplica-*

tiplicamini; ubi alii legem positivam extare volunt, aliis reclamantibus. Hæc de legibus: at de spiritualibus promissis nobis certum est, *Gen.* III, *15.* & *cap.* XII, *3.* latére, quæ in commodum spirituale hominibus cedere debeant; etsi hic quoque *Socinus* & *Crellius* omnem moveant lapidem, ut sensum pervertant, de quo Theologi fusè agunt: ac pleræque perversiones occurrunt in *Stegmanni Photinianismo.*

FINIS MISCELLANEORUM.





CABBALÆ JUDAICÆ
BREVIS EXPOSITIO.

I.

PErvulgatum eſt illud Judæorum de ſacris literis: אין בתורה אפילו אות אחת שאין הרים גדולים תלויים בה, i.e. *non eſt in Lege vel una litera, à quâ non magni dependeant montes*. Id extendunt quoque ad apices, quibus literæ ſupernè inſigniuntur, ſpinæ acutæ ſpeciem referentes, de quibus nonnulli accipiunt illud Servatoris, Matth. V, 18. *non peribit de lege jota unum, aut κεραία, donec omnia fiant.* Licet vero Hyperbolicè dictum cenſeri queat, ceu innuunt vel illa duntaxat loca, ubi ſola ſuperſunt puncta, elementis omnibus temporum injuriâ obliteratis, v. g. *Iudic. XX, 13.* ubi ., , בְנֵי. *Ruth. III, 17.* ubi ., , אֵלַי. *2. Sam.* XVI, *23.* ubi . , אִישׁ. *2. Reg.* XIX, *37.* ubi ., , בָנָיו. *Ierem.* XXXI, *38.* ubi ., , בָאִים legendum: vel ſolo etiam Jod deperdito, uti *1. Sam.* XX, *2.* עָשָׂה. *2. Samuel.* XXII, *8.* וַיִּתְגָּעַשׁ. *Nehem.* XII, *46.* רָאשֵׁי. docente hoc locorum adductorum evolutione:

ipſis

ipſis tamen aliter viſum, undè ajunt: על כל קוץ וקוץ תלי תלים של הלכות, i. e. *quilibet apex reconditos habet magnos ſcientiarum cumulos.* Addunt etiam, Moſen in altum aſcendentem vidiſſe Deum ligantem apices ad literas, rogatumque reſpondiſſe, venturum R. Akibam, eorundem interpretem.

II. Nec heri aut nudius tertius enata eſt hæc opinio; ipſe *Hieronymus*, Magiſtris Judaicis uſus, tot retrò ſeculis ſimile quid notavit. Nam in *Traditionibus in Geneſin ad c. XIX. Geneſ.* ita ſcribit. *Hebræi, cùm ſequitur, & neſcivit, cùm dormiiſſet cum eâ, & cùm ſurrexiſſet ab ea, appungunt deſuper, quaſi incredibile, & quod rerum natura non capiat, coire quempiam neſcientem.* Sanè quidem hodieque in Bibliis emendatioribus punctum illud *v. 33.* in dictione וּבְקוּמָהּ conſpicitur, & cum aliis quatuordecim curioſè à Rabbinis expenditur, uti videre eſt in *Commentario R. Salom. Iarchi.*

III. In Comentario autem ad cap. XXV. *26. Jeremiæ*, qui inſertus eſt *Tom.* IV. *operum* ad verba: *Rex* שֵׁשַׁךְ *bibet poſt eos*: ita ſcripſit: *Hunc habet ſenſum, omnes in circuitu nationes Babylonico imperio ſubjicebunt, & cuncta ſuæ ſubjiciet poteſtati, ita ut univerſæ,*

quas

quas præteritus sermo narravit, gentes ipsi serviant & bibant de calice ejus. Unde & in visione contra Babylonem scribitur, c. LI. calix aureus Babylon inebrians omnem terram. Novissimus autem Rex Babylonis bibet hanc potionem, propinante sibi ascensore bigæ, cameli & asini, *Cyro Rege Medorum atq; Persarum.* Jam Sanctus Pater quæstioni, à se motæ, respondet: *quomodo autem Babylon, quæ Hebraicè dicitur* בבל, *intelligatur* שֵׁשַׁךְ, *non magnoperè laborabit, qui Hebrææ linguæ parvam saltem habuerit scientiam. Sicut apud nos Græcum Alphabetum usq; ad novissimam literam per ordinem legitur, h.e. α, β, &c. usq; ad ω, rursumq; propter memoriam parvulorum solemus lectionis ordinem vertere, & primis extrema miscere, ut dicamus α ω, β ψ, & apud Hebræos primum est* א, *secundum* ב, *tertium* ג *usq; ad vigesimam secundam, & extremam literam* ת *cui penultima est* ש; *legimus itaq;* בש, את: *cumq; venerimus ad medium, literæ* ל *occurrit* כ, *& ut, si rectè legatur, legimus Babel; ita ordine commutatô legimus SESACH. Vocales autem literæ inter* ב *&* ב *&* ל *juxta idioma linguæ non ponuntur. Arbitrorq;, à Sancto Propheta prudenter fuisse celatum, ne apertè eorum contra se insa-*

se insaniam commoveret, qui obsidebant Hierusalem, & jam jam ejus potituri erant.

IV. Hæc suâ ætate cognitissima fuisse perhibet: ipse tamen solùm, quæ à Præceptoribus hauserat, recenset. At Christiani quoque Cabbalam, Judæorum exemplo, sectati sunt: nec defuére, qui secundam *Genes.* dictionem בָּרָא ita exponerent, ut singulæ literæ singulas dictiones referrent, ultima אָב, *patrem*; *prima* בֵּן, *filiū*; media רוּחַ, *Spiritum*, nempè *Sanctum*, Patri Filioque in essentia eadem indivisibili intimè junctum vel unitum: quam ipsam tamen Cabbalam risu hæretico, tanquam puerilem, *Georgius Enjedinus*, Photinianus, explodit, additô etiam Sarcasmo alio, ut א notet אַחֵרִי, ac ר designet רֵאשִׁית, & ב initium sit dictionis בְּלִיַּעַל, hoc sensu: *Tu es Princeps sceleratorum*. Audaciam hanc pridem damnârunt ipsi recutiti, qui circa Cabbalam non quidvis cuivis licitum esse, nedum, si blasphemum sensum gignat, hisce declarant verbis: וכאלה רבות עד אין תכלית ישמע חכם ויוסף לקח ובלבד שלא יסור מדברי התורה ימין ושמאל: , *i. e. talia propemodum infinita sunt, quibus auditu perceptis disciplinam ADDET sapiens* (Prov. I,5.) *eâ tamen conditione, ut à*

ut â verbis Legis nullatenus recedat, sive dextrorsum, sive sinistrorsum.

V. Alii expendentes verba Christi, *Joh.* III, *14. Sicut Moses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis*: ipsas *Messiæ serpentisq́* voces ita inter se compararunt quâ numeros, ut, ceu נָחָשׁ, *i.e. serpens*, in numeris conficit 358. מָשִׁיחַ quoque totidem nobis exhibeat: id quod factum censent non temerè aut fortuito, sed potiùs sapientissimo DEI consilio & occulto providentiæ ipsius ductu, ut sic serpens ille æneus in eô etiam fuerit Christi typus, quòd utrumque nomen eundem pariat numerum.

VI. Nonnulli ex Pontificiis verba *Jeremiæ* urgent è *cap.* XXXIII, *25. Nisi esset* בְּרִיתִי *pactum meum, diem ac noctem, leges cælo ac terræ non posuissem.* Observant itaque, ratione arithmeticâ voces בְּרִית & יֵשׁוּ וּמִרְיָם ad eundem numerum ascendere. Cùm enim בְּרִית arithmeticè contineat apud Hebr. 612. ac totidem nomina ישׁו ומרים, i.e. *Jesus & Maria*, verba Prophetæ sic interpretantur: *nisi pactum meum esset, i.e. nisi amor esset mei Jesu & Mariæ, diem & noctem, leges cælo & terræ non posuissem*, h.e. mundum

dum non creâssem: cujus rei ratio est propter Adami peccatum, quòd corrupisset totum mundum, quia hominem, propter quem ille conditus est, perdidisset, ut prolixè persequitur *Galatinus*, lib. 7. de A.C.V. c. 2. qui libro III. c. 20. de eodem nomine Jesu Cabbalam refert, ex *Genes.* XLIX, *10.* ubi verba, יבא שילה ולו, si ad literas initiales attendas, nomen יֵשׁוּ pariunt, non minus ac *Psal.* LXXII, *17.* illa, יִנּוֹן שְׁמוֹ וְיִתְבָּרְכוּ, quem locum ipsi Judæi vetustissimi de Messia interpretantur in Talmud Massechet *Sanhedrin*, *cap.* XI. quod חלק inscribitur & plurima de Messiâ continet. Quanqúam forsan è re foret, abstinere potius à scriptione vocis יֵשׁוּ, resecto â fine ע, quam Cabbalam investigare; cùm, quòd *Elias* אשכנזי fateatur, hanc apocopen respicere Christianos, יֵשׁוּעַ, i. e. *salutem* à Christo expectantes: tum, quod satis constet, quid per ישו' abbreviatum designent, videlicet ימח שמו וזכרונו: uti quoque per און גליון quod nos *Evangelium* vocamus.

VII. Denique Johannes in *Apoc. c.* XIII, *18.* singularem sapientiam in computationem numerorum per numeros cadere asserit, atque exemplum ejus investigandum relinquit

linquit in numero 666. undè emergere possit numerus bestiæ & nomen ejusdem. Hinc *Johannes Piscator in Comment.* ad eum locum adfert dictionem רוֹמִיִּית, in quâ numerus iste latet, hâc admonitione additâ, *non concedendum esse propterea, ut quodlibet nomen, in quo numerus iste reperitur, sit nomen illius bestiæ: quia hæc non tantum ex isto nomine, sed ex compluribus argumentis describitur, è quorũ numero & hoc sit.* Hęc dum scribo, in mentem venit *Iudæi* cujusdam, N.T. exagitantis circa res varias; in specie autem de loco *Apoc.* XIII, *18.* ait: *neminem adhuc vidi, qui hunc locum perspicuè sit interpretatus: ego verò bonam ejus interpretationem adferre possum.* En Judæum Novi fœderis interpretem! Malè factum, quòd eam nobiscum non communicavit.

VIII. Sic quidem hactenus Christiani: juvat autem nosse, quid sit Cabbala, quot ejus species, & cui bono excogitata vel tradita. Si nomen spectemus, קַבָּלָה acceptio est: si vim nominis, מָסוֹרֶת, i.e. *traditionem acceptam à majoribus* significat, *profundissima legis mysteria indagantem de rebus divinis, angelicis, humanis & cœlestibus, idq; variis rationibus symbolicis.* Modi verò illi consi-

stunt

ſtunt in ſcrutinio literarum, apicum, vocum integrarum, & cujusdam arboris, quam totius doctrinæ hujus fundamentum indigitant.

IX. Literæ ſunt vel Alphabeti *ordinarij*, vel *extraordinarij*. *Ordinarium* varias gignit Cabbalæ ſpecies; & quidem vel totum, vel juxta certas quasdam partes. Totum vel plures verſus ſpectat, vel unicum ſolum aut duos. *Kimchi ad Pſal.* XXV, *1.* ita ſcribit: זה המזמור נאמר באלף בית וכן יש אחרים בספר כמוהו ויראה שכל מזמור שנאמר באלף בית הוא לפי גדולו, *Pſalmus hic dictus eſt Alphabeticè, uti quoq; alij nonnulli in hoc libro; videtur autem, quemvis ejusmodi Pſalmum Alphabeticè dictum eſſe ob dignitatem ſuam.* Sunt verò *Pſalmi* reliqui, quos innuit, hi: XXXIV. XXXVII. CXI. CXII. CXLV. CXIX. undè rurſum ſcribit de ultimo hoc: המזמור הזה היה נכבד מאוד וחברו דוד על שמונה אלף בית, h.e. *Pſalmus hic valdè venerabilis eſt, quippe quem David compoſuit, adhibito octuplici Alphabetô.* His adde *Ieremiæ Threnos*, & *cap.* XXXI, *Proverbiorum*.

X. In unico autem verſu totum Alphabetum occurrit ſæpius. Nam *Maſoræ* hæc nota eſt ad *Ezech.* XXXVIII, 12. לפלול פלל חד

מן כ״ו פסוקין בקריא דאית בהון כלא״ב, h. e. *versus ille, qui incipit*, לְשלול שָׁלָל, *est unus de illis viginti sex, in quibus occurrit totum Alphabetum.* Certè *Deut.* XXXIII, 20. ejus quoque exemplum habemus, sive *Masora* eodem respiciat, sive secus, idque, Judæorum judiciô, non sine mysterio. Sic enim in *Baal Hatturim* docetur : בברכתו של גד תמצא כל אל״פא ביתא לפי שמשה רבינו ע״ה קבור בחלקו שקיים כל התורה כולה מאל״ף ועד תי״ו :, h. e. *in benedictione tribus Gad invenies totum Alphabetum* (in duobus versibus) *quia Moses magister noster, super quo sit pax, in ejus territorio* (quod vocant) *sepultus est, qui totam prorsus legem observavit, ab Aleph ad ipsum usq; Tav.*

XI. Si certas quasdam Alphabeti literas consideremus, emergit nova Cabbalæ ra-
Gema- tio. Cùm enim literæ Hebræorum nume-
tria. ros simul indicent, prodit illa species, quod גִּימַטְרִיָא *Gematria* vocatur, cujus hæc est *regula:* Quando in duabus aut pluribus vocibus, inter se collatis, (vel una etiam litera ad plura, vel unum respicit) idem prodit numerus, tunc mysticè una explicatur per alteram, v. c. *Gen.* XXI, 9. legimus: *vidit Sara filium Hagar ancillæ Ægyptiacæ* מְצַחֵק. Hæc dictio *lusum* sonet, an *illusionem* (ut simplex ponatur

ponatur pro composito, quo Hebræi destituuntur) primâ fronte non satis liquet: certum tamen est, ejusmodi quid notari, quod Saram ad talem commovit iram, ut Ismaëlem ne in ædibus quidem suis ampliùs ferre posset. Unde ipse quoque *Apostolus* aliud innuit, quàm litera per se fert, *Gal.* IV, 29. *Is* (inquit) *qui secundum carnem genitus erat, ἐδίωκε, persequebatur eum, qui secundum spiritum natus.* Ergò non fuit lusus puerilis. Quid ad hæc Cabbalistæ? Ajunt: מצחק בגימטריא להרג זהו מא״רזל שהיה יורה בו חץ כדי להורגו, hoc est, *dictio* מצחק *per Gematriam tantundem valet, atq;* להרג *nempè 238. atq; hoc ipsum est, quod dixerant magistri nostri, quorum memoria sit benedicta, sagittâ Isaacum petebat Ismaël, ut ipsum interficeret.*

XII. Porrò, cũ quævis litera dictionis alicujus sit initium, salvo sensu, pro singulis literis singulæ dictiones substituuntur, quæ *altera regula* est, atque appellatur species hæc נוטריקון. V. g. *Gen.* XLI, 45. vocavit Pharao nomen Josephi צָפְנַת פַּעְנֵחַ. *Hic* (ajunt Judæi) *latet mysterium, quod* נוטריקון *vocamus.* Expende singulas literas juxta ordinem, & pro illis substitue hasce dictiones: צדיק פטפט כפט תלוה פוטיפר נגח גמשו חנם, h.e. *Notaricon.*

 Iosephus

Iosephus justus appetitui concupiscibili restitit: at Potiphar animam ejus sine causa afflixit. Sic mali ominis causâ Jacobum Josepho, præter cæteros dilecto, tunicam polymitam fecisse, ex ipsa voce פַּסִּים, quæ extat *Genes.* XXXVII, *3.* colligunt: פסים נוטריקון פסים פוטיפר סוחרים ישמעאלים מדינים, h.e. *dictio* פסים *per Notaricon innuit Potipharem, negotiatores, Ismaëlitas, & Midianitas*, in quorum manus Josephus venditus incidit.

XIII. Simile exemplum adducit *Sixtus Senensis lib. III.* B. S. ubi de notis literatis agit. Verba ejus hæc sunt: *Scilus nechudoth* (lege שְׁלוֹשׁ נְקוּדוֹת, ternarius punctorum) *h. e. tria puncta, super quamvis literam posita, apud Kabbalistas, Iudæorum expositores, in usu sunt, quoties per singulas alicujus dictionis literas, singulas dictiones volunt intelligi. v. g. cum in Psalmo tertio dicitur, v. 2.* רַבִּים, *multi insurgunt adversum me, Kabbalistæ, exponentes hoc de populo Judaico, quærunt, qui sunt* רבים, *i.e. multi, qui insurgunt adversus populum Israël? & respondent: isti sunt illi quatuor populi, quos David significat, per quatuor dictionis literas* רבים; *hoc est* ר *Romani* (רוֹמִיִּים) ב *Babylonij* (בַּבְלִיִּים) י *Jones sive Græci* (יְוָנִים) ם *Medi sive Persæ. Has enim*

quatuor

quatuor dictiones literæ supernotatæ punctis ostendunt.

XIV. Et *Cornelius de Lapide in Comm. ad Rom.* VIII,13. ſcribit: *Tradunt Hebræi, ſimili emblemate pro ſcuto uſos fuiſſe Maccabæos, nimirum illo verſiculo cantici & triumphi Hebræorum, merſo Pharaone, Exod.* XV, 11. *quis ſimilis tui in fortibus, Domine? quod quaſi inſigne belli & victoriæ ubiq; præferebãt, hoſtesq; fortiſſimos & numeroſiſſimos parvâ manu proſternebant; indeq; tradunt, dictos eſſe* מַכַּבִּי *aut Maccabæos; nimirum à literis Hebraicis, quæ ſunt initiales ſingulorum dictionum verſiculi jam dicti, qui in Hebræo ſic habet:* מי כמוך באלהים יהוה. *Si enim à prima dictione capias literam primam* מ, *à ſecunda primam* כ, *à tertia primam* ב, *à quarta primam* י, *easq; conjungas, facies* מַכַּבִּי, *h. e. Maccabæus.*

XV. Succedit modus dictus ראשי תיבות, cujus hæc *regula* eſt: quando diverſarum *Ra-*
dictionum literæ initiales aliam vocem, *ſche*
vel plures etiam, pariunt, ſenſu ſalvo, tunc *The-*
notatur myſticum quid. *v. g.* Quis fuerit ille *bhoth.*
Melchiſedec, idem Rex atque ſacerdos altiſſimi, variè diſputatur. Judæis placet, quod fuerit Sem, filius Noachi, unde ſic ſcribunt: מלך סלם רלסי תיבות סס לומר לך סזה סס בן נח,

 h. e.

h.e. *quum Gen.* XIV, *18. legimus* מלך סלם, *ibi initia dictionum constituunt* שֵׁם, *quo te doceat, hunc fuisse Sem, Noachi filium*.

Sophe Thebhoth.

XVI. Item alius, qui nuncupatur סופי תיבות. *Regula* ejus hæc est: Quando dictiones, aliter atque aliter in fine cadentes, novam quandam producunt, mysticè aliquid indicatur. Imprimis notatu dignum, quod dictionem אֱמֶת per hosce duos modos creberrimè eliciant, v. c. ex *Genes.* I, *6. & seq.* Nam, cùm *omnes viæ Domini dicantur esse* חֶסֶד *&* אֱמֶת, *Psal.* XXV, 10. h. e. opera ejus, gratis promissa & fideliter præstita, veritatem passim quærunt, operosius autem d. l. hoc modo: בראשית ברא אלהים סופי תיבות אמת מלמד שברא העולם באמת כמו שנאמר ראש דברך אמת ברא אלהים את סופי תיבות אמת . וי״א אלהים את סופי תיבות אמת . ויברא אלהים את סופי תיבות אמת, i. e. *In verbis illius: IN PRINCIPIO CREAVIT DEUS, literæ finales constituunt dictionem* אמת, *& ita similiter in cæteris, sexies, &c.* Quibus accedit juxtà §. præcedentem aliud ex Psal. LXXXV, 12. אמת מארץ תצמח ראשי תיבות אמת, h.e. *quùm legimus: veritas de terra germinabit, literæ initiales conficiunt dictionem* אמת, quæ ob fidelitatem in servandis promissis bis occurrit, semel literaliter, iterùm

rùm verò mysticè. Atque huc respiciunt, cum agunt de certa spe corporum è terrà suscitandorum, atque huic schemati includunt, ut quaquaversum legi sententia illa queat.

ת	מ	א
ץ	אר	מ
מת	צ	ת

XVII. Porrò attendunt Cabbalistæ ad literarum *figuram*, & *quantitatem*. Cum enim literas quantitate, ut Latini, non varient, certasque finales ac medias habeant, inquisivére in majuscularum, minuscularum, suspensarum, inversarum, clausarum causas mysticas. Juvat itaque singularum adduxisse exempla. *Deut.* VI, 4. hæc verba extãt: שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד, *audi Israël, Dominus Deus noster unus est* :ubi duas literas *majusculas* mysticum quid notare censent. Sic enim ajunt: עי״ן ודל״ת גדולה הרי עד ונתו לתם עדי כלם יהוה. וגם הקב״ה הוא עד לישראל כדכתיב והייתי עד ממהר:, i. e. *Ain & Daleth, hic majusculæ sunt, undè illis conjunctis efficitur dictio* עד, *i. e. testis: atq; hoc est, quod dicitur* *Litera majuscula.*

 Esa.

Eſa. XLIII, *10. vos teſtes mei eſtis, inquit Dominus. Quin etiam Deus S.B. teſtis eſt Iſraëlitarum, ſicut ſcriptum eſt, Malach. III, 5. ero teſtis velox.* Attenditur ſcilicet ad mutuum illud Dei & populi teſtimonium.

Minuſcula. XVIII. *Minuſcula* hinc indè occurrunt. Exemplo nobis ſit locus, *Prov.* XXVIII, *17.* אדם עשק בדם נפש, *homo oppreſſor propter ſanguinem vitæ.* Hîc Daleth in voce אדם minori forma ſcriptum aſſerunt, כי שופך דמים הורג ארבעה הנפש ואשתו ובניו ודם זרעותיו, h. e. *quia, quia effundit ſanguinem, quatuor perimit: ipſum proximum, cujus vitæ inſidiatur, liberos, uxorem, & poſteritatem.* Sic de Abrahamo legimus, *Geneſ.* XXIII, *2.* quòd *venerit ad plangendum Saram* ולבכותה, ubi Caph eſt minuſculum. Quæ ratio ſit ſcriptionis, parùm modeſtè hiſce verbis indicant: כף קטנה שלא בכה אלא מעט לפי שזקנה היתה, *Caph parvum eſt; neq; enim flebat, niſi parùm, eò quod Sara eſſet ætate jam confecta vel vetula.*

Inverſa. XIX. Ex *inverſis* habemus literam Nun, *Num.* X, 35. ubi vox בנסע hoc modo ſcripta legitur בנסע, cujus rationem hanc reddunt, *fugam nempè hoſtium*, cujus in textu extat mentio. *Ceu itaq; litera inverſa eſt: ita hoſtes converſos tergum daturos.* De *ſuſpenſis.*

ſis egit jam Buxtorf. in Comment. Maſoretico, c.16. de Mem *clauſo*, Eſa. IX,7. in voce לםרבה pridē ſoliciti fuêre non minus Chriſtiani, quàm Judæi, adeoque videri poteſt *Galatinus* cum aliis.

XX. Cæterùm hæ fuêre ſpecies Cabbalæ Alphabeticæ ſimplices; at dantur quoque *compoſitæ*, quarum expoſitionem ſubjungam, ubi priùs actum fuerit de *Alphabeto extraordinario*, cujus uſus hîc non eſt infrequens. Illud verò *triplex* faciunt, denominatione petitâ à vario literarum concurſu.

XXI. *Primum* eſt Alphabetum אַתְ־בַּשׁ dictum, ubi literæ ſic combinantur:

את בש גר דק הץ וף זע חס טן ים כל

לך מי נט סח עז פו צה קד רג שב תא

Alterum vocatur אַל־בַּם, cujus hic ordo eſt:

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ

ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת

Tertium אַט־בַּח nuncupatur, quod rariùs omninò occurrit, & literas ita in tres ordines dividit, ut primus denarium, alter centenarium, tertius millenarium conſtituat, ex duabus conflatum literis hoc modo:

10 דו	10 גז	10 בח	10 אט
100 יץ	100 כף	100 לע	100 מס
1000 קץ	1000 רף	1000 שז	1000 תם

XXII. De Athbaſch ſupra allatum fuit exemplum ex ipſo *S. Hieronymo*, §. 4. tantam præ ſe fert hæc Cabbalæ ſpecies antiquitatem. In *Talmud Maſſechet Sanhedrin c. 2.* aliud occurrit. Cum enim *Danielis c. V.* referatur, Aſtrologos, Chaldæos, haruſpices legere non potuiſſe, quæ digiti manus humanę ſcripſerant in tectorio parietis regii palatii, quęrunt: מַאי לָא כָהֲלִין כְּתָבָא לְמִקְרָא *quid eſt*, quod ſcribitur, *v. 8. non poterant ſcripturam legere*? Reſpondet autem variè. Alius ait, ſcriptum fuiſſe hôc, alius aliò modô: ſuus tum Cabbalæ relictus fuit locus. Ait enim quidam, ſcriptum יטת יטת, אדך פונחמט, undè *Scholiaſtes per* אתבש ſignatum fuiſſe his verbis tradit: באתבש מניחאת זו וכותב מה שבצדה במקום מם כותב יוד הסמוכה לה ובמקום נון כותב טית ובמקום אלף כותב תיו, h. e. *In*

In Alphabeto Athbasch lector relinquit unam literam, & substituit in scriptione aliam, quæ in latere ejus est, hoc quidem loco pro מ *scribit* י *ei vicinum, pro* ג *verò* ט*, ac* א *pro* ת. Et sic in cæteris, donec integra sententia illa absoluta sit. Nempe igitur Cabbalæ huic non minùs deditus erat Daniel, quàm Jeremias.

XXIII. Nec *Esaiam* talia latuisse perhibent. Cùm enim, *c.* VII, *7.* mentionem faciat Regis cujusdam, טָבְאַל dicti, quem omnis Judæorum ignorat Historia, ad mysticam interpretationem confugiunt: ûnde *R. Salomon* ita commentatur: יש לפרש טבאל אמר לא טוב בעיני המקום ובגימטריא אותיות אלבם רמלא בן טבאל בן א"ל ב"ם ט"ר רמלא הוא, h. e. *licet vocem* טָבְאַל *exponere, quod sit is, qui Deo* (Rabbinis מָקוֹם dicto) *non placet: & prætereà in specie quadam Gematriæ* (abusivè ita dictæ, non strictè) *ubi literæ* אל־בם *inter se permutantur, si commutes invicem* ט"ר., ב"ם & א"ל, *prodit filius Ramlæ vel Remaliæ, pro filio Tabbeal*: ita verò Propheta nomen propriũ occulere voluit, ne fortè Regem offenderet. Exemplum aliud videri potest in Antibarbaro Biblico *Sixtini ab Amana, in dissertatione de nomine* יהוה, §. 44. p. 506.

XXIV. De *Ath-bach* denique aliquid

monen-

monendum. *Kimchi in libro radicum* hæc tradit: נֶה גְּבוּל אֲשֶׁר תִּתְנַחֲלוּ אֶת־הָאָרֶץ כמו זה וכן תרגם יונתן דין תחומא והג״ימל ציין בד״לפא ביתא באט״בח h.e. *quod scriptum est, Ezech.* XLVII, *13.* גֵּה iste est terminus, quo in hereditatem divideris terram; *perinde est, ac si dixisset* זֶה, *uti quoq; reddit Jonathan* דֵּין *iste*. *Et quidem Gimel respondet literæ Dsain in Alphabeto* אטב״ח. Cum *Kimchio* facit quoque *Schindlerus in Lexico. Idem Rabbi* in eodem opere, cùm tractaret locum *Ezech.* XXI, *15.* ubi extat, אִבְחַת חָרֶב, sic loquitur: יש מפרשים כמו טבחת בחילוף אלף וטית בא״לפא ביתא דאטבח, h.e. *sunt, qui* אבחת *exponant, ac si scriptum esset* טבחת, א & ט *permutatis invicem, ex Alphabeto Athbach.* Conferatur iterùm *Schindlerus*, qui *Chaldæum* quoque in Cabbalæ hujus societatem trahit.

Compositio modorum Cabb.

XXV. Neque verò hi simplices tantùm modi obtinent: sed hincindè *compositi* quoque occurrunt. Magnifaciunt Judæi circumcisionem, uti liquet è verbis *Baal Hatturim ad c.* XI. *Numerorum*: המילה מצלת מדינה של גיהנם; h. e. *circumcisio liberat à judicio vel pœnâ gehennæ aut inferni.* Hoc dogma per Cabbalam, sed compositam, ita confirmant ex *Deut.* XXX, *12.* המצוה הזאת לא בשמים היא לאמר

לאמר מי יעלה לנו השמימה. ראשי תיבות מילה וסופי תיבות יְהֹוָה לומר אינו יכול לעלות אצל השם לא שיהא נימול וכן התהלך לפני והיה תמים שנאמר על מילה hoc est: *præceptum hoc non est in cælis, ut dicas: quis adducet nos in cælum? Hic initia dictionum formant dictionem* מילה, *& fines earundem nomen* יהוה, *hoc modo*: מ'י יעל'ה ל'נו' השמימ'ה, *& docent, neminem posse ascendere ad Deum, nisi sit circumcisus: sicut etiam dictum, Gen.* XVII, 2. *ambula coram me, & esto perfectus; quæ verba utiq; circumcisionem spectant.* Aliàs dicunt: אברהם יושב על פתח גיהנם ואינו מניח לאדם שנימול ליכנס שם חוץ ממי שבא על הגוים שנמשכת ערלתו ואינו מכירו:, i.e. *Abraham sedet præ foribus Gehennæ, neq; concedit, ut intret quisquam circumcisus eam, nisi qui rem habuit cum muliere Christiana vel gentili: ejus enim præputium ita attractum est, ut eum pro circumciso agnoscere nequeat.* Simile quid moliuntur in verbis, *Exod.* 1, 1. Si enim vocabulis יִשְׂרָאֵל הַבָּאִים conjungas ultimis literis primas, prodit מילה, h. e. circumcisio: & porrò si ex sequentibus אֵת יַעֲקֹב אִישׁ ultimas componas, oritur indè vocula שַׁבָּת, h. e. Sabbathum. Quid verò inde colligunt? respondent: לומר לך בשביל שבת ומילה שמרו במצרים נגאלו, *ut dicat* Moses *tibi, quod Israëlitæ liberati sunt à servitute Ægyptiaca, ob*

Sabbathum in Ægypto observatum (de quo *Gomarius* cum aliis hactenus acriter dimicavit) *& celebratam ibi circumcisionem.*

XXVI. Ita quidem conjunguntur סופי תיבות & ראשי תיבות: sed in aliis speciebus talis quoque invenitur combinatio. *Gen.* XI, 29. ait *Moses*: *duxerunt Abraham & Nachor uxores: nomen uxoris Abram, Sarai; & nomen uxoris Nahor, Melcha, filia Aram, patris Melchæ & patris Jeschæ*, uti habet *Vulgata versio*. Quæ sit illa יִסְכָּה, dissentiunt. Rabbini eam cum Sara eandem faciunt: neque nova est hæc opinio. Sic enim *Hieronymus in Traditionibus Hebraicis* in Genesin: *Aran, filius Thare, frater Abraham & Nachor, duas filias genuit, Melcham, & Sarai, cognomento Jescan, διώνυμον, è quibus Melcham accepit uxorem Nachor, & Sarai Abraham. Necdum quippe inter patruos & fratrum filias nuptiæ fuerunt lege prohibitæ: quæ in primis hominibus etiã inter fratres & sorores initæ sunt.* Hãc *Hieronymi* sententiam perspicuè confirmant Cabbalistæ; ajunt enim: שרה באתבש נגץ שהוא בגימטריא יסכה זהו רמז למה שאמרו חכמים ז״ל יסכה זו שרה, h.e. *dictio* שָׂרָה *per Alphabetum Athbasch respondet literis* נגץ, *quæ per Gematriã tantũdem faciunt, atq;* יִסְכָּה. *sc.* 95. *Atq;*

95. Atq; hoc est memoriale ejus, quod dixerunt sapientes h. m. Jiska est ipsa Sara.

XXVII. Aliud exemplum reperitur, *Deut.* XXXIII, 7. Hæc est benedictio Judæ שְׁמַע יְהוָה קוֹל, *audi, Domine, vocem Juda*, & ad populum suum introduc eum, יָדָיו רָב לוֹ, *manus ejus pugnabunt pro eo.* Sic verò Judæi: שמע יי׳ קול ראשי תיבות בגימטריא יהושפט שהתפלל על יהושפט במלחמה רמות גלעד ידיו רב לו סופי תיבות בגימטריא דוד, i.e. *verba*, audi Domine vocẽ, *per literas initiales in Gematria producũt nomen Josaphati,: nempè Moses hic oravit pro Josaphato, ob bellum futurum iin Ramoth Gilead. Illa verò*, manus ejus pugnabunt pro eo, *itidẽ per literas finales Gematriæ conjunctas, efficiunt nomen Davidis*. Plura ut jam adducam, nulla subigit necessitas.

XXIIX. Hactenus de literis, varioque Alphabeto: nunc earum *apices* videamus, ad quos Cabbalistæ subindè provocant. Exempla passim occurrunt in *Baal-Hatturim*. Juvat unum atque alterum adduxisse. *Deut.* V, 16. Moses ait: לְמַעַן יִיטַב לָךְ *ut benè sit tibi*; ibi notatum est, תגין על הט״ית שעברתו אמו תשעה חדשים, h.e. *apices quidam impositi sunt literæ ט, quia mater ejus eũ gravida in utero fovit IX. mẽsibus*. Cap. VI, 8. וְהָיוּ לְטֹטָפֹת בֵּין עֵינֶיךָ

de apicibus literarum.

בֵּין עֵינֶיךָ: *& erunt in frontalia inter oculos tuos.* Nota: טטפות ט' תגין כנגד ט' איברים שבראש, i.e. *dictio* טוֹטָפוֹת *habet novem apices, qui designunt 9. membra capitis.* Ibid. *v. 7.* ad verbum וּבְקוּמֶךָ scribitur: תגין על הקוף לומר שהעומד בבקר יתפלל ק' ברכות וינצל מצח קללות: h. e. *apices impositi sunt literæ Kuph, ut innuat hominem manè surgentem & recitantem centum benedictiones* (usitatas) *liberum futurum à 98. maledictionibus.* (Confer *Job.* VI, *19.*) *Ibid. c.* XXXII, *47:* לֹא־דָבָר רֵק הוּא, *nihil hîc frustraneum vel superfluum.* Nota: תגין על הקוף לומר שאפילו על התגין של תורה תלו תלים של הלכות: i.e. *apices sunt super litera Kuph, ut dicat Moses, vel in illis ipsis legis apicibus esse magnos constitutionum cumulos,* uti quoque supra indicatum fuit, §. I.

XXIX. Similia alibi quoq; offendimus, nempè *Gen.* XVIII, *7.* וְאֶל הַבָּקָר רָץ; *ipse verò Abraham currebat ad gregem armentorum.* Nota: שלשה תגין על הקוף לומר ששלשה היו ובזכות זה נתן לו בן למאה שנה, h. e. *tres apices habet litera Kuph, ut innuat, tres fuisse, qui apparuére, & quod eo nomine dignus factus sit, ut* (ק 100) *centenario nasceretur filius.* Exod. IV, 11. *Ego ero cum ore tuo,* וְהוֹרֵיתִיךָ, *& docebo te, quæ loquaris.* Nota hæc est: והוריתיך ה' תגין על הה' לומר

לומר והוריתיך על פי חמשה חומשי תורה מלתן לך i.e. *in dictione* והוריתיך *sunt quinq; apices impositi literæ* ה, *quibus hoc indicare vult, futurum, ut Deus Mosen doceat juxta Pentateuchum*, seu quinque libros, *quos ei dare decreverat*. Ibid. v. 17. *Sumes* המטה *baculum istum in manum tuam*. Nota: המטה חמשה תגין על הה׳ לומר שהוא צדיק תשיעי שהיה המטה בידו · אדם׳ חנוך׳ נוח׳ שם׳ אברהם׳ יצחק׳ יעקוב׳ יוסף׳: h.e. *vox* המטה *habet quinq; apices super litera He, ad indicandum, quod fuerit nonus ex numero illorum justorum, qui baculum istum suâ gestarunt manu. Nam antecessores ejus fuerunt: Adam, Enoch, Noah, Sem, Abraham, Isaac, Jacob, Joseph.*

XXX. Pro explicatione loci hujus postremi sciendum, in פרקי אבות, cap 5. baculum Mosis referri inter illa decem, quæ condita sunt die sexto, & quidem בין השמשות. Quæ autem ejus fuerit ratio, quod ei inscriptum שם המפורש, quod ab Adamo exule sublatus è Paradiso, & juxta seriem Patrum devenerit ad Josephum in aulam Pharaonis, & tandem per Socerum Mosis (qui decimus videtur, sed hîc inter צדיקים non computatur) ad ipsum Mosen, id prolixè recensetur in *libro*, qui inscribitur דברי הימים

של מטה: nonnulla inde transtuli in *Theologiam Talmudicam*, pag. 100. circa finem, quæ ibi videri possunt.

XXXI. Unum & alterum addam de litera שׁ vel שׂ: jam enim perindè est, utra locum inveniat. Prior legitur, *Num.* XXIII, *9. Ecce populus solus* יִשְׁכֹּן, *habitabit.* Nota hæc additur: שבעה תגין על שין דישכון לומר לך שישכון בארץ שבעה עממים, h. e. *septem apices sunt in Schin verbi* ישכון, *ut dicat tibi, quòd habitare debeat in terra septem populorum.* Altera extat Gen. XLVI, 2. *dixit Deus* לְיִשְׂרָאֵל, *ne timeas descendere in Ægyptum, &c.* cujus nota est: שבעה תגין בשין על שם ישראל כי שבע יפול צדיק וקם · שבאו עליו שבעה צרות וניצל מהם · עשו׳ לבן׳ מלאך׳ דינה יוסף שמעון בנימין: h. e. *septem apices habet litera Sin in voce* ישראל, *quia illis notatur, septies cadere justum, ita tamen, ut resurgat,* Prov. XXIV, 16. *venerunt enim super eum septem afflictiones, sed è singulis liberatus est; illæ erant: Esau, Laban, Angelus luctator, Dina subacta, Ioseph venditus, quem à fera discerptum putabat; Simeon, Benjamin.* Nempè, pro ratione circumstantiarum, in quovis textu numerum apicum aliter atque aliter exponunt: unde quoque invenias: שין יש לה שבעה זיינין כנגד שבעה רקיעים: h. e. *Sin vel* ש *habet*

bet septem coronulas, quibus respicitur ad septem expansa; per hæc vero intelligunt sigillatim מעון׳ מכון׳ ערבות׳ זבול׳ רקיע׳ וילון׳ שחקים׳, &c. de quibus in *Theol. Talmud. p. 118.* non ita procul à fine.

XXXII. Plura passim occurrunt: quia autem hæc in vulgus nota non sunt, præstat aliquid de generalibus addere, quàm sermonem abrumpere. Vocantur itaq; apices literarum כְּתָרִים, זָיְנִין, תָּגִין. Vox כְּתָרִים *coronas* sonat, ac id nominis indè adepti sunt, quòd summitatem literarum, ubi plures concurrunt, coronæ instar exornent: זָיְנִים dicuntur, quòd *spicula referant*: תָּגִין itidem *coronas* interpretantur, ex Chaldæo & Arabico. Nam Arabicè تَاج, est *diadema*; & تَوَّج, *coronavit*. *Capellus* קוֹצִים quoque indigitari asserit, refragante *Buxt. p. ult. Tr. de Antiquit. Punct.* contra quàm factum in Lex. Talmud. Auctorem harum coronarum faciunt ipsum Deum, uti est in *Beth Israel*, pag. 166. col. 2. ac verba adducta sunt in Lexico citato voce קוֹץ, ubi Deum respexisse ajunt Judæi ad R. Akibham Ben Joseph, cujus Alphabetum etiam inveni, & quia rarum est, huc referam.

XXXIII. Extat vero in ספר הכוונות, h. e. *in libro intentionum*, quæ in ſacris cumprimis requiruntur ſcriptis. Auctor ſe petiiſſe ait è ſcripto alio antiquo, & quidẽ, כמו שהיה דורש רבי עקיבא בן יוסף, h. e. *ad eum modum, quo myſticè tractabat R. Akibha, filius Ioſephi.* Ordo literarum, & numerus apicum hic eſt:

א יש לה ג׳		ץ יש לה ״
ב יש לה ב׳	מ ם יש לכל א׳ מהם	חמשה זיינין
ג יש לה ג׳	ב׳ זיינין	ק יש בו ב׳
ד יש לה ב׳	נ יש לה ג׳	זיינין ופעמים
ה יש לה ג׳	ס יש לה ב׳ } זיינין	זיין א׳
ו יש לה א׳ } זיינין	ע יש לה ג׳	ר יש בו זיין א׳
ז יש לה ג׳	פ יש לה ב׳ זיינין ויש	ש יש לה ג׳
ח יש לה ב׳	פ״ה מגולגלת ף	זיינין ופעמים
ט יש לה ג׳	ומזויין ג׳ זיינין ויש	ששה ולפעמים
כ יש לה ב׳	פ״ה אחרת מגולגלת	שבעה
ך יש לה ג׳	ואין בה זיינין	ת יש לה ב׳
ל מעוטרת	צ יש לה ג׳ זיינין	זיינין ולפעמים
מלעילא ולמטה		תג א׳

XXXIV. Ex hac tabula percipi poteſt, non modò quot cuivis literæ apices conveniant: ſed id quoque, quòd Jod nullum agnoſcat. Aliàs recepta habet ſententia: שבעה אותיות צריכות זיינין ג׳ ואלו הן שעטנז ג״ץ, h.e. *ſeptem*

ſeptem literæ opus habent tribus apicibus; *nempè* שעטנז ג'ץ, *uti* quoque habes apud *Galatinum l.2.c.14.de A.C.V.* ubi exemplô rem declarat *Abraham Pici*. Certè variant Auctores, & è *Baal Hatturim* geminum paulò antè adduxi exemplum, ubi, præter R. Akibhæ Alphabetum ה quinque apices habet, ק autẽ tres. In Synagogis codex Moſaicus punctis deſtituitur: undè hi apices illorum loco certis in locis adhibiti majori aut minori numero arcana juxtà cum aliis quibusdam punctulis non-vocalibus deſignant. Cùm vero cautum ſit ab illis, ne craſſiùs apices pingantur, ſed ad modum fili tenuiſſimi, quod pilis reſpondeat; artifici tam felici eſſe haud contigit, ut ſubtilitatem illam ars exprimeret; adeoque hodiè in excuſis ejus ſigni ne umbra quidem ſuperat: uti quoque ſublatum eſt ſignum literæ raphandæ, ſeu lineolæ Raphe, cujus veſtigium non conſpicitur, niſi, *Exod.* XX. & *Deut.* V.

XXXV. Quod ſi curioſè ſciſciteris, quid ſibi voluerit ille *R. Akibha Ben Ioſeph* hoc Alphabeto, & litera *Pe*, incurvatâ ultra legem? *Reſpondeo*, varia ipſum volviſſe animo, quorum certitudo nos fugit: à ſolâ

enim fide Cabbalam dependere, cupiunt. Sic tamen habeas ex illorum Cabbalistarum sententia: Litera *Beth* duos habet apices, כנגד בית דין של מעלה ושל מטה, i.e. *respiciendo ad duplex consistorium, superius & inferius: divinum & humanum. Vav* unicum habet apicem, quia sexto die (quem ו notat, ut ב duo) creatus est homo primus, יחיד בעולם התחתון, i.e. *unicus gubernator mundi inferioris. Dsain* tres habet, quia septimo die (quem in numeris connotat) ubi quies imperata, tribus deliciis homo se oblectare debet, מאכל משתה וכסות נקיה, h. e. *cibi, potus, & vestium mundarum*; & sic de cæteris. *Pe* autem plus justô incurvatur, seclusis apicibus, לומר לך שכל תפלה שאין בה לב נשבר ונדכה ורוח כפוף אינה רצויה, h.e. *ut moneat te, preces, quibus cor fractum & contritum, Spiritusq; incurvatus non est conjunctus, Deo gratas non esse*.

De Punctis extraordinariis non vocalibus.

XXXVI. Accedo nunc ad puncta nonvocalia, & planè extra ordinem literis quibusdam vel dictionibus supernè addita. Hujusmodi talia *S. Hieronymi* ætate jam in textu comparuisse, testimonium ejus §. 2. adductum comprobat. Exemplum aliud peti potest ex *Gen.* XVI, 5. Textus ita habet: *Iudicet Dominus inter me* וּבֵינֶיךָ; ad quem Masora

Masora duo notat: 1. לית מלא בתורה, h. e. *non occurrit ampliùs plenè*, q. d. non amplius cum duplici Jod scriptum in lege legitur: 2. נקוד על יוד בתרא, h. e. *punctum impositum est Jod posteriori.* Rationem puncti illius extraordinarii hâc reddit *R. Salomo*: כל ביניך שבמקרא חסר וזה מלא קרי ביה וּבְנֵיךָ שהכניסה עין הרע בעיבורה של הגר והפילה עוברה · הוא שהמלאך אומר להגר הנך הרה והלא כבר הרת' והוא מבשר לה שתהר אלא מלמד שהפילה הריון הראשון:, h. e. *quotiescunque occurrit dictio* ביניך *in scripturis, defectivè scribitur: at hîc loci plena est. Proindè lege* (judicet Dominus) *eum* (Abrahamum) וּבְנֵיךָ, *& filium tuum* (ô Hagar superbiens: ut Jod innuat zeri, per quod ךָ suffigatur) *quia Sara conjecit oculum invidum in fœtum Hagaris, unde factum, ut abortum pateretur: atque hoc ipsum est, quod Angelus ait Hagari, v. 11. ecce tu futura es gravida; at nonne pridem conceperat, v. 4.* quid opus erat ei indicare, tanquam novi quid, quòd futura sit gravida? *Itaque docet, primum fœtum per abortum jam ejectum ex utero*, cujus scilicet rei Sara causa erat; id quod per Jod superfluum ac punctatum insinuatur.

XXXVII. Succedit vocū peculiaris consideratio in arteCabbalistica, quoad nume- ratio- *De vocabulis ipsis*

numerandis in textu uno

rationem, divisionem, scriptionem, lectionem. *Numeratio* bifariam se habet, & spectat vel voces in eodem textu, ordine justo se invicem excipientes: vel diversorum textuum, undecunque etiam illæ petitæ sint. Prioris speciei exemplum habemus, *Exod.* I, 7. dicitur ibi: *filij Israel* פרו, *fructificârunt*, וישרצו, *& auxerunt se*, וירבו, *& multiplicati sunt*, ויעצמו, *& roborati sunt*, במאד *valdè*, מאד *valdè*. Observatio hæc est: ששה לשונות הן כנגד יולדות בכרס אחד, h.e. *sex dictiones hîc habentur, quibus respicitur ad fœmellas Israelitarum, quæ ex uno seminis conceptu sex pariebant liberos, cum adhuc in Ægypto agerent.* An absurdum sit, quod hîc indicant, videri potest apud *Aristotelem de Historiâ animalium, l. 7. c. 4. Pererium in Comment. in Exod. & D. Calixtum in Disp. ad XX. priora capita Exodi. Bernegg. in Fragmentis, Justino* præmissis, ex *Plinio* hæc verba refert: *In Ægypto septenos uno utero simul gigni, auctor est Trogus.*

In textibus diversis.

XXXIIX. In altera prolixissimus est *Baal Hatturim* per omnes Mosis titulos, v. gr. *Genes.* 1, 2. *& terra erat* תהו. Nota ejus talis est: תהו ב' הכא ואידך ראיתי את הארץ והנה תהו : מלמד שצפה הקב"ה בבריאת העולם בחרבן הבית שנחרב

שנחרב: בשנת תהו׳ שעמד ת״י שנה ונחרב בשנת ת״יא·
בית שני עמד כמנין היתה ואחר כך חשך רמז לגליות:
ſenſus eſt: *vox* תהו *bis occurrit in ſacro Codice* (conjuncta ſcil: cum ובהו: Sic enim explicari debet ex Maſora intercolumnari, quam in hoc negotio plerumque auctor ille reſpicit. Habet autem Maſora ב׳ דס׳, completè ב׳ דסמיכין, i.e. *duo ita conjuncta ſunt*, vel *bis ita cohærent* תהו & בהו) *hîc*, loco ſcil. *Gen.* I, *2.* & *Jerem.* IV, *23.* vidi terram, & ecce erat תהו. *Docet hæc collatio myſticè, quod viderit S. B. in ipſa mundi creatione deſtructionem templi Salomonis: nam devaſtatum eſt anno 411. qui latet in voce* תהו *ratione numeri. Stetit enim annis 410. & deſtructum eſt anno 411. At templum ſecundum duravit 420. annos, juxta numerum, qui prodit è verbo* היתה. *Poſtmodùm in textu Moſaicæ hiſtoriæ ſequitur* חשך *caligo, quæ notat exilia Judæorum*. Talia in auctore illo offendimus, non trecenta, aut ſexcenta, ſed ferè infinita.

XXXIX. Eſt & hæc Cabbaliſtarum myſtica interpretatio, dum unam vocem aliter atque aliter dividunt, ſive integræ dictiones inde reſultent, ſive dictio à literà quâdam ſejungatur. Sumamus primam vocem Moſaicam בראשית, quæ aliquot ſuppe- *Dividēdis.*

ditat exempla: בראשית אותיות בית ראש כלומר בית המקדש ראשון של' כסא כבוד מרום מראשון מקום מקדשנו · דבר אחר בראשית אותיות א' בתשרי נברא העולם · ד"א בראשית אותיות ברא שתי שברא שתי תורות תורה שבכתב ותורה שבעל פה · ד"א בראשית אותיות ירא שבת לומר לך שבזכות שבת נברא העולם · ד"א בראשית אותיות ברית אש שבזכות הברית שהיא המילה ובזכות האש שהיא התורה ניצולין מדינה של גהינם, ſenſus hic eſt: *ex dictione* בראשית *diviſâ oriuntur, ſalvis eisdem literis, voces* בית ראש, *ac ſi dicas, ſermonem eſſe de domo ſanctuarii primâ, quia dictum eſt de eadem, Jerem.* XVII, *12. Solium gloriæ, altitudo* מראשון *à principio (ſcil. fuit) locus ille ſanctuarii noſtri,* (hęc verba notant, interprete *Kimchio* & *Rabboth ſect. 1.* Deum, dùm mundum conderet, animo jam concepiſſe extructionem templi.) Modus alius *ejusdem Cabbalæ hic eſt: In voce* בראשית *inverſâ & diviſâ continentur literæ* א' בתשרי, *quo ipſo innuitur, mundum creatum eſſe in autumno, die primo menſis Tiſri.* Rurſum alius: *E dictione* בראשית *hæ duæ oriuntur* ברא שתי, *quia nempe produxit nobis legem geminam, ſcriptam, & traditionibus conſtantem.* Modus alius: *vox* בראשית *reſoluta in duas ſonat* ירא שבת, *time aut venerare Sabbathum; ut indicet tibi Moſes, in honorem ultimi*

ultimi diei seu sabbathi creatum esse mundum. Alius *deniq; vel* novissimus modus *ita habet*: *Dictio* בראשית *bipertita idem sonat, quod* ברית אש : *nam Judæi ob dignitatem fœderis* (quo nomine venit circumcisio, *Gen.17.*) *&* *ignis* (à quo lex denominatur, Jer. XXIII,29. Nonne verbum meum est כָּאֵשׁ) *liberierunt à pœna ignis infernalis seu Gehennæ.*

XL. Nec illa abludit à proposito hoc, quum Cabbalistæ eandem quidem retinent dictionem, sed literas ejusmodi artificio transponunt, ut sensus commodus inde emergat: v.c. *Gen.* XXIIX, 5. &, c. XXV, 20. Laban dicitur הָאֲרַמִּי *Aramæus ille*, hoc est, *Syrus*; id falsè Magistri vertunt in הרמאי significat autem הָרַמַּאי *deceptorem*, licet sint eædem אותיות, à radice רָמָה, *decipere*, *defraudare*: ac si dicas cum הוא הידוע insignem illum & notorium deceptorem, qui genero pro sponsâ aliam substituit filiam, & decies mercedem mutavit. Simile quid observarunt in verbis Jacobi, *Gen.* XXXII, 4. *Sic ait servus tuus Jacob, cum Laban* גַּרְתִּי *peregrinus fui.* Ea sic exponũt, partim literaliter, partim cabbalisticè: לא נעשיתי שר וחשוב אלא גר איך כדאי לשנא אותי על ברכות אביך שברכני הוא גביר לאחיך לא נתקיימה בי : דבר אחר גרתי אותיות תגרי שהיה עם לבן

Invertendis.

לבן שהיה לו עמו תגרי : ולכן היה ריב ובעל מלחמה והכל כדי להפחידו · ד״א גרתי בגימטריא תרי״ג כלומר עם לבן הרשע גרתי ותרי״ג מצות שמרתי ולא למדתי ממעשיו הרעים :, sensus est: *peregrinatus sum apud Laban*, h.e. *non factus sum Princeps, aut vir honoratus*, (ut tu, mi frater, Esau) *sed advena quidam inferioris sortis permansi, adeoq; non est, quod odio me prosequaris, ob benedidictionem patris tui, mihi ita benedicentis, Genes.* XXVII, *29.* Esto fratrum tuorum Dominus. *Non sortita est eventum illa benedictio in me.* Modus explicandi alius: *verbum* גרתי *si invertas, comprehendit in se vocem* תגרי, *h.e. lis, contentio, vel pugnax, qualis erat cum Laban: intercedebat enim ipsi cum eo contentio, quasi dicere voluerit, ego quoq; novi tractare lites & bella; nempe ut terrorem hâc ratione incuteret Esauo.* Rursum alius: גרתי *facit per Gematriam 613* (quot ajunt esse præcepta legis) *unde Jacobus dicere voluit: versatus sum hactenus cum impio illo Laban, neq; tamē didici opera ejus mala, sed omnia 613. præcepta servavi.*

Scriptis plenè vel defectivè. XLI. In vocum scriptione Cabbalistæ id maximè attendunt, num plenè, an defectivè vox scripta sit. Si *plenè*, vocatur מָלֵא: sin *defectivè*, חָסֵר dicitur, præsertim in notis *Ma-*

tis *Masoreticis*. Capiamus exemplum ex *Gen.* I, *14, 15, 16.* scribitur ibi dictio מְאֹרֹת defectivè h.e. sine vav; completè autem מְאוֹרוֹת, *luminaria.* Rationem scriptionis reddunt hanc: חסר שלא נבראת השמש אלא להאיר וירח לא נבראת אלא כדי שלא יעבדו לחמה אם תהיה יחידה. מארת בגמטריא מסם, h.e. *vox* מארת *scripta est defectivè, cujus ratio est, quia ad illuminandum mundum Sol duntaxat factus est: Luna verò non est creata, nisi ut homines avocarentur à cultu Solis, si eam solam luminare magnum esse adverterent. Unde etiam vox* מארת *per Gematriam proximè accedit ad dictionem* מסם. nam illa in numeris facit 641. hæc verò 640.

XLII. Aliud habemus *2. Reg.* V, *20.* ubi famulus Elisæi conquestus, quod Dominus à Naaman Syro pro leprâ curatâ nihil acceperit, ait: *vivit Deus, si non curram, & accipiam ab eo* מוּמָה. Masora hanc notam adjecit: חסר אלף כפרש״י, h.e. *deest* א *juxta expositionem R. Salomonis Jarchi.* Cæterùm glossa Magistri illius hæc est: מומה׳ חסר אלף לפי שהיתה לקיחה זו לו למום, h.e. *dictio* מומה *scripta est defectivè sine Aleph, quia hæc acceptio bonorum Naaman facta est ipsi in* מום, *h.e. maculam.* Plenè enim scribitur מְאוּמָה, h.e. *aliquid.* At Gehasi ob crimen illud leprâ infectus fuit cum posteris.

XLIII.

XLIII. Placet hoc quoque annectere de litera Jod, quod legitur, *2.Sam.* XVIII, *18. erexit sibi Absalom statuam* בְּחַיָּו *in vita sua*, h.e. cùm adhuc viveret. Vox hæc חָסֵר vel defectivè scripta est, unde Rabbini causam ejus hanc assignant, præsertim autem *David Kimchi* in Comment. בחיו חסר יוד הרבים ויש בו דרש כי חסרו חיי אבשלום עשר שנים על ששכב עם עשר פלגשי אביו לפיכך חסר יוד שהוא בחשבון עשרה: i.e. *in dictione* בחיו *deest Jod, nota numeri pluralis*, (dicendum enim fuerat בחייו, cum Jod duplici, radicali & servili) *Est verò in hac re mystica expositio: nam decem anni subtracti sunt de vita Absalom, eò, quòd rem habuit cum decem concubinis patris sui*, 2.Sam. XV,26.cap.XVI,22. *Hæc*, inquam, *ratio est literæ Jod deficientis, quæ in numeris decem notat*. Hæc de literis deficientibus, Aleph, Vav, Jod: reliqua usus Cabbalæ supplebit.

Aliter lectis vel legẽdis.

XLIV. Aggrediar jam *voces, quæ diversam lectionem pariunt*, & in duplici sunt differentia; vel potius triplici. Quædam enim lectiones reverà variæ sunt, ubi exemplaria injuriâ temporis, & ob crebra Judæorũ exilia aliquid detrimenti passa quidem sunt, at defectus solicitè suppletus est à posteris exulum: harum signũ est, קרי ולא כתיב, i.e. *legitur & non scribitur*: item כתיב ולא קרי, i. e. *scri-*

bitur, & non legitur. Aliæ, etsi non extent in sacro Codice, sive textum ipsum respicias, sive marginem ejus: ingeniosè tamen à Judæis inventæ sunt ad designanda quædam mysteria: harum nota est: אַל תִּקְרֵי כָּךְ אֶלָּא כָּךְ, h.e. *ne legas sic, sed aliter.* Sunt denique varietates lectionis, quæ nullâ temporis injuriâ irrepsêre, neq; ingeniosis illorum adinventionibus debentur; sed à primis auctoribus ita temperatæ sunt, ut sensum alium atque alium pro ratione literæ aut vocis gignere possint: dicuntur verò תִּקּוּן סוֹפְרִים, h. e. *directio scribarum* verius, quàm *scribarum correctio*: vel כִּנָּה הַכָּתוּב, i.e. *scriptura utitur cognominatione.* Sed de singulis seorsim.

XLV. *Primi generis* lectiones varias quod spectat, fatendum omninò, esse inter Judæos quidem, qui inde natas asserant, כי בגלות נשתבשו הנסחאות והיו מוצאין בנסחא אחת כך ובנסחא אחרת כך ולא עמדו על בירורם וכתבו האחת מבפנים והאחרת מבחוץ. i.e. *quòd durante exilio confusa sunt exemplaria: undè cùm in hoc exemplari sic, in alio aliter scriptum invenirent, neq; tamen liquidò constaret, utra lectio esset verior, scripserunt unum in textu, alterum in margine.* Aliis tamen id quoque probatur in Mose, quod illæ קריין seu lectiones di-

Genus I. variarũ Lect.

versæ

verſæ ſint הלכה למשה מסיני i. e. *traditio Moſis deducta à monte Sinai*, h.e.non orta ex incuriâ ſcribæ, aut malitiâ, vel temporum labentium injuriâ: ſed de induſtria ita ab ipſo uſque principio legis ſcriptæ tradita.

XLVI. Utra ſententiarum à vero propiùs abſit, in præſenti non diſputo: id tamen tanquàm compertum ſuppono, quasdã varietates datâ operâ obtinuiſſe, nec ad primos auctores poſſe referri, ceu vel ipſe ſtylus arguere poſſit. Nempe *Canon eſt* Judaicus: כל מקראות הכתובים בתורה לגנאי קורין אותן לשבח, h.e. *quicunq; textus biblici ſcripti ſonant turpe quid* (ex abuſu vulgi) *eos legunt* (ſubſtitutâ voce aliâ, quæ abuſui minus patet) *honorificè, vel aliter honoris cauſa*, e.g. *2. Reg.* VI, *25. facta eſt fames magna in Samaria, & tamdiu obſeſſa eſt, donec venundaretur caput aſini octoginta argenteis, & quarta pars cabi* חֲרֵייוֹנִים *ſtercoris columbarum quinq; argenteis*. Hîc legendum imperant דִּבְיוֹנִים, quæ vox eundem quidem ſenſum gignit, ſed obſcæna ipſis non habebatur. Unde *Kimchi* ait: הקרי לשון יותר נקייה, *vox lecta magis honeſta eſt*, ac notat, מה שזב מן היונים ותרגום זוב דוב, h.e. *id quod fluit de columbis: nam Chaldæus interpres Hebræorum* זוב *per ſuum* דוב *explicat*,

explicat, literis ו & ר pro more permutatis. Proinde nota hæc tunc adſcripta fuit textui cùm Judæi, è captivitate reduces, vulgò Chaldæum ſermonem ſonarent ac intelligerent. Uti verò quidam Judæorum צואת יונים *ſtercus columbarum* interpretantur illud דִּבְ־יוֹנִים, eoque uſos volunt Samaritanos, quod arctiſſimè ab hoſtibus obſeſſi ligna è ſylvis adferre non poſſent; ita placet aliis, per דביונים intelligendum מה מבזקף היונים, h.e. *id, quòd inveniebatur in columbarum ingluvie, redeuntium ex agris*.

XLVII. Juvat autem exempla adduxiſſe variantium ejusmodi Lectionum. Legimus, *Pſal.* IX, *13.* לֹא שָׁכַח צַעֲקַת עֲנִיִּים. Si literas attendamus, mens hæc eſt: *non oblitus eſt clamoris pauperum*, i.e. עֲנִיִּים: ſin autem puncta, vertendum: *non oblitus eſt clamoris manſuetorum*, i.e. עֲנָוִים. Atque hinc deduxére interpretationem myſticam, quam hiſce verbis in Comentario *Kimchi* prodit: ענוים כתיב ביוד קרי בויו כי העניים ענוים וחלשים:, i.e. dictio ענוים *eſt ſcripta in textu per jod, ſed legitur per vav: quia ferè pauperes ſunt manſueti & debiles ſeu afflicti*. Neque vero id huic loco peculiare eſt: nam *Maſora* hanc notam adjecit: ענוים ה׳ דכתיב ענוים, i.e. *vox*

ענוים *quinquies in libris sacris scripta est* עניים; *nempe h.l.* & *Psal.* X, *12. Prov.* XIV, *21. c.* XVI, *19. c.* III, *34.* Item, ב׳ חלוף כתיב ענוים וקרינן עניים h.e. *scriptum est* ענוים, & *legimus nos* עניים, nempè *Psal.* IX, *19. Esa.* XXXII, *7.* Aliàs habent ויו קטיעה, h.e. *vav, cui pes ferè abscissus est*, id quod facili negotio cùm in M.S. tùm in excusis contingere potest. *Sixtin. Amama in Antibarb. Bibl.* cur *B. Lutherum* hîc reprehendat, habes ad *c.* XII, *3. Numerorum:* certè significata vocum עני & ענו interdum permutari videntur. Vocatur *Moses* ibi עָנָו, qui Messiæ similis perhibetur, *Deut.* XVIII, *v. 18.* atq; hic itidem, *Zach.* IX, *9.* עָנָו appellatur, si tamen vocem hanc cum עני permutare velis. Certè ex *Matth.* XXI, *5.* constare videtur, olim ibi lectum fuisse ענו, non עני; ut hodiè: aut si hoc non admittimus, dicendum, significata vocum permutari. Aliàs *Hieronymi* observatio est, *Tom.* I. *in catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum*, Matthæum, ubi sive ex sua, sive ex Domini Salvatoris persona veteris Scripturæ testimoniis utitur, non sequi LXX. translatorum autoritatem, sed Hebraicam. Ergò olim lectum fuisset ענו. Confer tamen infra num. 65.

XLIIX. Porrò hinc inde scripta Mosis nobis offerunt dictionem הוא, ubi Jod justê

longiùs extensum videri queat, v. g. *Gen.* XXXVIII, *25.* הוא מוּצֵאת וְהִיא שָׁלְחָה, *ipsa educta, & ipsa misit*. In talibus soliciti sunt, maximè, cum obtineat diversitas scriptionis in eodem versu, atque adeò notatum sit à *Masora*, ibid. היא והיא י"א כתיב יו"ד בתורה, h. e. *dictiones* היא *&* והיא *cum Jod non nisi undecies occurrere in Mose, aliàs semper esse vav in medio*. Et ut ad Cabbalam hoc transferam: legitur, *Num.* V, *10. statuet sacerdos uxorem* (suspectam de adulterio) *in conspectum Domini, discooperiet caput ejus, & ponet super manus ejus sacrificium recordationis, & oblationem Zelotypiæ* (ita habet vulgata) *ipse* הוא *autem tenebit aquas amarissimas*, הַמְאָרְרִים, *in quas maledicta congessit*, &c. Hîc dictio הוא habet accentum Athnach, quem auctor Vulgatæ, punctato codice destitutus, neglexit: at Judæi hæc annotarunt: המאררים עולה שני פעמים רמ"ח לומר שבודקין רמ"ח איברים של איש ושל אשה לכך כתיב מנחת קנאות הוא וקרינן היא: h. e. *ex dictione* המאררים *per Gematriā emergūt bis 248. ut indicet* Moses, *quod* (*aquæ*) *probent vel scrutētur membra 248. cùm viri tū fœminæ: unde etiam pluraliter scriptū est, oblatio* קְנָאוֹת *zelotypiarū* הוא *cum vav, masculinè; & tamē legimus* היא, *fœmininè*. Expēdātur hæc ob loca

alia, in quibus הוא lectum. Sed ad genus alterum accedam, modò priùs monuero, Christianos simile quid molitos circa *Psal.* XXII. Nam *Marcus Marinus*, auctor Lexici תֵּיבַת נוֹחַ inscripti, cum *v. 17.* offendisset lectionem diversam in כארי & כארו, Jod vel Vav diminutum vel decurtatum esse conjicit, *ut* CLARE *innuat stigma clavorum Christi, &, vel ipso textu inspecto, patescat, quomodo manus pedesq; Christi perforarint milites.*

Genus secundum. XLIX. Itaque *alterum genus* concernit modum loquendi, Judæis oppidò tritum, אל תקרי כך אלא כך, i. e. *ne legas sic, sed aliter.* Exempla passim sunt obvia in Talmudistarum scriptis. V. g. in *Massecheth* בבא בתרא, c. 5. cujus inscriptio est המוכר את הספינה, de nomine Dei agitur, atque in medium affertur nescio cujus *R. Ionathanis* sententia, hisce omninò verbis: שלשה נקראו על שמו של הקב״ה ואלו הן צדיקים ומשיח וירושלים · צדיקים הם דאמרן · משיח דכתיב וזה שמו אשר יקראו יי׳ צדקנו · וירושלים דכתיב שם העיר מיום יי׳ שמה אל תקרי יי׳ שמה אלא יי׳ שמה:, h.e. *tres denominationẽ sortiti sunt à S. Benedicto illo, nempè isti: JUSTI, MESSIAS, & JERUSALEM. Justi in loco, quem adduximus* (ex Esa. XLIII, 7. omnem, qui vocatur de nomine meo, in gloria

gloria mea, creavi, formavi, feci) *MESSIAS autem, Ierem. XXIII, 6. ubi scriptum: hoc est nomen, quo vocabit eum, Deus justitia nostra. Et deniq; IERUSALEM, Ezech. ult. v. ult. ubi scriptum: erit nomen civitatis ex die illa* יהוה שמה. *Ne legas* יְהֹוָה שָׁמָּה *Deus ibi, sed* יְהֹוָה שְׁמָהּ, *Deus est nomen ejus.* Quocunq; tandem nomine hanc variam lectionem excogitârint, aut qua fini, jam parùm refert: at certè speciem hanc Cabbalæ *Galatinus* haudquaquam assecutus est, dùm ita scribit *l. 3. de A. C. V. c. 9. Rabbi iste, ut lumen divinitatis Messiæ extingueret, S. Scripturæ textum falsificare non horruit.* Sed tanta est falsitatis ejus impudentia, ut in hoc Judæi ei obtemperare penitùs abnuant; cùm nemo prorsus eo in loco שְׁמָהּ legat, ut ipse legendum dicit; sed שָׁמָּה, ut scriptum est, omnes ferè legant. Id posteà confirmare satagit ex *Chaldæo*, & *R. Salomone*; quorum neuter ipsum juvat. Nam ipse *R. Salomo* passim illud אלתקרי כך inculcat: nec mens Cabbalistarum est, mutandum textum Prophetæ: sed est anagramma sacrum, uti *Seldenus* vocare amat, lectioni receptæ nil præjudicans. Traxit autem in erroris societatem *Galatinus* quoque alios: id quod patet ex

 D. Ger-

D. Gerhardi Exegesi, ubi hunc ipsum locum examinat.

L. Lubet autem ex occasione hujus Cabbalæ ulteriùs inquirere in *Galatinum*, ex ipso *R. Salomone* exemplum producentem. Disputat *lib. V. c. 12.* adversus Judæos, negantes, Messiam venisse, eò, quòd Gog necdum interemtus, nec Magog expugnatus sit. Adduxit versum *17. Ezech. c.* XXXVIII. ubi Deus ait: ***tu ergo ille es, de quo locutus sum in diebus antiquis per servos meos, Prophetas Israël, qui prophetâxunt in diebus illorum* שָׁנִים, *h. e. annorum.*** Rabbini verba hæc sunt: באותן הימים יאמר הקב״ה ואתה הוא אותו: אשר דברתי בימים קדמונים ביד עבדי נביאי ישראל כגון יחזקאל וזכריה שאף הוא נתנבא על מלחמות גוג ומגוג ואספתי את כל הגוים וג׳ ורבותינו אמרו אלדד ומדד הם נתנבאו עליו וזהו שנים שאמור כאן אל תקרי שנים אלא שנים שני נביאים נתנבאו נבואה אחת בפרק אחד: i. e. *in illis diebus dicet S. B. ille*: ***num tu es, de quo locutus sum in diebus antiquis per servos meos, Prophetas Israël, quales sunt: Ezechiel & Zacharias. Nam hic quoq; Prophetiam edidit de bello Gog & Magog, dicens, c. 14.*** & congregabo omnes gentes, &c. ***Unde M. N. dixerunt, Eldad & Medad prophetarunt de bello Gog & Magog; idq; ipsum***

indicat

indicat vox פנים. *Ne legas autem* שָׁנִים, *h. e. annos, sed* שְׁנַיִם, *h. e. duos. Nempe duo Prophetæ eandem edidére Prophetiam tempore uno.* Nil hîc *Galatinus* de corruptione textus monet: &, dum ajunt אַל תִּקְרֵי, non est sensus, tollendam lectionem priorem & receptam; sed, si alia puncta substituas, sensum reddi, qui proposito auctoris egregiè conveniat. Itaque inventionis acumen notatur, non textus falsificatio.

LI. Idem *Galatinus l. 1. c. 8.* adducit locum, *1. Reg.* XII, *16.* tanquàm falsatum à Judæis. Verba textûs hæc sunt: *non est nobis pars in David, nec hæreditas in filio Isai: revertere* לאלהיך, *h. e. ad Deos tuos Israël. Removerunt*, inquit *Gal.* לאלהיך, *& posuerunt* לאהליך, *quod ad tabernacula tua significat.* Quæ *D. Glass.* respondeat, apud ipsum videantur, *l. 1. Philolog. Sacr. p. 48.* edit. primæ. Ego longè aliud in scriptis illorum reperi, nempe: quòd locum illum lubentes aliter ex Cabbala legerent, si integrum ipsis esset. Sic enim *Kimchi* scribit ad *cap.* III, *5. Hoseæ*: אחר ישובו בני ישראל · זה יהיה באחרית הימים קרוב לעת הישועה שישובו בני ישראל בתשובה · ובדברי רז״ל ר׳ שמעון בן יוחי אומר בשלשה דברים מאסו ישראל בימי רחבעם במלכות שמים ובמלכות בית דוד ובית המקדש· הה״ד

הדר אין לנו חלק בדוד כמשמעו · לאהליך ישראל אל תקרי לאהליך אלא לאלהיך :, h. e. *quum ait Hoseas: post revertentur filij Israël, sic intellige, quod futurum sit in novissimis diebus, non ita multò ante salutem restituendam: reverà enim filij Israel redibunt per pœnitentiam. Et quidem in verbis Magistrorum nostrorum fel. mem. ait R. Simeon Ben Iochai: tria repudiarunt Israelitæ in diebus Rehabeam, regnum Cælorum*, (h. e. cultum unius Dei) *regum familiæ Davidis, & domum Sanctuarij; atq; hoc est illud, quod legitur*, 1. Reg. XII, 16. nihil rei est nobis cum Davide, *quæ verba intelligi debent literaliter: at quum ibidem subjungitur*: לאהליך ישראל, *revertere ad tentoria tua Israël, id* (ut Cabbalæ locus sit) *ne legas* לאהליך, *sed* לאלהיך, *ad Deos tuos*, h. e. relicto unius Dei cultu, alios secuti sunt, quod docet illa Cabbala. Ineptè è textu delevissent, quod ipsi Cabbalisticè obtrudunt. Ita de altero genere hæc sufficiant.

Genus tertiũ. LII. Genus tertium, à *Galatino* itidem perperam intellectum, תקון סופרים vocatur, & nonnullis recepta phrasis est, כנה הכתוב. Adducit ille ex libro ספרי, certè antiquitatis nomine Judæis venerabili, locum *Habac*. I, 12. Verba è citato libro hæc sunt: כיוצא בו אתה

אתה אומר הלא אתה מקדם קדושׁ אלהי ולא נמות אלא שכנה הכתוב, h. e. *simili ratione posses dicere, in verbis Habacuc I. 12. nonne tu ab æterno es sanctus, mi Deus*, ולא נמות, *& non moriemur, dicendum fuisse* ולא תמות, *& non morieris: at Scriptura cognominatione suâ alias personas substituit.* Nempe videbant, parùm cohærere textum, si persona subitò mutetur; proindè, ut convenientiæ atque cohæsioni textus consulant, etiam mortis mentionem à Deo removent, ac de industria נמות pro תמות scriptum judicant à primo auctore, ipsi vero ne literam quidem mutârunt. Hæc itaque de variis Lectionibus, quæ ad Cabbalam faciunt, dicenda erant.

LIII. Cæterum ad *usum* accedam, ubi priùs nonnulla adduxero, itidem Cabbalam spectantia, sed quorum suprà non veniebat in mentem. Attendere enim solent, præter ea, quæ allata hactenus, ad vocum omissionem, transpositionem, versuum initia & fines, accentus simplices & compositos, punctum Mappik, & Enallagen, literarumque numerum; de quibus singulis strictim.

LIV. *Vocum omissio* hoc declaratur exemplo in Parascha תְּצַוֶּה, quæ initium sumit,

 mit,

mit, *Exod.* XXVII, 20. לא הזכיר משה בזה הסדר מה שאין כן בכל החומש · משעה שנולד משה אין סדר שלא הוזכר בה · והטעם משום שאמר מחני נא מספרך אשר כתבת · וקללת חכם אפילו על תנאי באה ונתקיים בזה:, i.e. *In hac sectione legis non meminit Deus Mosis, contra quã in reliquis omnibus factũ est; nempe, ex quo nativitas ejus descripta est, nulla parascha invenitur, ubi non extet mentio nominis ejus. Ratio autem mystica, quæ latet, hæc est: quia Moses dixit, Exod. XXXII, 32. dele me de libro, quem scripsisti,* (ergò, licet non ex toto corpore legum Mosaicarum, tamen ex hac sectione nomen ejus omissum est, h. e. non scriptum, juxta phrasin, Ps. LXIX, 29.) *constat autem, maledictionem sapientis, licet sub conditione factam* (qualis hæc erat וְאִם אַיִן, sin minus, dele me, &c.) *sortiri effectum aliquem, unde etiam sic ex parte impleta est.* Ita Cabbalistæ in tanto sententiarum divortio animi sensa explicant.

LV. *Transpositionis* vel *ordinis inversi* exemplum habemus cùm de Deo, tùm de rebus aliis. Notârunt autem ad *Lev.* I, *1.* occultari aliquid in serie textus. Verba sic habent: *vocavit Mosen, & locutus est ad eum* יהוה *de tabernaculo conventûs. Glossa:* הקדים משה לשם כביכול כאחד שמדבר עם חברו ומקדימו דרך מוסר: h.e.

h.e. *præmittitur nomen Mosis nomini divino,* יְהֹוָה. *Sic quidem loqui potest Scriptura* (perscripta כ״ב, h.e. XXII. literis: at nobis non licet) *ac si quis loqueretur cum proximo suo, & civilitatis causa nomen ejus priori loco poneret.* Monent igitur, ut sanctissimum nomen Dei tractemus honorificè, & ipsi omnia postponamus. De nominibus autem appellativis hoc observarunt *ad Exod.* XXXII, 13. *recordare Abrahami, Isaaci, & Israelis* עֲבָדֶיךָ, *servorum tuorum*: כאן הקדים אבות לעבדיך · וכתיב התם זכור לעבדיך לאברהם וכו' הקדים. עבדיך לאבות לומר כי היו עבדיו מתחלה ועד סוף · כוונה בו דוד. עבדי, ועבדי דוד:, i.e. *hîc loci Patrũ nomina præmisit voci* לעבדיך, *servorũ tuorũ: & alibi scriptum est, recordare servorum tuorum, Abrahami, &c.* Deut. IX, 27. *at enim vocem* עבדים *uno in loco præmisit, & in altero subjunxit, ut doceret, patres illos fuisse Dei servos fideles ab initio ipso usq; ad finem. Simili de causa alibi quoq; legimus, nomen Davidis nunc mentionem servi præcedere, nunc verò sequi,* v.g. 1. Reg. XIV, 8. *non fuisti sicut* עַבְדִּי דָוִד: at 2. Reg. XIX, 34. *protegam urbem hanc propter me, & propter* דָּוִד עַבְדִּי. Aliàs peculiare quid tradunt de situ nominis proprii: nam in *libro* חיים, p. 4. auctor rationem reddit

dit hanc, cur non dicendum sit רבינו משה, *Magister noster Moses*, sed potiùs משה רבינו, *Moses Magister noster*, eò, quod fuerit עניו מכל אדם ולא החזיק עצמו רק כמשה בעלמא, h. e. *humilimus omnium hominum, adeoq́ʒ seipsum non alium judicavit, quàm alium quendam è vulgo dictum Mosen*: negat etiam dicendum, הנביא ישעיה, *Propheta Esaias*, quòd Prophetia non sit inventum humanum, quod quisque sibi ipsi arrogare queat: sed contra ישעיה הנביא, ut procedat שם העצם, h. e. *nomen proprium*, quia hominibus contingat על ידי שפע אלהים, *per influxum divinum*.

LVI. *Initium & finem versuum* solicitè expendunt, sive illi desinant in eandem, à quâ inceperunt, literam, sive in aliam, v.g. *Gen.* XIX, *23.* הַשֶּׁמֶשׁ', *Sol egrediebatur super terram, & venit* צֹעֲרָה', *in Zohar*: הפסוק הזה מתחיל בה"א ומסיים בה"א ללמד שיצא ה' מילין קודם שיצא השמש, i.e. *versus* hic incipit ab ה, & desinit in ה, adeoque docet, Lothum emensum quinque milliaria priùs, quàm Sol oriretur. Item, *Num.* XXXI, *4.* אֶלֶף' *mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel, quos mittatis* לַצָּבָא', *in bellum*: הפסוק מתחיל באל"ף ומסיים באל"ף לומר לך שכולם היה להם לב אחד לאביהם שבשמים: h. e. *versus incipit ab* א, *in quod etiam desinit*, *ut*

ut doceat te, omnibus fuisse cor unū (respicitur ad primam literam dictionis אחר, ut conjicio, *directum ad patrem cælestem.* Sic quoque *Deut.* XXXII, *1.* הַאֲזִינוּ, *audite Cæli, & loquar: & terra percipiat verba* פִּי *oris mei*: השמים והדברה עולה תרי״ג· כלומר האזינו לתרי״ג מצות והפסוק מתחיל בה״א ומסיים ביו״ד מכלל השם ברא״ש השירה: h. e. *dictiones* השמים והדברה *in numeris comprehendunt 613. ac si dixisset, attendite ad 613. præcepta, vobis promulgata: incipit autem versus ab* ה, *& desinit in Jod, ut ab ipso statim initio cantici involvat nomen Dei*: id vero potest esse יָה vel הַשֵּׁם יְהֹוָה vel etiam הַשֵּׁם יִתְבָּרֵךְ. Ib. c. XXXIII, 1. incipit à Vav, & exit in Vav: jam duplex vav notat XII. qui numerus est tribuum. Item *cap. VI, 4.* שְׁמַע, *audi Israel, Dominus Deus noster Deus* אֶחָד, *unus est*: פסוק מתחיל בשי״ן ומסיים בדל״ת הרי שד· שהשדים בורחים מהקורא שמע בכונה: h. e. *versus ille incipit à* ש, *& desinit in* ד, *quæ literæ conjunctim constituunt dictionem* שד, *dæmon. Ratio mystica est, quia dæmones fugiunt ab eo, qui versum illum, à* שמע *incipientem, cum intentione pronunciat.* Deniq; observant, *versum Lev.* VII, *19.* incipere ab integra voce בשר, & in eādem desinere: id quid sibi velit, videri potest in *Baal Hatturim.*

LVII. Ob-

LVII. Obſervant porrò notulas orthographicas, quas *accentus* indigitamus, eosque cùm *ſimplices*, tùm *compoſitos*. Præſertim autem *Peſik* notarunt, uti ex hiſce locis pateſcetur. *Deut.* VI, 4. *Audi, Iſraël, Dominus Deus noſter* יהוה׀ אחד *Deus unus eſt.* Sic enim accentum vel virgulam illam orthographicam notatam invenio, conſentientibus exemplaribus. Ad hæc Cabbaliſtæ ajunt: יש פסק בין יי׳ לאלהינו לומר אף על פי שראיתם כמה דמיונות ואף על פי שאני בא עם זה במדת הדין ועם זה במדת רחמים אף על פי כן הכל אחד׃, i.e. *Pauſa interjecta eſt inter voces* יהוה *&* אלהים (quarum illa miſericordiam, hæc juſtitiam notat) *ut indicet Judæis hunc ſenſum: etſi viſæ vobis ſint multæ imagines; licet etiam cum uno agam ſecundùm juſtitiam, cum altero verò ſecundum miſericordiam, licet, inquam, res ita ſeſe habeat; tamen reapſe idem ſunt* (ſcilicet in me miſericordia & juſtitia.) Alia exempla vide *Lev.* X, *6. Num.* III, *38. c.* V, *22. &, c.* IX, *10.*

LIIX. *Accentus* autem *compoſiti* in voce eadem Cabbaliſtarum curioſitatem fugere non potuerunt. *Maſora* ad *c.* X, *4.* Levitici, hanc nobis reliquit obſervationem: ה׳ מלין בתרי טעמים, *quinq; dictiones occurrunt cum duplici accentu, nempe in his locis, Gen.* V,

29.

29. 2. Reg. XVII, *13. Ezech.* XLIIX, *10. Zeph.* II, *25.* Ad quintum igitur קְרְבוּ, *Lev.* X, *4.* hæc notare viſum eſt Cabbaliſtis: יש בו שני טעמים׳ מלמד שלא קרבו אליהם להיכל אלא הטילו בהם חנית של ברזל וגררום והוציאו אותם לחוץ:, h.e. *verbum* קרבו *duos habet accentus; quibus docetur, quod ad eos non acceſſére in ipſum usq; templum; ſed extenderunt vel projecerunt in eos lanceas oblongas, easq; ferreas, adeoq; ita eos protraxére, donec penitùs foràs educerent*, h.e. filios Aaronis, divinitùs in ipſo templo igne extinctos, ex imperio Moſis ablaturi nonnulli, metu ejusdem ignis nec ipſi propiùs accedere auſi ſunt & lanceas ferreas admovére, ne forſan ligneas conſumeret. Tanto metu concutiebantur ob tremendum illud factum & pœnam, quæ ſummi Sacerdotis filios corripuerat.

LIX. *Defectum punctuli* מַפִּיק Cabbalæ locum dediſſe, nunc oſtendendum venit. Maſoræ judicium, adjectæ calci Bibliorum, hoc eſt: לה ג׳ רפין וסימני׳ במסר סדר מטות, h.e. *tribus in locis* לָה *ſcribitur, ut* ה *ſit raphatum, quæ trademus in paraſcha* מטות; *quæ incipit, Num.* XXX, *1.* Exempla autem occurrunt & recenſentur *c.* XXXII. *v. ult.* לה ג׳ דלא מפקי ה״א, h.e. tria לָה occurrunt, quæ ה non

habent

habent Mappikatum. Unus, jam adductus est; reliqui duo textus extant, *Ruth.* II, *14. Zach.* V, *11.* Baal Hatturim ad Cabbalam confugit hisce verbis : ויקרא לה נובח · לה ג' לא
מפיק הא ויקרא לה נובח בשמו שלא נתקיים לה זה השם·
ויאמר לבנות לה בית בארץ שנער מבקש לבנות ולא
בנה · ויאמר לה בועז שלא דבר עמה הוא בעצמו אלא על
ידי שליח לה כמו לא : h. e. *Cùm dicitur* : (Nobe quoq; perrexit & apprehendit Canath cum viculis suis, vocavitque לָהּ eam ex nomine suo Nobe vel Nobach) *sciendum, tribus in locis scribi* לָה *sine Mappik* ; & sigillatim quidem ea recensebo. *Numer.* XXXII. *v. ult. mappik deest, ut indicio sit, hoc nomen loci illius non diu mansisse, alio ei postmodùm indito.* *At Zach.* V; *11. angelus ait : ut ædificetur* לָה *ei* (Ephæ) *domus in terra Sinear : nempè defectus* ה *Mappik indicat, quòd licet ædificare voluerit, reverà tamen domum ibi non extruxerit. Demum Ruth. II, 14. idem deest in* לָה, *ad indicandum, quòd ipse Boas in propria personâ locutus non sit cum Rutha, sed per internuncium quendem. Hoc nimirùm notatur,* לָה *ibi idem ferè significare, quod* לא, *non.* Desinat itaque *R. Salomo in Comment.* ad *Num. XXXII.* mirari, quid notet defectus illius Mappik, *Ruth. II.* & *Zach. V.* Nam ex dictis hæc intelligere, in proclivi est. LX. Enal-

LX. *Enallagen numeri* itidem ad mysticam interpretationem referunt, & duo præ cæteris denotare perhibent. I. Dignitatem personæ loquentis, v.g. *Num. XXXII, 25.* ויאמר בני גד · היה לו לומר ויאמרו אלא הגדול שבהם דבר בשביל כלם׃, h.e. *quum textus habet; & dixit filij Gad, dicendum erat in plurali, & dixerunt. Itaq; indicatur hâc numeri discrepantiâ, dignissimum vel maximum filiorum Gad verba fecisse loco reliquorum omnium.* II. Consensum cæterorũ, uti *Num.* XXXIII, *7.* וַיִּסְעוּ מאתם וַיָּשָׁב על פי החירות. ואינו אומר וישובו מלמד שכולם היה להם לב אחד לעשות כן על פי צווי של משה׃, h. e. *quum dicitur, & profecti sunt ab Etham, & reversus est adversus Pi Hachiroth; neq; ait, & reversi sunt, docet textus, quod omnium idem cor fuerit, ut hoc exequerentur, vel effectum redderent, & quidem juxta Mosis ipsius præceptum.*

LXI. Postremò literas quoque *numerare* consueverunt, v. g. *in v. 1. c. 1. Lev.* sunt ויקרא אל משה וידבר יהוה אליו מאֹהֶל מועד לאמֹר חמשה אלפי״ם כנגד חמשה חומשי תורה· ותשעה תיבות יש בו· וכן יש תשעה תיבות הפסוק אנכי יי׳ אלהיך· לומר שכל הלומד תורה כאילו הקריב כל הקרבנות· וכן תשעה תיבות בפסוק זאת תורת העולה׃, *sunt*, inquam, *quinq;* א, *quæ respiciunt quinq; libros*

 legis

legis Mosaicæ: nec non dictiones novem, quot etiam reperiuntur in versu illo: Ego sum Dominus Deus tuus, &c. *Exod.* XX, *1. quo ipso indicatur, eum, qui discit legem, apud Deum pro tali haberi, qui omnia obtulerit sacrificia; sic enim dictiones novem quoque extant in versu alio, cujus initium*: hæc est lex holocausti, &c. Ita de *v. 1. c. 1. Genes.* ajunt: ו׳ אלפים יש
בפסוק בראשית כנגד ששת אלפים שנה שהעולם הויה׃
וכן בפסוק אנכי יי׳ ראשון ואת האחרונים אני הוא ששה
אלפים׃ ובפסוק והארץ היתה תהו ובהו ב׳ אלפים כנגד
ב׳ אלפים תהו׃ ובפסוק יי׳ קנני ראשית דרכו קדם
מפעליו מאז יש ב׳ אלפים כנגד שני אלפים תורה׃ ובפסוק
ויאמר אלהים יהי אור ויהי אור ד׳ אלפים כנגד ד׳
אלפים ימי תורה וימי משיח שהם ימי אורה: Hoc ut intelligas, attendas necesse est ad antiquam Eliæ cujusdam traditionem, quæ legitur in *Talmud Massechet Sanhedrin, cap. ult.* ששת
אלפים שנה הוי עלמא שני אלפים תהו שני אלפים תורה
שני אלפים ימות המשיח:, h.e. *Per sex annorum millia durabit mundus: duo millia erunt inanitas* (h. e. sine lege scriptâ) *duo millia lex sibi vendicabit: & duo millia debentur diebus Messiæ.*

LXII. Jam versio talis est: *litera* א *sexies extat in v. 1. Gen. 1. ubi respicitur ad sex mille annos, quibus durabit mundus*; nam אלף mille si-

le significat & prima ejus litera in numeris etiam pro millenario ponitur) *similiter in versu 4. Esa.* XLI. *sex* א *reperies*: ego Dominus primus, & cum novissimis ego sum. *At in v. 2. Gen. 1.* & terra erit inanis & vacua, &c. *duo duntaxat* א *occurrunt, ut indicentur illi duo annorum millenarij, quibus fuit* תהו, *h. e. mundus inanis & absq; lege scriptâ. Et in illo Prov.* VIII, *22.* Dominus possedit me in initio operum suorum, antequàm quicquam faceret in principio; *itidem duplex solum* א *legitur, ut innuantur duo millia, legi in traditione superiore assignata. Postremò in v. 3. Gen.* I. & dixit DEUS, fiat lux, & facta est lux, א *quater extat, ac respicitur ad quatuor millia, quæ simul adscripta fuere ibidem legi & diebus Messiæ: hi enim sunt dies lucis*, ubi תהו pridem cessavit cum sua caligine.

LXIII. Hæ fuerunt literæ homogeneæ: at in *heterogeneis* idem quoque moliuntur: videamus exemplum unicum. Ad benedictioně Ecclesiasticam, *Num.* VI, 24. *seq.* descriptam, hâc Cabbalâ utuntur · כה תברכו להזכיר זכות ואני והנער נלכה עד כה · וכה יהיה זרעך זהו הסוד עד כה ברכני יי' · וכה אותיות בפסוק שמע ישראל · וכה פעמים למנין ברכה בתורה · וכה

פעמים שלום בחותם · ולכך מתחיל ברכת כהנים בברכה ומסיים בשלום · וזהו יי' יברך את עמו בשלום:
i.e. *textus habet* כה, *sic benedicet is, quam voculam adhibuit, ut meritum* (justitiam) *Abrahami revocaret in memoriam, dicentis, Genes.* XXII, 5. ego & puer ibimus usque כה: *& verba Dei promittentis, c.* XV, 5. כה erit semen tuum. *Quin hoc ipsum est, quod Jos.* XVII, 14. *dicunt filij Josephi*: usque כה benedixit mihi Dominus. *Jam porrò, 25. literæ sunt in versu illo, Deut.* VI, 4. *Audi Israel, &c.* (quot quidem in numeris illud כה valet) *& 25. vicibus vox benedicendi occurrit in Pentateucho, at totidem vicibus etiam vox* שלום, *pax: hæc itaq; causa est, cur sacerdotalis benedictio initium sumat à* ברך, *& desinat in* שלום, *ceu etiam dictum sit, Psal.* XXIX, 11. Dominus benedicet populo suo cum שלום, h. e. *pace*. Sed de hisce hactenus: nec enim satis est, nosse modos, quibus Cabbalistæ uti solent: cui bono talia proponantur, aut verò quomodo usui esse, nobisque conducere possint, id porrò investigandum. Sit itaque

SECTIO

SECTIO II.

De Usu Cabbalæ in Theologia, sive Judaica, sive Christiana.

LXIV. Eum verò quàm maximè perspicuum esse judico in loco & controversia de Messia. Cùm enim hanc eruditionis suæ speciem deducant inde usque à pientissimis majoribus, ut Prophetas quoque admisceant: cum etiam moderni passim è manibus extorquere nobis velint dicta de Messia; è re fuerit, inquirere in eorum expositiones, qui extra disputationis æstum eadem de materia loquuntur; & quæ olim clàm habuerunt, nunc divulgare, & cùm scriptis N.T. conferre. Cæterùm ob temporis angustiam veriùs id tumultuariè, quàm ordine convenienti exequar, dicturus nunc de Messiæ persona, nunc de ejusdem officio.

LXV. Principio itaque offert se mihi locus, *Zachar. c.IX, 9. lætare, filia Sion: ecce Rex tuus venit tibi, justus, Servator, pauper, insidens asino, & pullo asinæ, verba hæc Matthæus c.* XXI, 5 de Messia interpretatur; Sic quoque *Baal Hitturim* ad c. XXII. *Exodi.* Masora notat ad voces עַל־חֲמוֹר: ב׳ סימ׳ על כל

דבר פסע עני ורוכב:, hoc est, *voces illæ bis ita conjunctæ sunt: atq; primus locus occurrit, Exod.* XXII, *9. alter, Zachar.* IX, *11.* Illa Cabbalista repetit propemodum, atque ita auget: על חמור ב׳ הכא והידך עני ורוכב על חמור אידי: במשיח: כי היכי דכתיב הכא אשר ירשיעון התס כמו אידי במתן דכתיב ביה וברוח שפתיו ימית רשע:, h. e. *Voces* על חמור *bis occurrunt: semel hic loci; & iterum Zach.* IX, *9. ubi dicitur,* עני *pauper est, & vehitur asino; quod posterius dictum censent de Messia. idq; inde, quia hoc loco scriptum est,* אשר ירשיעון, *quem condemnabunt Elohim, nempe,* רשע *reum: arguunt sic quoq; accipiendum locum Zach. de eo, quem innuit Esaias c.* XI, *4. & de quo scripsit: spiritu labiorum suorum interficiet* רשע *impium.* En, utrumque locum Scripturæ, expositum de Messia! Multa ex aliis Judæis ad confirmationem uberiorem hujus loci, non minus ac reliquorum afferre possem; sed nunc versor in terminis de Cabbala.

LXVI. Secundò anxiè disquiritur, quis sit ille רוּחַ אֱלֹהִים, h. e. *Spiritus Dei*, de quo *Moses* notanter ait, מרחפת על פני מים. Tradunt recentiores, רוח אלהים accipi modis non unis, & quidem juxta eorum regulam, haud inusitatam: מנהג הלשון כמירכס להגדיל

דבר

דבר סומך אותו לאל:, *Scripturæ mos est, quum exaggerare aliquid vult, construit cum aliqua voce Dei*, v. g *Jon. III,3. Ps.* XXXVI,7. Quin etiam exemplum adducunt ex *Hosea, cap.* XIII, *15.* יבוא קדים רוח יהוה, ubi Vulgata reddit, *adducet urentem ventum Dominus*, minùs rectè, ut ipsi putant. Nec enim יָבִיא legitur, & vox יהוה non in casu recto, sed obliquo exponi debet, ut illorum judicio קָדִים, tanquam רוח קשה vel ventus vehemens, dicatur רוח יהוה, *ventus Domini*, לחזקו, *ad indicandam vehementiam ejus*: *ceu aliàs etiam* אֲוִירְיָה, *aër Domini est aër vehementissimus.* At *Baal Hatturim* altiùs rem orditur. Sic enim inquit: ורוח אלהים מרחפת בגימטריא זו היא רוחו של מלך המשיח:, hoc est, *verba*, & spiritus Dei ferebatur, *per Gematriam hisce respondent*: *hic est ille Spiritus Messiæ*, nempè qui, *Esa.* XI. prædicatur, & de quo §. *præced.* Hæc expositio autem oppidò antiqua est, ut patet ex תרגום ירושלמי, ubi רוּחָא דְרַחֲמִין appellatur; & antiquo libro בראשית רבה. Ergò ille Spiritus fuit à mundo condito.

LXVII. De *Psal.* LXXII. litem quoque movêt recentiores. Hinc Kimchi: זה המזמור חברו דוד על שלמה בנו כשהמליכו:, i.e. *hunc Psal-*

mum David de filio suo Salomone composuit: licet vero addat : יש מפרשים על מלך המשיח, i. e. *sunt, qui de Messia exponant*, prior tamen expositio ipsi magis probatur, ut docet exegesis acutè inspecta. At *Baal Hatturim* ad *Num.* XXIV, *16. & seqq.* ita commentatur: וידע דעת עליון · אמר כאן וידע דעת עליון לפי שרצה לגלות ימות המשיח · וירד מיעקב ב׳ במסורה ואידך וירד מים עד ים דהיינו מלך המשיח שהתנבא על מלך המשיח :, i. e. *traditur v. 16. Bileamum novisse mentem Dei; decreverat enim tempus, adventui Messiæ destinatum, revelare: & v. 19. quum dicitur*, dominabitur de Jacob, *sciendum, juxta Masoram illud* וְיֵרְדְּ *bis occurrere; atq; alterum exemplum legitur, Psal.* LXXII, *8. Intelligitur vero Messias, de quo edita est prophetia, nempe cùm apud Bileamum, qui eum vocat* מיעקב, *tum apud Psalten, dominium ejusdem universale describentem.* Unde etiam *R. Salomo* ad cit. loc. ex Num. ait : על מלך המשיח אומר כן. Sic igitur Bileami vaticinium David confirmavit.

LXVIII. De *Cap.* LIII. *Esaiæ* Judæi veteres cum Christianis facilè convenire poterant; recentiores non item. In *En Israël* Scholiastes audacter ait, pag. 178. col. 4. פרשה הנה ישכיל עבדי אף על פי שתהיה הבנתה קשה אצלנו

לא

לא מפני זה נאמין נמנעות בביאורה:, i.e. *quod spectat sectionem illam, Esa. c.* LIII. ecce prosperè aget servus meus, *licet intellectus ejus* (juxta expositionem Judæorum) *sit valdè difficilis apud nos, eâ de causâ tamen non credemus impossibilia, quæ in expositione ejus* (à Christianis) *afferuntur.* Nempe ista præconcepta modernorum opinio est: multò aliter Cabbalistæ, qui expositionem nostram non habent pro פירוש מזויף, i. e. *interpretatione depravata.* Sic rursum *Baal Hatturim ad c.* XVI, *14. Lev.* לפני הכפרת יזה שבע פעמים מן הדם באצבעו. יזה ב' הכא ואידך כן יזה גוים רבים בפרשת הנה ישכיל עבדי שמדברת בענין משיח · שעתיד הקב"ה להחזיר ב' המשפחות שבטלה מלך המשיח תחזיר גם כן משפחת כהונה לעבודתה · ולפני הכפרת יזה ז' פעמים:, i.e. *coram propitiatorio* יזה *asperget septies de sanguine digito suo. Vox* יזה *bis legitur: semel hîc, atq; iterùm in sectione illa celebri: ecce prosperè aget servus meus, Esa. 53. ubi dicitur*: sic asperget gentes multas. *Nam parascha illa vel sectio Prophetica loquitur de re, Messiam concernente. Nempe Deus Benedictus ille reducet vel restituet duas istas familias: & ubi venerit Rex Messias, restituet etiam familiam sacerdotij in pristinum cultum suum; adeoq; septies asperget coram*

propitiatorio. Prius pro nostra facit sententia; posterius commodum quoque sensum gignit, mysticè intellectum. videatur *Malach. cap.*I,*10.11. cap* III,*3.4.5.* ubi verbis cultus Mosaici Propheta N.T. Sacra describit.

LXIX. De *v. 10. Gen.* XLIX. lis est primaria propemodum inter nos & Judæos, ob terminum politiæ Judaicæ, adeoque sacris quoque illorum solennibus præfinitum. Unde in alia omnia abeunt, dummodò nos deturbare possent de sententia, quod per שִׁילֹה non intelligendus veniat Messias. Inter cæteros S.S. locos, ait *Menasse Ben Israël in Conciliatore*, non alius celebriori controversiæ originem dedit *ambiguitate verborum*. Hinc שִׁילֹה ipsi modo est *pax:* jam *secundinas*, mox *errorem*, & nescio quid non significat. Verùm quid opus erat, tot acceptiones ex radice שלה corradere? De nomine שילה quæstio erat. Eam verò *divini Theologi*, Cabbalistæ, ut subindè eos appellat *Manasse*, jam pridem indicârant. Sic *Baal Hatturim*: יבא שילה בגימטריא משיח, h.e. *verba* יבא שילה *per Gematriam notant Messiam*.

LXX. Porrò cùm in N.T. *2. Thessal.* II, *8.* juxta *Vulgatam* alludatur ad c. XI. *Esa.* videamus ex *Baal Hatturim*, quid alibi de eo-

dem

dem prodat. Itaque *Num.* VII, *13.* vocem וְקָרְבָּנוֹ expendens, ait in hunc modum, וקרבנו ויו יתירה על שם ששה בנים שיצאו ממנו כלם בו׳ ברכות. ששה בנים יצאו מנחשון בעלי שש ברכות ואלו הן דוד משיח דניאל חנניה מישאל ועזריה · דוד דכתיב ביה יודע נגן וגבור חיל איש מלחמה ונבון דבר ואיש תואר ויי׳ עמו · משיח דכתיב ביה ונחה עליו רוח יי׳ רוח חכמה ובינה רוח עצה וגבורה רוח דעת ויראת יי׳. דניאל חנניה מישאל ועזריה דכתיב בהן ילדים אשר אין בהם כל מום וטובי מראה ומשכילים בכל חכמה ויודעי דעת ומביני מדע ואשר כח בהם לעמוד בהיכל המלך: hoc est, *in dictione* וקרבנו *vau prius superfluum est, ob denotandos sex filios, qui ex ipso erant prodituri, singuli quidem cum sex benedictionibus. Nempe ille est Nachson, à quo orti sunt sex filij, sex benedictionibus affecti; atque illi sunt, David, Messias, Daniel, Chananias, Misaël & Asarias. David quidem, quia de eo scriptum est, 1. Sam. XVI, 18. vidi filium Isai, scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum, atq; Dominus est cum eo.* Messias *autem, quia de ipso quoq; scriptum est, Esa.* XI, 2. *requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus Sapientiæ & intellectus, Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus scientiæ & timoris Domini. Deniq;* Daniel, Misael, & Azarias

rias *quoq; in hunc censum veniunt, quia scriptum est de illis in prophetia Danielis, c. I, 4. erant pueri, in quibus ne macula quidem ulla conspicua erat, quibus venustas conciliabat gratiam; eruditi in omni sapi ntia genere, cauti sapientiâ, & docti disciplinâ, quiq; in Regis stare possent palatio.* Ultimum hoc quomodo aliàs explicent, eruditi norunt, qui id de benedictione rectiùs expendent.

LXXI. Quia autem facta hic est mentio literę Vav superfluę, commodè subjungam aliud exemplum de plenè ac defectivè scriptis. In lib. עבודת הקדש, part. 2. c. 38. hęc leguntur: המלך המשיח שיגלה במהרה בימינו הוא אשר יחזיר עטרה ליושנה והוא אשר ישיב הממשלה הראשונה למכונה · ואז תשלם הכוונה בבריאה ויחזיר העולם על מה שהוטבע בו מהטוב והשלמות קודם שמרד וחטא אדם הראשון · והנביאים עדים נאמנים וכמו שכתוב וגלתי בירושלים וששתי בעמי ולא ישמע בה עוד קול בכי וקול זעקה · וכן אמר במקום אחר בלע המות לנצח וגו' · נראה שיתחדש ענין, ועניינים אינם בעולם הזה · וכבר באו פסוקים רבים מזה הענין אמר הנביא כי זרע השלום הגפן תתן פריה והארץ תתן את יבולה והשמים יתנו טלם כלומר לא כמו שהם היום אבל כמו שהיו קודם שחטא אדם הראשון · ועתיד מלך המשיח להחזירם ליושנן · וכן דעת רז"ל בב"ר פרש' יב אמרו שם אמר ר' שמואל בר נחמן כל תלדות שבמקרא חסרין בר מן תרין אלה

דולדות

דולדות פרץ וגו' והדין · ומפניתה אינון חסרין · כנגד
ששה דברים שנטלו מאדם הראשון ואלו הן · זיוו · חייו ·
וקומתו · ופרי הארץ · ופירות האילן · ומאורות עכ' · כראם
מכאן שעתידין לחזור ביתי המלך המשיח הבא מפרץ
ולפיכך תולדותיו מלאים שהוא ואלה חסרין העולם :

Hæc ut rectiùs intelligantur, quædam præmittenda sunt. Vox itaque *Toledoth* tribus modis scribitur potissimùm. *I.* prorsus defectivè, ut nullum vav compareat, quod vocant חָסֵר דְּחָסֵר, *defectivum defectivi*, h.e. summè defectivum, v.g. *Exod.* VI, *16. ista sunt nomina filiorum Levi* לְתֹלְדֹתָם *per cognationes suas. II.* deficiente vav posteriori, ut *Genes.* V, *1. Ista est recensio* תּוֹלְדֹת *genealogiæ vel generationis Adami. III.* deficiente vav priori, ut *Gen.* XXXVII, *2. Ista sunt* תֹּלְדוֹת יַעֲקֹב, *generationes Jacobi.* Est denique, cùm eadem vox est מָלֵא דְמָלֵא prorsus plena, sed rarò; unde *Masora ad Genes.* II, *4.* ubi de mundi primordio agitur, cùm omnia adhuc essent bona valdè, cumque invenisset verba: *Ista sunt* תּוֹלְדוֹת *generationes vel origines cæli & terræ*, hanc notam reliquit: ב' מל דמ׳, i.e. *duo* מְלָאִים דִּמְלָאִים, *prorsus plenè scripta sunt.*

LXXII. Rem hanc expendentes *Cabbalistæ*, acutè triplicem hominis statum considerant:

derant: unum integritatis primævæ; alterum lapsus; tertium Messiæ venturi, juxtà Judæorum mentem. Versio proinde §. superioris hæc est: *Rex Messias* (*utinam appareret citò in diebus nostris*) *restituet in pristinum statum suum coronam* (aliàs vocant גְדֻלָה magnificentiam. Faciunt autem in פרקי אבות, c.4. coronam triplicem, תורה, כהנה & מלכות, quas omnes כתר שם טוב, h.e. famam bonam superare ajunt) & *revocabit regimen antiquum in locum suum. Tunc enim demùm effectum suum plenè consequetur intentio Dei, quam in creatione mundi habebat; mundusq; redibit ad id, quod naturaliter ipsi tributum erat de bono & perfectione priùs, quàm rebellis Adam primus peccavit. Certè illius rei Propheta testes sunt fideles, sicut etiam scriptum est, Esai.* LXV, *19. exultabo in Jerusalem, & lætabor in populo meo; neq; ampliùs in illa audietur vox fletûs aut clamoris; & sic quoq; loco alio ait: absorpsit mortem in victoriam vel in æternum, Esa.* XXV, *8.* (quæ verba *Paulus 1. Cor.* XV, *54.* quoque ad Messiæ beneficia refert. Unde etiam *BaalHatturim* ait, *Num. 19.* cùm de vaccâ rufâ agit, לעתיד h.e. *tempore salûtis non futurum locum cineri vaccæ* (Heb. IX, 13. c. XIII, 11, 12.) *juxta illud: absorpsit mortem;*

tem, &c. & ad cap. 4. libr. ejusd. מלאך המות בטל לעתיד לבא, i. e. *angelus mortis nullus erit, præsente salute.*) *Apparet hinc, cùm una plures veres innovabuntur, id non spectare hoc seculum vel hunc mundum.* *Pridem etiam occurrere multos versus eadem de re constitit: nam Propheta ait: semen pacis erit, vinea dabit fructum suum, & terra dabit germen suum, & cœli dabunt rorem suum; quasi dicat:* (Zach. VIII, 12) *non ut hodiè id fit, sed ut factum, antequam peccaret Adam primus; atq; ita Rex Messias ea in pristinum statum restituet.* *Atq; hæc fuit sententia Magistrorum nostrorum fel. mem. in Bereschith Rabba. sect. 12. ubi sic loquuntur: Dixit R. Samuel Bar Nachman: ubivis vox Toledoth defectivè scripta est, exceptis locis duobus, quorum unus extat, Ruth. IV, 14. alter est hic ipse, Gen.* II, 4. *Cur autem isti reliqui textus defectivè non scribuntur? R. respicitur ad sex res ablatas* (post lapsum) *ab Adamo primo, quæ quidem sunt: ejus splendor, vita, statura, fruges terræ, fructus arborum, & luminaria.* *Hæc usq; verba illius libri: unde liquet, quod ablata quoq; reditura sint in diebus Regis Messiæ, oriundi à Pherez: ideò in ejus genealogia vox תולדות plenè scripta est, quia ferus nepos defectum mundi supplebit.*

LXXIII.

LXXIII. Idem prolixè adhibitis probationibus, ſed ex alio textu, eruit *Baal Hatturim*, ad cap. VII. *Numerorum*. Superiùs, §. *70.* jam diſſeruit, cur abundanter ibidem *v. 13.* ſcribatur וְקָרְבָּנוֹ: nunc iterum aliâ ratione ſic pergit: למה מלא וי"ו יתירה · כנגד שש דברים שניטלו · מאדם הראשון ועתידין לחזור כשיבא בן נחשון הוא המשיח · ואלו הן השש דברים שניטלו מאדם הראשון · זיוו דכתיב משנה פניו ותשלחהו · חייו דכתיב כי עפר אתה ועל עפר תשוב · קומתו דכתיב ויתחבא האדם מלמד שנגרעה קומתו ונעשית של מאה אמה · פירות הארץ ואילן דכתיב ארורה האדמה בעבורך בעצבון תאכלנה · מאורות דכתיב וחפרה הלבנה ובושה החמה · ומנין שנגנז שנאמר וימנע מרשעים אורם · ומנין שעתידין לחזור בימי המשיח שנאמר כצאת השמש בגבורתו · חייו דכתיב כי כימי העץ ימי ת"ק שנה · שכן של שקמה ת"ק שנה: קומתו דכתיב ואולך אתכם קוממיות בקומה זקופה · פירות הארץ ואילן דכתיב גפן תתן פריה · והארץ תתן יבולה: מאורות דכתיב והיה אור הלבנה כאור החמה ואור החמה יהיה שבעתים: i.e. *quid eſt, quod in verbo* ויקרבנו *vav plenum adundat? Reſpicit ſex res ablatas ab Adamo primo, quæ rediture ſunt, ubi venerit Nachſonis filius, qui eſt Meſſias. Res autem ablatæ ſunt hæ:* SPLENDOR ejus, *ut ſcriptum*, Job. XIV, 20. *mutas faciem ejus* (Targum קְלַסְתֵּר יְרֵהּ *ſplendorem faciei ejus*, quæ nempe fundebat de ſe radios quos-

quosdam ex converſatione cum Deo, ut facies Moſis) *& ejicis eum*, ſcil. è Paradiſo. *VITA*, ceu ſcriptum, Gen. III,17. *pulvis es, & in pulverem reverteris*. *STATURA*, *uti patet ex verbis ejusdem capitis*, *v.8. abſcondit ſe Adam, ubi docet textus, quod ſtatura ejus ita imminuta fuerit, ut facta ſit non niſi centum cubitorum*. FRUCTUS TERRÆ ET ARBORUM, *juxta illud*, *Gen. 3. maledicta ſit terra propter te, cum dolore comedes ex ea*. *LUMINARIA*, *quia ſcriptum*, Eſa. XXIV, 23. *erubuit Luna, & pudore ſuffuſus eſt Sol. Unde autem conſtat, quod luminaria recondita habuerit? quia dictum*, Job. XXXVIII, 15. *cohibetur ab impiis lux eorum*. *Unde verò probatur, quòd illa reſtitui debeant, præſente jam Meſſiâ?* זיו, i.e. *SPLENDOR* (ſic vocem hanc reſtituendam arbitror) *quia dictum*, Jud. V, ult. *diligentes eum* (Deum) *rutilent inſtar Solis exorti, dùm radii ſunt in robore ſuo. VITA, quia ſcriptum*, Eſa. LXV, 22. *ſecundum dies ligni erunt dies populi mei*, h. e. plurimi, *vel 500. anni: nam truncus ficus ſilveſtris minimum durat 500. annis*; cùm tamen in homine multò aliter ſe res habeat, Pſ. XC, 10. *STATURA*, *quia ſcriptum*, Lev. XXVI, 13. *eduxi vos* קוֹמְמִיּוּת, h.e. *ſtaturâ erectâ aut procerâ*. *FRUCTUS terræ & arbo-*

arborum, juxta illud, Zach. VIII, 12. *vitis dabit fructum suum, & terra gramen suum.* LUMINARIA, *quia scriptũ,* Esa. XXX, 26. *erit lux Lunæ, sicut lux Solis; & lux Solis erit septemplicitèr,* sicut lux septem dierum, in die, quâ alligaverit Dominus vulnus populi sui.

LXXIV. Quoniam autẽ staturæ Adami facta est mentio, monendum aliquid ob *Bellarminum*, quem alii quoque secuti sunt, asserentem *c.* XI. *de notis Ecclesiæ; Judæos* fovere duplicem errorem exploratum, rectæque rationi manifestè contrarium; eò quòd in *Talmud*, qui verbum Dei non-scriptum ab ipsis habetur, talia lateant; cujus interpres quoque *R. Salomo Jarchi in Glossa ad c. 2. Gen.* asseveret, Adamum, cum omnibus bestiis ferisque carnaliter congressum, libidinem explere haud potuisse, donec ad Evæ amplexus pervenerit. Quin tam absurdum esse, ut ad *cap.* IV. *Deut.* commentetur, Adamum tàm fuisse procerum, ut in terra constitutus ipsum quoque cœlum tangeret capite. Sic *Bellarminus*: atque summa omninò absurdorum hisce assertionibus, inter se collatis, si ad literam accipiendæ forent, contineretur; ipsique adeò Judæi effusè rident, si quid ejusmodi obji-

LXXV.

LXXV. Expositiones istas *R. Salomonis* esse, certum est; inquit enim ad *Gen.* II, 23. זאת הפעם מלמד שבא אדם על כל בהמה וחיה ולא נתקררה דעתו בהם, h.e. *quum dicitur* זאת הפעם, *docet textus, Adamũ circumivisse omne jumẽtum, & feram, neq; tum animum ejus illis contentum fuisse, vel acquiescere potuisse.* Et ad alterum, *Deut.* IV, 32. מדרש מלמד על קומתו של אדם שהיתה מן הארץ השמים וזהו השיעור עצמו אשר ממקצה אל קצה:, i.e. *Mystica loci hujus expositio docet aliquid de statura Adami, quæ se extenderit à terrâ usq; ad cœlum, quæ quidem fuerit mensura substantiæ vel corporis ejus, incipiens ab uno mundi termino, & tendens ad alterum.* Ubi notandum, quòd vocet מדרש. Neque quisquam illorum hæc è Talmud petita esse inficiatur: refert forsan, indicasse loca. Traditio itaque prior legitur in *Massechet* יבמות, c. 6. ubi glossa extat, quæ huc tamen nil facit: posterior in *Massech.* חגיגה, c. 2. ubi *Scholiastes* ait: מגיע לשמים, *pertingebat ad ipsum usq; cœlum*, תחלה גבוה ולבסוף שפל, h.e. *initiò elevatus erat; postmodùm depressus vel humilis.*

LXXVI. Ad prius non sine indignatione responsũ à recutitis: באה אינו לשון תשמיש, h.e. *verbum* בָא *non debet intelligi de coitu. Ratio:* כי הגדול בענקים אי אפשר לשמש עם עכבר, h.e. *quia impos-*

impossibile est, ut maximus gigantum coiverit cum mure. Nempe assertionum una everteret alteram; unde ex illo etiam Christianorum numero, qui Hebraica rectius callent, fatentur, non esse hanc Judæorum mentem. Videatur *D. Buxtorf. Lex. Talm. in* קרר: *& Reuchl. l. 1. Cabbal. p. 626.* Jam posterius quod spectat, vel tàm procerus non erat; vel cum omnibus bestiis non coivit. Nempe igitur, uti prior expositio phrasin; ita hæc arcanum sensum non attendit. *R. Salomo* ait: מרדם est, h.e. *mystica expositio*, quam interdum ne hili quidem facit; atque rari omninò sunt, qui hyperbolicarum ejusmodi locutionum sensum percipiant. *Esa. 14.* dicitur: *ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo; verùm ad ima detraheris.* Sed jam præcesserat: *quomodo cecidisti de cœlo, Lucifer, qui MANE oriebaris?* Eundem sensum Judæi Cabbalistæ respiciunt, quascunque etiam pro literali afferant rationes, quibus aliud sedet animo.

LXXVII. Sed lubet ipsos audire, sensum arcanum enarrantes: חטא אדם ואשתו. הוא חטא המלאכים, שחטאו כְּאָמְרָם ז״ל עזא ועזאל שנפלו מן השמים וזהו הנפילים היו בארץ. והמלאכים היאך חטאו אחר שהם פשוטים מחומר: וכן אדם הראשון שהיה ערום בכל

בכל חכמה ולא ידע בין טוב לרע כאילו היה פשוט Vid.
מחומר איך חטא · אבל ידוע שהחוטא כשחוטא יורד Zeror
ממעלתו והמלאכים כשחטאו נתגאו ורצו לעשות אצמם Ham.
אלהות לעלות למעלה עליונה יותר ממעלתם הראשונה· p. 8.
וזהו חטאם שעלה במחשבתם · וכן אדם הראשון לא חטא col. 1.
כדרך החוטאים אלא חשב שעלה למעלה עליתה ממעלתו
שא״ל הנחש והייתם כאלהים ואם כן כשחטא על זה
הערך יחטא · והנה חטא אדם הראשון הוא עמוק
עמוק מי ימצאנו: h. e. *Peccatum Adami uxoriſq; ejus aliud non eſt, quàm peccatum Angelorum, juxta ſententiam majorum noſtrorum, quorum memoria ſit benedicta. Qui ceciderunt de cœlo, ſunt Aza & Azaël, atq; illud ipſum eſt, quod ſcriptum,* Geneſ. VI, 4. הנפילים *erant in terra.* (Aza & Azaël ſunt nomina Angelorum, qui coiviſſe feruntur cum puellis: uti סמאל ſerpens dicitur, qui decepit Evam, quaſi סם מאל, ſi Druſio credimus. Hodiè apoſtatam, olim שְׁמוּאֵל dictum, vocant סמאל, alludentes ad Angelum apoſtatam.) *Quomodo autem peccarunt Angeli, cum ſint alieni ab omni materiâ? Et ſic quoq; Adam primus, omni denudatus quaſi ſcientiâ* (vel omnis quidem generis ſapientiâ inſtructus, ita tamen) *ut experimento ipſo necdum noſſet boni maliq; differentiam, ei ſimilis erat, cui nil commercij eſt cum materia; qui, inquam, pecca-*

vit? Nempe constat, peccantem, dum delinquit, de celsitudine sua descendere [perdere dignitatem suam] *unde Angeli peccantes superbi extitére, atq; seipsos Deos facere volebant, ut gradum eo, quo jam gaudebant, altiorem consequerentur: hoc quippe illorum peccatum est, quod animo agitârunt. Similiter Adam primus, non deliquit, ut peccatores alij: sed cogitabat longè majorem celsitudinem se assecuturum, ceu dicebat ei serpens, Gen.* III, 5. *eritis, sicut dij. Dum itaq; peccavit, id hoc modo factum est. Ecce verò primi Adami peccatum difficilimæ indagationis est, quis inveniet illud?* Neque obstat, quod ex *Deut.* IV, 32. probare satagunt illam plus quàm proceram Adami staturam. Hic enim Talmudistarum & Cabbalistarum mos est, arripere, quæcunque præstò sunt, & parùm pensi habere, propriè an metaphoricè intelligenda veniant. Exemplum *Bellarmino Galatinus* suppeditabit *lib. IV. c, 9.* ubi adducit illam Judæorum sententiam, quæ etiam legitur in מדרש שיר השירים, p. 16 col. 1. כשבנה שלמה בית מקדש נר בו כל מיני אילנות ובשעה שאלו שבשדה עושים פירות אלו שבבית עושים פירות ובשעה שהעמיד מנשה צלם בהיכל יבשו כל אותם האילנות הה״ד ופרח לבנון אמלל · אבל לעתיד לבא הקב״ה חוזר אותם ה״הד פרח יפרח ותגל וגו׳

Arbo-

Arbores aureas in templo ſuo tempore protuliſſe fructus, etſi probetur ex *Nahum.* I, *5.* metaphoricè tamen dictum eſt.

LXXVIII. Summa rei eſt, non illicò, ut ſonant, accipienda, quæ à Judæis proferuntur: ſolent enim variis modis occulere & clàm habere arcana, quæ acceperunt à majoribus; id quod à Cl. *Schickardo* atque aliis ſæpenumero inculcatum. Atque hîc quidem ſtaturæ celſitudine dignitatem ſtatus primævi metiuntur, à quo ſimul atque excidit, illam imminutam perhibent, ut fuerit ſtatura non niſi כל מאה אמה, h.e. *centum cubitorum*, quæ anteà סגיעה לשמים, *pertingebat usq; ad cælos*, h.e. ſumma erat. Nam eodem in loco *Talm.* ajunt: מן הארץ ועד לרקיע מהלך ת״ק שנה, h.e. *à terra usq; ad expanſum iter eſt 500. annorum*: quanta itaque fuerit ſtatura primi Adami, h.e. *dignitas primi ſtatus, in quo conditus erat.* Nec abludit ab hoc ſtylo ſermo Scripturæ. Saulis ſtatura commendatur *1. Sam.* X, *23.* ויגבה מכל העם משכמו ומעלה, *quòd omnem populum non ſolum capite, ſed humero, eoq; ampliùs ſuperarit*; unde lapſus ejus poſtmodum mentione ejusdem ſtaturæ exaggeratur, *cap.* XXVIII, *20.* ויפל מלא קומתו, er fiel/ ſo lang er jmmer war/ *quantus quantus erat*,

ibi exporrectus jacebat. Et transferendo ad incorporea, *Job.*XI,*9.10. excelsior cœlo, profundior inferno, longior terrâ, latior mari. Ephes.*III,*8. ut possitis comprehendere, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas & profundum, Colos.*II,*9. in ipso habitat* כָּל מְלֹא אֱלֹהוּת*, omnis plenitudo divinitatis, & quidem σωματικῶς*, h.e. perfectè, quod *Thomas de Aquino* servatâ metaphorâ, vocabat secundum trinam dimensionem corporis, sed paulò aliter, ut est apud *Cornel. à Lap. in Comment.*

LXXIX. Hæc de litera Vav abundante, vel plenâ voce ו; videamus etiam deficientem ו. *Haggai* I, *8.* ait Deus: *ascendite in montem, portate ligna, & ædificate domum, quæ mihi accepta sit vel placeat,* וְאֶכָּבֵד. Insolens hæc punctatio offendit Judæos, unde *Masora textualis*: ואכבדה ק׳, h.e. legendum est וְאֶכָּבְדָה cum ה in fine: & *magna*, calci Bibliorum adjecta: ואכבדה ב׳ א׳ מל וא׳ חס׳ וסימניהון בפרעה ובכל חילו וארצה בו ואכבד כן כתיב: h.e. *verbū* ואכבדה *non nisi bis extat ita in sacris Scripturis; semel quidem plenè scriptum; iterùm autem defectivè, & loca sunt hæc, Exod.* XIV,*4. atq; Haggai* I,*8.* ואכבד; sic quippe sine ה scriptum est. Negari sanè haud potest, ה parogogicum, quod vocant, alibi quoq; loco-

locorum deficere, v. g. *Thren.* V, *a recordare, Domine,* הַבִּיטָ *aspice, & vide opprobrium nostrum,*& v.21. *converte nos, Domine, ad te,* וְנָשׁוּבָ, *& convertemur*: unde non desunt, qui vel rideant vel indignentur, si ad mystica defectum ejusmodi referas, ceu videre est apud *D. Franz. Disp.* XI. *de Sacrificiis.th.37. & Sixtinum ab Amama, p.736. Anbarbari Biblici*, quos tamen hisce verbis notat *Schickardus in* מִשְׁפַּט הַמֶּלֶךְ, p.15. *Talia interpretes Hebræi notant, non ut inde probent, (quod pius quidam vir imperitè suspicatur & inde Rabbinos præter meritum exagitat) sed ut rei notissimæ & alibi probatæ suo more* סִימָן, i. e. *symbolum memoriale in recordationis facilioris subsidium pararent.* Hoc nempe intendit *Schickardus*, signa ejusmodi non esse naturalia, adeoque nec argumentativa, ut ubicunque ה paragogicum deest, ibi quoque defectus quinq; rerum necessariò notetur: sed ita se habere ex instituto & arbitrio quorundam, quo cessante, arcanis quoque locus sit nullus planè relictus.

LXXX. Ecquod verò mysticum hîc latere arbitrantur? Nempe in Talmud, *Massecheth* יומא*, c.1.* sic legimus? מאי דכתיב עלו ההר והבאתם עץ ובנו הבית וארצה בו ואכבד

 אס׳

אמ׳ ה׳ וקרי״ב׳ ואכבדה מאי שנא דמחוסר ה״א · אלו דברים שיש בין מקדש ראשון למקדש שני · ואלו הן ארון כפורת וכרובים אש שכינה רוח הקדש אורים ותומים: Scholiastes hæc addit: ואכבד חסר ה׳ בנבואת חגי ובית שני משתעי קרא · ארון וכפורת וכרובים כולו חדא היא · ושכינה לא שרתה בו · ורוח הקדש לא שרתה בנביאים משנת שתים לדריוש: , h.e. *quid est, quod scriptum est: ascendite in montem, ut afferatis ligna, atq; ædificate domum, in qua mihi placeam,* ואכבד, *& glorificer, ait Dominus? Legimus autem nos* ואכבדה. *Quam diversitatem vel differentiam innuit, quod imminutum est* ה? *Istæ nempè sunt res* (quinque; quia He in numeris quinque valet) *quæ faciunt, ut templum primum vel sanctuarium differat à secundo, hæ ipsæ, arca, propitiatorium, Cherubim, ignis, præsentia majestatis divinæ, Spiritus S. Urim & Thummim.* Scholiastes: *In dictione* ואכבד *deest* ה, *in prophetia Haggai, & Scriptura loquitur de templo secundo. Arca, Propitiatorium & Cherubim, omnia hæc pro re una habentur. Majestas divina non erat in templo illo. Sp. S.* (Judaicus, ut Schickardus eum appellare amat) *non habitabat in Prophetis jam ab anno secundo Darij.* Hæc traditio habet: alibi שכינה nō differt à רוח הקדש; ut verò numerus compleatur,

pleatur, זמן מחמת inferitur, de quo videndus *Seldenus de success.* p. 518.

LXXXI. Cæterùm in disputatione de Messia provocant ad hanc Cabbalam *Galatinus* l. IV. c. 9. ac *D. Jacobus Martini, l. 3. de Tribus Elohim* c. 14. disceptantes cum Judæis, cur templum secundum, *Hagg.* II, *9.* gloriosius dicatur primo. Gloria illa non posita erat in duratione temporis, nempe decennii; nec in præstantia ædificii atque divitijs, nedùm in rebus, quæ maximè locum sanctum ornant; cum quinque illa templi ornamenta in secundo non fuerint. Unde *colligunt*, vel Prophetam, quod absit, falsa vaticinatum; vel causam hanc assignandam, quòd פִּתְאֹם adesse debuit, ita reverà multis ab hinc seculis, adeoque templo eodem etiamtùm superstite venerit אל היכלו האדון ומלאך הברית, quem querebant, atque unicè desiderabant, Malachiæ *cap.* III, 1, 2.

LXXXII. Verùm traditioni huic & Cabbale valdè infesti sũt *Franzius, Drusius, Amama, Ribera, Waltherus.* Lubet videre, quid in mediũ afferant. *Pontificy, Galatino* infensi ob assertam Talmudis sententiam, provocant partim ad *Hieronymum*, hominem ocu-

latissi-

latissimum, quem nil Hebræarum traditionum fugerit, hujus tamen nullam unquàm mentionem facientem; partim ad *secundum Maccabæorum*, qui c.2. referat, fuisse in templo secundo ignem illum sacrum; vel ablatum, suoque tempore revocandum. Hos juvat *Drusius l.15.observ.c.16.* provocans ad *Josephum Gorionidem*, qui idem sentiat. Urim & Thummim eliciunt ex *Esdræ* II, *62. 63. & Nehem.* VII, *65.* Quod de Sp.S. dictum, id *Drusio* vanum videtur, nisi intelligatur de Spiritu Prophetico, quem post Malachiam desiisse, largitur.

Cuna. l.1. de R. H. c.14. in fin.

LXXXIII. Cum verò ex professo hîc de singulis nulla institui debeat disputatio, monendum tamen, quod uberiori discussioni inservire queat. I. Judæi tàm rigidi non sunt, ut Sp.S. è templo secundo penitùs eliminent, maximè autem ii, quibus שכינה & רוח הקדש idem sunt, uti est in *Lex.Talm.p. 2338.* שכינה ibi futuram תדיר כמו בבית הראשון, id verò est, quod inficiantur. II. De igne quod tradit *Drusius*, extat in *Josepho illo*, Hebraicè & Latinè à *Münstero* edito, lib.I.c.17. ubi disertè dicitur, seni cuidam in mentem venisse loci, 2.Maccab. I.19. אסר החכמים עם ירמיהו הנביאים את האש הקדוש, additque, eundem in

templum

templum allatum ibi jugiter fuisse usque ad הגולה השנית. Idem de arca *l.c.* asseritur, quod eam Jeremias occultârit, suoque adventui reservatam voluerit, atque apparitioni Eliæ. At *lib. 3. c. 13.* assèritur, Judam, filium Mathathiæ, cùm templo purgato altarique, recens extructo, sacrificiorum carnes imposuisset, non invenisse אש הקדש, h. e. *ignem sanctum*: Deum verò ad piorum preces curâsse, ut ignis è lapide altari imposito exiliret, qui, adjectis lignis, durarit usque ad הגולה השלישית, h. e. *captivitatem tertiam*. III. in Talm. ירושלמי seu Hierosolymitano, Massech. שקלים, c.6. dissentiunt Rabbini in eo, quid factum sit arcæ. Rabbi *Eliesér* ait: ארון גלה עמהם לבבל:, *arca cum ipsis abÿt in Babyloniam:* rationem reddit hanc ex *2. Paral. ult. v. 10.* quòd Nebucadnezar Regem eò transportarit, עם כלי חמדת בית יהוה, unde quęrit, אין החמדת בית יהוה, *quænam sunt pretiosa illa domus Domini?* ac respondet: זה הארון, h.e. *arca intelligitur.* At *R. Jehuda Bar Elai* dicit: במקומו היה הארון גנוז, h.e. in loco suo arca erat abscondita, idque probare nititur ex *1. Reg.* IIX, *8.* IV. In *Talmud* בבלי, h.e. *Babylonico, Massech.* סוטה, *c.9.* legimus: משמתו נביאים ראשונים, בטלו אורים ותומים · מאן אינון נביאים

נביאים ראשונים · לאפוקי חגי זכריה ומלאכי דאיקרו אחרונים · משמתו נביאים אחרונים נסתלקה רוח הקדש מישראל ועדיין היו משתמשין בבת קול:, h.e. *ex quo mortui ſunt Prophetæ priores, ceſſarunt Urim & Thümmim.* *Quinam ſunt illi Prophetæ priores? Ita dicti ſunt in oppoſitione ad Haggæum, Zachariam & Malachiam, qui vocati ſunt poſteriores. Jam ex quo mortui ſunt Prophetæ poſteriores, Sp. S. ſublatus eſt ab Iſrael, & hactenus uſi ſunt illo genere oraculi, quod* בת קול *appellatur.* Formârunt quidẽ ſub templô ſecundo אורים & תומים, ſed ejus nullus tunc erat uſus, uti *Seldenus l.c.p.505. ex Maimonide* probat.

LXXXIV. Equidem, cur à Cabbala hac recedamus, & Judæos hîc arguamus mendacii, nihil cauſæ invenio. Ubi majorum ſuorum dignitatem augere poſſunt, ibi à veritate abludunt. v.c. *Hagarem*, Saræ ancillam, בת פרעה fuiſſe perhibent, quæ ideò hoc ſervitium ſubierit, quod Pater, conſpectis miraculis, Saræ factis, dixerit: מוטב שתהא בתי שפחה בבית זה ולא גבירה בבית אחר, h.e. *præſtat, filiam meam eſſe ancillam in domo iſta, quàm Dominam in ædibus aliis*, uti eſt apud *R. Salomonem, Gen.* XVI. Ubi verò res cedit in damnum, dedecus, ignominiam aut vitupe-

tuperium, temerè eos mentiri dixeris; ceu quidem hic loci necessariò contingeret. Minuit enim templi secundi gloriam defectus Spiritus Prophetici seu Prophetiæ continuatæ; arcæ, propitiatorii, Cherubinorum, præsentiæ Majestaticæ vel majestatis divinæ, ignis cœlitùs demissi, ac denique insignis istius oraculi Urim & Thümmim. Quin etiam, si mysteriis locum concedis, arguit, Synagogam nutantem interitum jam minatam esse. Unctio cessabat, nec erat Sacerdos unctus, sed מרובה בגדים, h.e. copiâ vestimentorum insignis, per quę ab aliis internosci poterat: quia imminebat Messias ungendus diviniori modo בשמן ששון מחבריו, h.e. *oleo lætitiæ, vel propter consortes suos, vel præ illis*, *Psal.* XLV, *8. Hebr.* I, *9.* Spiritus Propheticus rarus erat, ut magis illustris redderetur & conspicua Spiritus illius effusio, non perexiguis illis personis contenta, Zachariæ, Annæ, Simeonis, &c. *Luc. 1. & 2.* sed ad juvenes, senes, ancillas se extendens, & à *Joële* prænunciata, c. II, 28. *Act.* II, *17.* Arca cum Cherubim & propitiatorio periit, ne posthàc, adventante Messia, attendamus ad להט החרב המתהפכת illorum Cherubim, qui fores Paradisi custodiebant,

Gen.

Gen. III, *ult.* sed accedamus μετὰ παῤῥησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος, ut misericordiam consequamur & gratiam inveniamus, ubi auxilio opus est, *h.e.* adversus hostes, uti arca olim in castris erat victoriæ prænuncia. Messiam enim Deus esse voluit כפורת seu ἱλαστήριον, *Rom.* III, *25.* remotis Sacrificiis, & sublato igne, qui ea consumebat. Neque oraculum אורים & תומים obtinebat amplius, quia Deus, qui olim πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως locutus erat, filium mittebat voluntatis paternæ interpretem: unde etiam שכינה nulla observari poterat, quia iminebat vel appetebat Messiæ adventus, inter nos habitantis, *Joh.* I, *14.* dicti עמנואל, &c.

LXXXV. Quod de *Hieronymo*, Cabbalæ hujus ignaro, *Ribera* objicit, puerile est. Neque enim nosse poterat illa perexigua, sed quæ è Magistris privatis hauserat: & de Misnæ decretis aliisque secretioribus nil admodùm Sancto Patri constabat, &, quæ pro Religionis Christianæ confirmatione adduci poterat, ipsi aperire detrectabant. Accedit, quod juxta *Schickardum* defectus τοῦ ה non sit nisi סִימָן, quorum quædam multò post Hieronymum in Gemara conspiciuntur. Unde *Galatinus l. 1. c. 8.* in

fin.

fin. *Talmud, alijq; Codices ad Hieronymi notitiam nunquam devenerunt, ut facilè ex verbis ejus elici potest. Menasse in Concil. p. 75. quæst. 50. in Genesin*, ait, eum legisse רבות: sed eâ procul dubio fide, quâ è Platone *p. 191. & passim* Cabbalistam facit, operâ Doctoris Hebræi artis illius peritum. Auctor librorum, Maccabæorum acta referentium, cujus vel ob hanc ipsam traditionem auctoritatis sit, disputat *D. Gerhardus in Exegesi, & Polanus p. 741. seq. apud Groß. l. 1. Theatri Biblici.*

LXXXVI. Superant loca Esdræ & Nehemiæ. *Esdras* ait: *quæsivêrunt Scripturam Genealogiæ suæ, & non invenerunt, & ejecti sunt de sacerdotio; & dixit Athirsata eis, ut non commederent de Sancto Sanctorum, donec surgeret sacerdos* לאורים ולתמים. *Nehemias* autem eadem planè repetit. Respondet *Schindlerus* in voce אור: *hic locus intelligendus est de futuro seculo, cum in templo secundo Urim & Thummim non fuerint; vel de sacerdote digno, qui Urim & Thummim gestaret.* Versio *vulgata* reddit: *donec surgeret sacerdos doctus ac perfectus; vel eruditus.* Res tota, ut ego quidem arbitror, dijudicanda est ex voculâ עד, h. e. *donec*, ibi adhibitâ. Cum enim usus ejus *geminus, vel* ut in negatione

alio tempore ponat, quod hoc intervallo non admittitur, v.c. *Gen.* XIX, 22. *non possum facere quicquam,* עד *donec eò veneris:* certè posteà fecit, h.e. subvertit Sodomam. *Vel*, ut ne alio quidem tempore ponat quicquam, sed resolvatur in QUAMDIU Latinorum, fortiorque inde evadat negatio. e. gr. *1. Sam.* XV, 35. *non vidit Samuel ultra Saulum* עד יום מותו, h.e. quamdiu vixit: cùm, inquam, usus ejus sit varius, sententiæ quoque ipsæ variant.

LXXXVII. Sit itaque textuum illorum hæc propositio: *non comedent de Sancto Sanctorum,* עד *donec surgat sacerdos, qui gerat Urim & Thummim*; vel, *quamdiu deerit sacerdos, gerens Urim & Thummim.* Jam ex posteriore acceptione τῷ עד nil colligi potest, uti non sequitur ex *Matth.* I, 25. Joseph non cognovit Mariam, donec peperit primogenitum. ergò posteà cognovit. Priorem autem *Schindlerus* secutus est, cujus expositiones expendere lubet. *Intelligendus est locus* (inquit) *de futuro seculo.* Quid audio? Ergonè in futuro seculo erunt Sacerdotes, univocè dicti, qui Urim & Thummim gestent, & operâ illius oraculi genealogias controversas dijudicent. Hoc certè

est

est עוֹלָם הַבָּא Judæorum, minimè autem Christianorum. Quid? quod nec ipsi sacerdotem quendam cum Urim & Thummim huic negotio destinârint, sed Eliam. Sic enim scribit *Kimchi ad Ezech.* XLVII, *ult.* לעתיד בצאת ישראל מהגלות יודעו השבטים אע״פי שהם מעורבים עתה ולא ידעו איש את שבטו יבא אליהו וייחם כל אחד אל שבטו: h. e. *futuro tempore, quum ibunt Israëlitæ ex exilio, cognoscentur tribus, etsi nunc confusæ sint, ita ut nemo tribum suam nôrit: veniet enim Elias, & quemvis tribui suæ applicabit vel appropriabit.* Aliter itaque *Vatablus* refert ad ætatem Messiæ: *Hîc*, ait, *obiter prædixit adventum Christi, qui fuit plenus sapientiâ, & qui peccatum non fecit. Per* אוּרִים *enim, quod sonat lumina, significatur perfecta scientia seu sapientia; & per* תֻּמִּים *integritas vitæ, sive inculpata vita: quasi dicat, donec adveniat unus, qui dignus sit gestare Urim & Thummim, sicut tempore primi templi.* Et magis audacter ad Nehemiam scribit: *Necessario locus ille intelligitur de Christo.*

LXXXVIII. Sed enim nulla hîc nos urget necessitas, ut ad Messiam referamus, qui non futurus erat כֹּהֵן secundum ordinem Aaronis, stantis לְאוּרִים וּלְתֻמִּים, sed *secundum*

ordinem Melchisedech, Psal. CX, 5. Video autem, quid *Vatablum* eò deduxerit. *Aben-Ezra* Esdram ita exposuerat : האורים שעשה משה נגנזו ולא נעשו עוד אחרים תחתם ופירוש עד עמוד כהן הראוי לאורים ולתמים : h. e. *oraculum vel ornatus τῶν* אורים, *quem fecerat Moses, absconditus erat, neq; etiam exinde alius ejus loco adornatus. Unde expositio verborum,* עד עומד כהן, *est, donec surgat sacerdos dignus, qui gestet Urim & Thummim.* Hanc Rabbini sententiam arripuêre *Schindlerus* & *Vatablus*, additâ alterâ *R. Salomonis*, sed malè intellectâ : *ille* quidem generatim & præcisè, *hic* vero specialiter; eò, quòd videret neminem ob sapientiam vitæque integritatem Messiâ esse digniorem: imò verò reliquorum nemo dignus est, *Matth.* III, *11. 1. Cor.* XV, *9.* Neque etiam signo ullo dignosci poterat, quis sacerdotum dignior esset. Visum itaque ipsi referre ad Messiam; sed obstat scopus authoris Hattirsatæ; nam præsente etiam tunc Messia & inter mortales agente, nemo solicitus fuit de filiis Barzillai, num admitti deberent ad sacerdotium; neque Messias eò nomine venerat in mundum, ut Genealogias Judæorum pristino nitori restitueret; sed potius Apostoli ejus fideles monuerunt,

caverent

caverent ſibi à Genealogiis interminatis, 1.Tim.I, 4. Tit.III, 9.

LXXXIX. R. Salomo alium ſenſum in Commentario adducit : עד עמוד כוהן כאדם שאומר לחבירו עד יחיית המשיח לא יעלה דבר זה· ואינו יכול לפתור עד עמוד כהן לאורים ותמים בבית שני לפי שמצינו בפרק ראשון של יומא שהיה בית שני חסר מאורים ותומים:, h.e. quum ſcribitur, donec ſurgat ſacerdos, &c. id perinde eſt, ac ſi jam alter alteri dicat, hac res non emerget vel proderit, usq; ad dies Meſſiæ. Neq; ego poſſum verba illa explicare de templo ſecundo; cùm inveniamus in cap. 1. codicis יומא, in templo ſecundo Urim & Thummim non fuiſſe. Seldē. de ſucceſſ. p. 420. Petiit hæc Rabbi, ut alia pleraque, è Talmud, Maſſech. סוטה, c. 9. ſuprà adducto, ubi vulgaris illa loquendi formula magis completè ita adducitur : ת״ש משחרב מקדש ראשון בטלו ערי מגרש ופסקו אורים ותומים ופסק מלך מבית דוד· ואם לחשך אדם לומר והאמר התרשתא להם אשר לא יאכלו בקדש הקדשים עד עמוד הכוהן לאורים ותומים כאדם שאומר לחברו עד שיחיו מתים ויבא משיח בן דוד:, h.e. veni, audi, ex quo ſanctuarium primum deſtructum eſt, ceſsârunt ſuburbia, Urim & Thummim, atq; Rex à Davidis familiâ oriundus. Quod ſi quis id cohibere vel minuere velit, objiciens illud Eſdræ II, 63 Dixit Hattirſata, ne comedant de ſanctitate ſan-

ctitatum, donec surgat sacerdos cum Urim & Thummim; *sciat, intelligendum esse perinde, ac si quis dicat proximo suo, donec reviviscant mortui, & veniat Messias, filius Davidis.* Sic enim Scholiastes ait supplendum אמור לו, dic ei, &c. Mens itaque hæc est: non esse, quòd expectent filii Barzillai, ut de sanctitate illa comedere queant; atque rem adeò ambiguam esse, ut trito proverbio eludi queat, quod provocandum sit ad ipsum usque Messiam & suscitationem mortuorum. Hæc expositio & acceptio secunda voculæ עד in præsens mihi tutissima videtur; atque adeò certa, Judæis quidem propterea, שלא היתה שם רוח הקדש, h.e. *quod ibi, in templo secundo, non vigeret & vulgare esset donum Spiritus propheticum*: mihi vero, quod non constet, ullum ejus usum ibidem fuisse, scilicet τῶ חורים, h.e. ornatus, nisi ut cessante oleo saltem vestium octo sacrarum numero initiaretur Pontifex, quæ constans est Judæorum assertio. Sed ad alia propero.

XC. Videamus locum ex *c.* XXX. *Deut. v. 6.* Textus ipse sic habet: ומל יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֶת־לְבָבְךָ וְאֶת־לְבַב זַרְעֶךָ, h.e. *circumcidet Dominus Deus cor tuum, & cor seminis tui. Baal Hatturim* hac in re aliud spectatum ait: את לבבך

וחת

ואת בגימטריא זה לימות המשיח וסמיך ליה והותירך שאם תשוב בתשובה שלימה מיד תהא נגאל: כי תשוב אל יי' אלהיך וסמיך ליה כי המצוה הזאת לומר שקולה את התשובה כנגד כל המצות כולן:, h.e. *cùm dictum* ואת לבבך, *per Gematriam id tantundem valet, ac vocabula* זה לימות המשיח; *& proximè sequitur, v. 9.* abundare te faciet Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum, *ac si diceret: si* ABUNDE *aut perfectè pœnitentiam egeris, illicò è captivitate liberaberis. Dictum est ibidem, v. 10.* si conversus fueris ad Dominum Deum tuum; *& statim sequitur, v. 11.* nam mandatum hoc non est supra te, *ut indicet, pœnitentiam tanti æstimari, quanti æstimantur omnia in universum mandata.* Neque verò temerè ad pœnitentiam confugiunt, à quâ ex parte adventum Messiæ hodieque suspendunt, omnibusque modis quærunt, quomodo argumentorum nostrorum vim effugere queant. In *Talmud Mass.* סנהדרין, *c. ult.* id maximè est conspicuum.

XCI. Valdè probatur ipsis hæc Cabbala, eò, quòd verba לימות המשיח in terminis terminantibus, quos vocant nostri, hinc prodeant: & contradicentes vix ferre sustinent. *Galatinus l. 5. c. 9.* verba Numinis im-

pleta censet in congregatione & reditu Judæorum è captivitate Babylonicâ, quam vocant פקודת בית שני, h.e. *visitationem gratiosam factam sub initium templi secundi.* *Abarbanel* in משמיע ישועה ad h. l. ait: חכמי נוצרים, h. e. *sapientissimos Christianorum* quoque exponere Mosen על הגאולה רוחנית שבענין הנפש, h.e. *de redemtione spirituali, animam spectante*: & priorem *Galatini* interpretationem ita exagitat, ut dicat: וַיִּלְאוּ לִמְצֹא הַפָּתַח, h. e. *investigando defessi à janua quoq; aberrarunt*, ex *Gen.* XIX, *11.* scilicet cæcitate summa percussi, unde aliquot argumentis eam impugnat. Addit etiam ex *R. Mose Bar Nachman*, illas maledictiones, quæ Judæos hactenus spectarunt, *v. 2.* reaple implendas in שונאים, *hostibus Israelitarum*, & אויבים, *inimicis*, intelligens per illos ישמעאלים, *Turcas*, per hos autem הנוצרים, *ipsos Christianos.*

XCII. Cur itaq; non agunt תשובה שלימה, h.e. *pœnitentiam perfectam*, quò adventum maturet Messias; vel in disceptationibus hisce manus dant? Nempe, salvâ Mosis auctoritate, distinguunt inter גאולת תשובה & הגאולה של בעתה אחישנה; ut est in *libro* חיים *p. 45. col. 1.* aut, cum *R. Saadia in libro* אמונות inter זמן התשובה & זמן הקץ. Obscura hæc sunt,

ſunt, nec intelligi ſatis poſſunt, niſi ipſis verbis perſpectis: ac miror, noſtros in hâc controverſiâ nil hujus monere. In priori ſcripto ita legitur: גלות זה
הרביעי מחלים אותנו בעונות הרבים יותר מכל שאר
הגליות : ואנו רואים שמשה לא הזכיר כחמות
הגאולה אחר תוכחת משנה תורה כדרך שהוזכר אחר
תוכחת תורת כהנים : וכל זה שאנו שוורא׳ שביאת
המשיח הוא אמונה אמתית מכל מקום חלילה שיפול בשביל
זה אמונת ישראל כדרך שיפול אמונת הנוצרים בשביל זה׃
והן יקטלנו בגלות לו כייחל׃ שכך נצטווינו לעובדו בכל
נפשנו ובכל מאודינו : גם לא הזכיר משה בתוכחה היא
רק גאולת התשובה שנ׳ ושבת עד ה׳ אלהיך וגו׳ אבל
הגאולה של בעתה אחישנה לא הזכיר משה לפי שמדבר על
הדור שנחרב הבית בימיו שנ׳ והשיבך ה׳ באניות וגו׳ ואותו
הדור ידעו שהוצרכו לייאש מן הגאולה של בעתה אחישנה:
In poſteriori autem: הדבר אמר כאמין שהוא
שם לשעבודנו ב׳ זמנים אחד מהם זמן התשובה והשני
זמן הקץ ואיזה מהם שיקדים תתחייב בו הגאולה : ואם
תשלם תשובתנו אין מביטים אל הקץ אבל יהיה כמו
שאמר הכתוב בתורה והיה כי יבאו אליך כל הדברים
האלה הברכה והקללה ושבת עד יהוה אלהיך ושמעת
בקולו ושב יי׳ אלהיך וגו׳ ושאר הו׳ פסוקים : ואם תקצר
תשובתנו כעמוד עד השלמת הקץ ויהיה קצתנו ענושים
וקצתנו מנוסים כאשר הוא ידוע בכל רעה שתבא בכלל
בכל חלקי הזמן ברעב והחרב והדבר שיהיו קצת בני
אדם ענושים בהם וקצתם מנוסים :

XCIII. Prioris loci sensus hic est: *quartum hoc exilium ob copiam peccatorum nostrorum magis nos debilitat, quàm omnia reliqua exilia.* *Maximè cum videamus, Mosen nullam fecisse mentionem consolationis de redemtione post increpationem descriptam* in Deut. XXVII. & XXIIX. *eâ quidem ratione, ut fecerat anteà in Levitico, c.* XXVI, 44. *quāquam id totum eo spectat, quod in confesso sit, licet certissima sit fides de Messia venturo, tamen si maximè non veniret, non labasceret eo nomine fides Israëlitarum vel religio, uti eâ de causa periret fides Christianorum* (Act. IV, 12.) *Ecce enim si interficeret nos, in eum nihilominus speraremus* (Job. XIII.) *cùm tale habeamus mandatum, ut colamus eum* (Deum) *ex tota anima nostra, & ex omnibus viribus nostris. Certè idem Moses in eadem increpatione non meminit nisi redemtionis, quæ fit per pœnitentiam, dicens,* Deut. XXX, 2. *& reverteris ad Dominum Deum tuum &c. at quod concernit redemtionem, descriptam ab* Esa. LX, 22. *verbis:* בעתה אחישנה, *ejus Moses mentionem facit nullam, cujus causa est, quia de illa generatione loquitur, quâ superstite templum destructum est, juxta illud* Deut. XXIIX. ult. *reducet te Dominus classibus in Ægyptum &c. Illa autem genera-*

generatio noverat., quòd desperare debeat de redemtione illa, descripta ab Esa. loco cit.

XCIV. Posterioris autem talis: *Ut credamus, Deum statuisse duo tempora diversa captivitati nostræ solvendæ, omninò convenit; quorum unum est pœnitentia; alterum certi cujusdam termini; quodcunq; autem ex his priùs locum inveniet, certò eveniet redemtio. Igitur si perfecta fuerit pœnitentia nostra, non attendimus ad terminum illum, sed res se habebit, uti in lege scriptũ est: & erit, cùm venerint super te omnes res istæ, benedictio & maledictio, & reversus fueris ad Dominum Deum tuum, & audiveris vocem ejus, tunc Dominus te liberabit captivitate, &c. quæ per decẽ versus sequuntur. Sin autem pœnitentia nostra minùs perfecta erit, perseverabimus, usq; dùm appetet terminus ipse; intereà quidam nostrûm dabunt revera pœnas, alij autem tentationibus erunt expositi, ceu fieri solet palam in omni afflictione generali quovis tempore, dùm fames, bellum aut pestis dominatur, quibus ipsis alij hominum puniuntur, alij tentantur.*

XCV. Hoc nempe solamine diutinum exilium tolerant mortalium nulli cœcitate secundi. Unde etiam *Menasse*, pharisaico inflatus spiritu, longè aliud loquitur. §.92. exilii

duri-

duritiem & durationem referebant ad עונות הרבים, h. e. *peccata sua magna & multa*; at *Menasse, conciliat. p. 65.* ait: *nos, qui nunc ex populo Israëlitico in captivitate sumus, nequaquàm graviter adeò peccamus, quàm fecerunt majores nostri; & fortassis, si adhuc in patria nostra essemus, non ejiceremur inde. Sed ad recuperandam ejus possessionem ingentibus meritis ac præparatione opus est. Ita ut nos ob majorum nostrorum peccata nunc puniamur: quomodò sæpè Rex aliquis ob crimen parentis bona omnia in fiscũ redigit, queis filius, quamvis innocentissimus, carere atq; in paupertate vivere cogitur. Ita & adulteriò natus, quem Mamzer seu spurium lex, Deut. XXIII; 3. appellat, cœtu Domini arcetur, quamvis omnes in eo virtutes concurrant.*

XCVI. Pharisæus hic, non contentus perfectâ pœnitentiâ, *INGENTIA* quoque merita (quæ nulla esse possunt; cum nemo sit, quin peccet, 1. Reg. VIII.) poscit. Legatur *Coch in Sanhedr. p. 351.* neque enim nunc vacat, quò distinctionem illam uberiùs examinare queam, quæ vel seipsam eo nomine perimit, quòd redemtio *Esaiæ* descripta sit absoluta, Mosaica autem illa conditionata: novimus, quid *Anonymus* ille apud *D. Jacob.* Mar-

Martini l.3. de Trib. Elohim, moliatur, dùm ait: *sub conditione Messiam Judæis promissum, adeoq; nunquàm compariturum, quia conditionem non servaverint*; ac optimè eam refellit in *Sanhedrin Rabbi quidam* hisce verbis: כלו כל הקצין ואין הדבר תלוי אלא בתשובה ומעשים טובים : h.e. *elapsi sunt omnes termini, Messiæ adventui adeoq; liberationi ipsi præscripti; totaq; res dependet à pœnitentiâ & operibus bonis.* Jam autem pœnitentia hactenus nil effectum reddere potuit, multò minus igitur illa Gematria, æquè imperfecta, ac pœnitentia.

XCVII. Porrò Canon extat inter Hebræos satis celebratus usu Rabbinorum: כל מקום שנאמר באחרית הימים הוא ימות המשיח :, h. e. ubicunque usurpantur hæc verba: באחרית הימים; ibi sermo est de diebus Messiæ. Videatur *Kimchi ad Esa.* II, *2.* Leguntur autem, *Deut.* XXXI, *29.* וקראת אתכם הרעה באחרית הימים, h. e. *& occurret vobis malum in novissimo dierum*; unde promptum est colligere, agi ibi de diebus Messiæ. Sed *Cabbalista* propiùs ad scopum collimant, usi specie interpretationis è numero vocum petita; h. m. הרעה באחרית הימים רת עולה בגימטריא גוג וקראת ד' וקראת אתכם הרעה · וקראת שמו ישמעאל · וקראת שמו עמנואל וקראת ישועה חומותיך · כשתקרא אתכם הרעה.

הרעה וקראת ישמעאל מתפלל לאל שישמע אליך ושיהיה עמנו: ותשוב אליו בתשובה אז וקראת ישועה חומותיך: i.e. *in verbis*, הרעה באחרית הימים, *adductis ex Deut. literæ initiales per Gematriam tantundem valent ac literæ vocis* גוג, *Gog.* (nempe Gog & Magog circa adventum Messiæ Judæos miserè tractabunt; atque hoc ipsis est הרעה, malum illud futurum in novissimo dierum) *At dictio* וקראת *quater occurrit*: *loca ipsa hæc sunt*, Deut. XXXI, 29. *occurret vobis malum.* Gen. XVI, 11. *vocabis nomẽ ejus Ismael.* Esa. VII, 14. *& vocabis nomen ejus Immanuel.* Esa. LX, 18. *vocabis salutem muros tuos. Nempe, quum occurret vobis malum illud, tunc exclamabis Ismael! quia orabis Dominum, ut exaudiat te, & ut sit nobiscum. Atq; ubi redieris ad ipsum per pœnitentiam, tunc muros tuos prædicabis salutares.* Cæterum in *Baal Hatturim*, *Gen.* XVI, 11. ubi eadem recensentur exempla, cōmodior ferè applicatio legitur: מעל ידי קריאת ישמעאל קראת הרעה אבל על ידי קריאת עמנואל קראת ישועה:, h.e. *nam per illam Ismaelis* (hostis Judæorum, ut vidimus suprà §. 91.) *denominationem evenit malum; at per hanc, dum puer* (העלמה) *dictus est Immanuel, evenit* ישועה (à qua Jesus dictus est) *Salus.* De bello Gog, vide Gematriam, *Num.* X, 9. in *Baal Hatturim.*

XCIIX.

XCIIX. In *cap.* XXV, *12. Num.* legitur: *Pinehas avertit iram meam*; לָכֵן, *eapropter dic, me daturum ei fœdus meum* שָׁלוֹם, quod scil. *pacis* fœdus est. Hic *Masora* literæ vav quantitatem considerans, ait ו'ו זעירא, h.e. *vav justò minus est*; at *Baal Hatturim* rationem assignat: לכן בגימטריא מדה במדה · את בריתי שלום · שלום כתיב · והיא ו'ו קטיעה כי פנחס הוא אליהו · וכן אליה כתיב חסר ו'ו ויעקוב מלא ו'ו שנטל ו'ו מאליהו למשכון עד שיבא עם המשיח ויגאל את בניו וזהו יגל יעקב ישמח ישראל · ישמח אותיות משיח שישמח ליאות המשיח ויחזיר הו'ו ויהא אליהו שלם: שלום בגימטריא זהו משיח:, h.e. *vox* לכן *in Gematria tantundem valet, ac voces* מדה במדה, (i.e. quia Zelo usus erat Pinehas, לכן ideò æquâ mensurâ confirmatur ei sacerdotium.) *Et cum dictum* את בריתי שלום, *scriptum cum vav decurtato* שלום; *nam Pinehas est ipse Elias* (de eo videatur *Seldenus* in *Tractatu de successione, p. 232.*) *unde etiã deficiente vav* אליה *scribitur*, Malach. IV, ult. *at* יעקוב *plenè cũ vav: nam sustulit vav ab Elia loco pignoris, donec cum Messia veniat & liberet filios ejus.* Atque *hoc est, quod legitur*, Psal. XIV. & LIII, ult. *exultet Jacob*, & ישמח, *lætetur Israël.* Nempe ישמח *easdem literas habet, quas* משיח, *ut lætetur in diebus Messiæ, & reducat vel restituat*

vav,

vav, ut Eliæ nomen sit plenum. *Sic quoq;* מלוס *per Gematriam cum dictionibus* יהו משיח *coincidit.* Loca alia de Messia videantur quoque in *Baal Hatturim, Genes.* XXXII. *Exod.* XVII. *in fine. Levit.* XXV. & *Num.* XVII. ubi verba Psaltis, יפרח בימיו צדיק, quæ leguntur, *Psal.* LXXII, 7. de eodem explicantur. Reliqua passim occurrent.

XCIX Porrò de nomine Dei יהוה peculiares instituunt computationes. Deum, quòd nullo contineatur loco, sed omnia conservet, adeoque eis instar loci ipsius sit, מקום indigitant. Unde etiam est illud in פרקי אבות, c. 3. כל שרוח הבריות נוחה הימנו רוח המקום נוחה הימנו · וכל שאין רוח הבריות נוחה הימנו אין רוח המקום נוחה הימנו: h. e. *super quocunq; quiescit Spiritus creaturarum* (h. e. qui gratus & acceptus est inter homines) *super eo quiescit etiam Spiritus Dei: & contra, qui ne hominibus quidem gratus est, multò minus acceptus erit Spiritui Dei.* Propius verò accedentes inter utrumque vocabulum computationem peculiarem instituunt. Nam cum מקום in numeris comprehendat 186. totidem arte singulari ex literis יהוה eliciunt, si cujusvis literæ numerus per eum, quem alias importat, multiplicetur, v. g. è Jod decies re-

cies repetito centũ resultant: ex ה quinquies repetito viginti quinque; vav eâdem ratione auctum 36. conficit: ה iterùm, ut suprà multiplicatum, facit 25. Ecce tibi rursum 186.

C. Deinde scribunt illud completè, uti Grammaticis in more positum est, unde nova resultat computatio; v.g. in צרור המור *parasch.* בראשית, *p.2.col.4. in fin.* אדם אתם אתם אדם קרויין אדם ואין אה״ קרויין אדם ועליו נאמר דמות כמראה אדם עליו מלמעלה רמז לישראל שהם למעלה מהמרכבה דבקים בש״י ולכן אדם עולה מספרו מ״ה כמו מעולם שם יוד הא ואו הא במלואו · והקשו בזוהר והא כתיב בישמעאל והוא יהיה פרא אדם ותשיב פרא אדם כמה דאת אמרת מסעף פארה במערצה וזהו פרא אדם נכר וחלק מאדם לפי שים להם מילה ולא פריעה ;, i.e. dictum est, *Ezech.* XXXIV, *ult. vos oves meæ,* אָדָם אַתֶּם: *ego verò Deus vester. Sensus verò hic: vos vocati estis* אדם, *at gentes mundi,* i.e. aliæ, *non vocatur* אדם, *de qua etiam re dicitur,* Ezech. I, 26. *similitudo erat instar aspectus hominis* אדם *super eo supernè, scil. indicans Israëlitas, qui currui impositi Deo benedicto adhærent. Qua de causa etiam dictio* אדם *in numeris facit 45. quæ ipsa ibi emergunt, si nomen Dei plenè scribas* יוד הא ואו הא. *Objiciunt quidem in Zohar, ecce scriptum est de Ismaële,* Gen. XVI, 12. *ipse erit* פרא אדם: *at responde-*

tur, dici פרח אדם, *ac si dixisses vel diceres ex* Esa.X,33. *exscindit cum robore* פָּארָה *ramum* (h. e. inde sortitur significationem suam, transpositis literis.) *Unde* פרח אדם *est surculus aut pars quædam de homine* (h.e. Abrahamo) *etsi enim Ismaëlitæ* (ab Abrahamo) *circumcisionem habent, tamen* פריעה, h.e. *retectione membri* (quam planè credunt necessariam, atque è Jos. V. probare cupiunt) *destituuntur*; unde ex parte solùm cum Judæis, veris hominibus, conveniunt. Sic nempe aliàs gentes Judæi excipiunt; unde etiam in *Baal Hatturim* ad c. XXXII, *21. Deut.* legimus, לא עם i.e. *non populus*, בגימטריא אילו בבליים, *per Gematriam valet, isti sunt Babylonij*, qui ne quidem gentis nomine venire possunt.

CI. Denique in eodem compleτè scripto aliter literas medias atque finales æstimant. In libro חיים, *p. 13.* auctorem solicitum habet punctatio, in verbis *Psal.* CXXVIII, 3. אֶשְׁתְּךָ כְּגֶפֶן, & similitudo vel comparatio uxoris cum vite. Tradit autem, scriptam esse vocem בִּסְגּוֹל, *cum sægol*, לומר כי הקירוב אליה יותר מדאי הוא כמקריב אל האש יותר מהראוי מכוות בגחלתו:, i. e. *ut indicet accessum ad uxorem nimium ejusdem periculi esse, ac si quis accedat ad* אש

אש *ignem, plus quàm sat is est; unde fit, ut flammâ ejus amburatur.* Viti autem collatam, לפי
שען של גפן אינו שוה לשום מלאכה ואינו רק בשביל
הפרי הטוב שנושא: h.e. *quia lignum vitis in nullo opificio usui esse potest, neq; ulli rei servit, nisi fructui bono, quem portat; sic nec fœmellam quicquam prodesse, nisi quod enitatur liberos.*
Inde pergit: אם תכתוב אותיות השם המיוחד
במלואו יו״ד ה״א וי״ו ה״א יעלה מספרו מ״ה כמניין אדם·
והנסתר שלו שהוא ו״ד א״ א״ו א״ עולה כמספר י״ט כמניין
חוה· להגיד שגלוי שכינה על האשה אינו דרך כבוד
כלפי מעלה· ואע״ג שהיו כמה נשים נביאות בישראל לא
תמצא בשום מקום וידבר ה׳ אל הנביאה מטעם
שפירשתי: h.e. *si scribas literas nominis Deo proprij plenè,* יוד״ הא״ ואו הא״; *numerus ejus conficiet 45. juxta numerũ vocis* אָדָם: *at, si sumas ejusdem plenè scripti literas, quæ latent* (alias in sacro Codice; ubi non nisi יְהֹוָה occurrit) *habes* ו״ד א״ א״ו א״, *quæ conjunctæ faciunt* XIX. *juxta numerum vocis* חוה; *h.e. Eva: ut indicet, Majestatem divinam manifestare se fœmellæ, non cedere in honorem Dei. Etsi enim multæ fuerint prophetissæ in Israël, nuspiam tamen invenies dictum: & locutus est Dominus ad Prophetissam vel de Prophetissa, ex ratione illa, quam exposui.*

CII. Nunc de Angelis nonnulla monebo.

nebo. Hîc verò *Cabbalistæ* non ſacras duntaxat literas expendunt, ſed alias quoque voces, Scripturis ignoratas: v.g. Traditionum haud exigua pars גְּמָרָא dicitur, h.e. *ſupplementum partis antiquioris, dictæ* מִשְׁנָה. peperit autē vox ipſa hanc Cabbalam, quæ itidē in *libro* modò citato extat: התורה שבעל פה היא המגינה על ישראל ולכך נקראת גמ״א שהוא ראשי תיבות של גבריאל מיכאל רפאל אוריאל לומר כי העוסק בגמרא חונה מלאך יהוה סביב לו להצילו· מימינו מיכאל · ומשמאלו גבריאל · ומלפניו אוריאל· ומאחוריו רפאל · ועל ראשו שכינת אל הבוחר בדברי חכמים:, h.e. *Lex oralis protegit Iſraëlitas, atq; ideò vocatur Gemara, quæ dictio reſpiciendo initia repræſentat nobis voces: Gabriel, Michael, Raphael, Uriel: innuit verò, Angelum Domini caſtra ponere circa eum, qui ſedulus eſt in diſcenda Gemarâ, quò eripiat eum: nam à dextrâ eſt Michael, à ſiniſtra Gabriel, ante conſpectum ejus Uriel, & à tergo Raphael, deniq; capiti adeſt Majeſtas Dei, probantis ſermones ſapientum.*

CIII. Præſtat autem reverti ad Scripturas, atque diſpicere, quid acuti invenerint. *Gen.* XIIX. *Abrahamo Deus apparuiſſe* legitur, & tamen ſubjungitnr illicò, והנה שלשה אנשים נצבים עליו, h.e. *& ecce tres viri ſtabãt juxta eum.*

ta eum. Quid hîc *Cabbalistæ?* Ajunt: והנה שלשה בגימטריה אלו מיכאל גבריאל ורפאל:, h. e. *verba* והנה שלשה, *per Gematriā idem valent, atq; hæc* אלו מיכאל גבריאל ורפאל, *isti erant Michael, Gabriel & Raphael.* Sed cur non alii? Ediſſerunt illud in *Talmud Maſſech.* בבא מציעא, c.7. מאן נינהו שלשה אנשים · מיכאל וגבריאל ורפאל · מיכאל שבא לבשר את שרה · רפאל שבא לרפאת את אברהם · גבריאל דאזל למיהפכיה לסדום:, h. e. *quinam ſunt illi tres viri? Michael, Gabriel, & Raphael. Michael venit, ut bonum nuncium indicaret Saræ de filio, quem conceptura erat; Raphael autem venerat, ut ſanaret Abrahamum* (cenſent enim, fuiſſe diem à circumciſione tertium, ubi dolor graviſſimus eſt, Gen. XXXIV, 25.) *Gabriel, quia abiit poſt ad evertendam Sodomam*, tanquam רוח פסקנית, h.e. *Spiritus deciſorius*, qui ſententiam ſemel latam non revocat, inde etiam dictus סַגְרוֹן: nam, ut ipſi docent, כיון שסוגר שוב אינו פותח, *quum claudit, nunquàm rurſum aperit.* Atque de Angelis illis adeò ſe putant eſſe certos, ut hanc obſervationem inde deduxerint: שלשה שהיו מהלכין בדרך הרב באמצע גדול מימינו וקטן משמאלו: וכן מצינו בשלשה מלאכי השרת שבאו אצל אברהם מיכאל באמצע גבריאל בימינו ורפאל משמאלו: *Jalkut ad Geneſ. 18.* i. e. *ſi tres in eadem via incedant, maximus*

 medium

medium locum occupet, dignitate ab ipso proximus ejus dextram, & infimus sinistram cingat. Sic enim invenimus de tribus Angelis ministrantibus, qui ad Abrahamum venerant: Michael (אַחַד הַשָּׂרִים הָרִאשֹׁנִים, *Dan.* X, *13.*) *erat in medio; Gabriel ad dextram; Raphael ad sinistram.*

CIV. Sed quia Spiritus decisorii facta est mentio, lubet de eo ipso afferre Gematriam quandam: ea legitur in lib. חסידים, *num. 1169. p. ult. b. m.* וקדיש בגימטריא פסקנית Auctor hoc intendit: *Dan.* IV, *10 & 20.* refertur, Belsazarem vidisse in visione quadam עִיר וְקַדִּישׁ *vigilem & sanctum* descendentem de cœlo, fortiter clamantem, & dicentem: *succidite arborem & præcidite ramos ejus, &c.* Hunc עיר & קדיש Gabrielem fuisse, persuasum habet, eò, quòd duæ illæ voces propheticæ *in numeris idem valeant*, quod פסקנית, Angeli ejus cognomen. Unde pergit: זהו וגזרת עלאה היא כמו שהוא פוסקת כך גוזרין למעלה · לכך נקראת רוח פסקנית שמכרעת בין המלאכים כשמקנתן מחייבין ומקנתן מזכין׃, *Hoc ipsum est, quod extat v. 21. decretum altissimi est, nempe uti illud statuit, ita supernè decernunt. Indeq; dicitur* רוח פסקנית, *i. e. Spiritus decisorius, quia ipse prævalet, dum alÿ Angelorum*

rum mortales condemnant, alij innocentes pronunciant. Ubi duo notanda: Unum est, inter Angelos bonos vota de mortalium rebus variare; hinc, *Dan. X, 13. Angelus princeps regni Persarum restitisse* legitur *viginti & uno diebus alteri cuidam, donec huic Michael, unus de primis principibus, veniret in auxilium.* Alterum, in *Talm. Mass.* סנהדרין, *c. 4.* hisce verbis introduci quendam Senatum Angelorum: אין הקב״ה עושה דבר אלא אם כן נמלך בפמליא של מעלה שנאמר בגזרת עירין פתגמא ובמימר קדישין שאלתא:, h. e. *Deus S. B. ille nil facit, nisi prius consilium cum suprema familiâ* (Angelorum) *inierit, quia dictum est*, Dan. IV, 14. *in decreto vigilum verbum, & in sermone Sanctorum postulatum ratum est. Ludovicus de Dieu* in Notis ad *Acta Apostolorum* hinc Senatum quendam Angelicum coëgit, ac miror, alios eum secutos: certè sententia illa propè accedit ad Judæorum placita. Videatur *R. Salomo Jarchi ad Gen. I, 26.* ubi verbum נעשה refert ad Angelos, אע״פ שלא סייעוהו ביצירתו, h. e. *etsi Dei coadjutores in creatione non fuerint.* Quæ adversus ipsum & *Photinianos* disputent Theologi, in vulgus etiam nota sunt, & peti possunt ex *D. Jacob. Mart. l. 1. de Trib. Elohim.* Aliàs *Pineda Tom. 1.*

 in

in Job. ad c.1. num. XI. *&* XIII. concilium Angelorum admittit, sed cui præsit non Dei Filius, verum aliquis Dei loco ex Angelis superioribus.

CV. Porrò dictum est, *Exod.* XXIII, *23. ibit ante te* מַלְאָכִי, *Angelus meus*: id quomodo accipi debeat, inter ipsos variant sententiæ. Fuére, qui assererent, intelligi per מלאך librum Legis, ratione deductâ ex verbis כִּי שְׁמִי בקרבו, h.e. *quia nomen meum in eo est*: in libro enim nomen alicujus multò rectiùs esse dicitur, quàm in persona: alii retulére ad אֲרוֹן הַבְּרִית, id est, *arcam fœderis*. Sed masculè *Aben-Ezra* respondet: כל אלו דברי רוח, *verba hæc omnia vana sunt*, cum toties facta sit mentio Angelorum, divinitùs missorum, maximè in Daniele, ubi dicitur מִיכָאֵל שַׂרְכֶם, *Michael princeps vester*, nempe Judæorum, *Dan.* X, *ult. & ibidem vers. 13.* vocatur אַחַד הַשָּׂרִים הָרִאשׁוֹנִים, i.e. *unus de principibus primariis* (ἀρχάγγελος *in epist. Judæ, vers. 9.*) unde concludit: זה המלאך מיכאל, i.e. *hic angelus est ipse Michael*, princeps Judæorum dictus: nempe allusione gratissimâ, & facilimâ literarum transpositione. Unde *Baal Hatturim* ad *Exod.* XXXII, *34.* ubi eadem verba repetuntur, ait: מלאכי אותיות מיכאל

מַלְאָכִי *dictio*, h. e. מיכאל שהוא מלאכי המיוחד לו *easdem habet literas, quas vox* מיכאל, *ac si diceret, quòd Michael sit quasi proprius ejus Angelus*, vel, *ille est proprius meus Angelus & peculiaris.*

CVI. Adjiciam alia quoque exempla de Angelis. *Num.* XXII, *38.* dicit Bileam, *loquar, quod posuerit* בְּפִי אֱלֹהִים, ubi ajunt *Cabbalista*: בפי בגימטריא מלאך : בפי בגימטריא הזמם ; מלאך נתן זמם בתוך פיו להחזירו אל בלק, h.e. *vox* בְּפִי *per Gematriam coincidit cum* מַלְאָךְ; *& per eandem Cabbalæ speciem etiam cum* הַזָּמַם, *quia Angelus*, אלהים *dictus, dedit sententiam illam vel posuit in os ejus, quam Balaco proponere rursum debebat.* Sic creatum Angelum intelligunt. *Num.* VIII, *3. hæc erat factura candelabri*, כמראה *juxta exemplum, quod ostenderat* יהוה Mosi. Ubi rursum scribunt: כמראה בגימטריא כגבריאל מלמד שגבריאל הראה לו דמות המנורה כן עשה :, h.e. *vox* כמראה *per Gematriam est idem ac*, כגבריאל, *sicut Gabriel, ac docet, Gabrielem ostendisse ipsi speciem candelabri, juxta quam illud formavit.*

CVII. *Gen.* III, *ult. Collocavit Deus ante hortum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium versatilem*, לִשְׁמֹר *ad custodiendam viam ligni vitæ. R. Salomo scribit*: את הכרובים מלאכי

מלאכי חבלה, h. e. *per Cherubim intelligunt[ur]* *Angeli noxii.* At longè manifeſtius *Baal Hat[-]turim*: לשמר כוטריקון לילין מרין מזיקין רוחין, h. e. *vox* לשמר *per Notaricon denotat ſpiritus no[-]cturnos, dæmones, noxios, & Spiritus.* Ho[s] enim facit cuſtodes Paradiſi, quales etiam pòſt ab Adamo prognatos tradunt in *Lex. Talm. p. 1306.* Locus ipſe legitur in *Talmu[d]* *Maſſech*: ערובין c. 2. unde idem *R. Salomo a[d]* *2. Sam.* VII, *14.* per בְּנֵי אָדָם intelligit *dæmo[-]nes*: & operoſè aliàs diſputant, an pœnæ in[-]fligantur à malis ſolùm Angelis?

CVIII. *Gen* XXXVII, 15. *Invenit vir qui[-]dam Joſephum errantem in agro, qui interroga[-]vit eum: quid quæris?* Hîc dum ſoliciti ſunt quis tandem vir ille fuerit, qui errantem puerum in viam reduxerit, offert ſe Cab[-]bala ejusmodi: וישאלהו האיש בגימטריה מלאך גבריאל שאלו:, h. e. *quum dicitur, interrogavit eum vir, per Gematriam ſic reſpondetur: Ange[-]lus Gabriel fuit, qui interrogavit eum.* Et *Ge[n.]* XLII, 7. וַיִּתְנַכֵּר, & alienum ſe finxit. Quo[-]modo id effectum dederit Joſephus, inqui[-]runt hoc modo: ויתנכר בגימטריה על ידי האיש גבריאל, h. e. *dictio illa* ויתנכר *per Gematria[m]* *cum hiſce coincidit: per manus viri illius, Ga[-]brielis.* Nempe hujus operâ & intervent[u] factum eſt, ut alienus cenſeretur Joſeph

Vide aliud exemplum de Gabriele ad c. 25. Exod. in *Baal Hatturim*.

CIX. Sed de Michaële nonnulla adhuc notentur. *Baal Hatturim in c.* XXII. *Gen.* ita loquitur: ויקרא אליו מלאך יהוה מן השמים סופי תיבות מיכאל היה, h.e. *in vers. 11. verba, & clamavit ad eum Angelus Domini de cælo, si ultimas literas juxta Gematriam æstimes, idem faciunt atq; hæc, Michael fuit.* Nempe Angelus creatus, princeps Israëlitici populi, designatur: unde rectè *v. 12.* de ipso dici potuit, quod inde *cognoverit timorem Abrahami erga Deum*, & à se *v. 17.* per נְאֻם יְהוָה removet, quæ Angelicæ naturæ non conveniunt, prædicata: ut frustrà sint, qui ibid. Dei intelligunt Filium nomine Angeli.

CX. Idem *auctor* ad Gen. XIV. hanc notam habet: ויבא הפליט בפרקי דרבי אליעזר בשעה שהפיל הקב"ה לסמאל ממקומו אחז בכנפות מיכאל להפילו עמו ופלטו הקב"ה מידו: h.e *quùm scribitur*, Gen. XIV, 13. *& venit, qui evaserat, notari debet, quod legitur in Capitulis Rabbi. Elieser, in hunc sensum: quum Deus S.B. Samaelem* (dæmonem) *de loco suo deturbaret, his apprehensis alis Michaelem secum deorsum trahere nitebatur, quem tamen Deus è manibus ejus exipuit.* Et aliam ad c. XXVIII, 20. ללבוש בגדים במסורת הכא

מלאכי חבלה, h. e. *per Cherubim intelliguntur Angeli noxii.* At longè manifeſtius *Baal Hatturim*: לשמר נוטריקין לילין שדין מזיקין רוחין, h. e. *vox* לִשְׁמֹ־ *per Notaricon denotat ſpiritus nocturnos, dæmones, noxios, & Spiritus.* Hos enim facit cuſtodes Paradiſi, quales etiam poſt ab Adamo prognatos tradunt in *Lex. Talm. p. 1306.* Locus ipſe legitur in *Talmud Maſſech*: ערובין c. 2. unde idem *R. Salomo ad 2. Sam.* VII, *14.* per בְּנֵי אָדָם intelligit *dæmones*: & operoſè aliàs diſputant, an pœnæ infligantur à malis ſolùm Angelis?

CVIII. *Gen* XXXVII, 15. *Invenit vir quidam Joſephum errantem in agro, qui interrogavit eum: quid quæris?* Hîc dum ſoliciti ſunt, quis tandem vir ille fuerit, qui errantem puerum in viam reduxerit, offert ſe Cabbala ejusmodi: וישאלהו האיש בגימטריא מלאך גבריאל שאלו:, h. e. *quum dicitur, interrogavit eum vir, per Gematriam ſic reſpondetur: Angelus Gabriel fuit, qui interrogavit eum.* Et *Gen.* XLII, 7. וַיִּתְנַכֵּר, & alienum ſe finxit. Quomodo id effectum dederit Joſephus, inquirunt hoc modo: ויתנכר בגימטריא על ידי האיש גבריאל, h. e. *dictio illa* ויתנכר *per Gematriam cum hiſce coincidit: per manus viri illius, Gabrielis.* Nempe hujus operâ & interventu factum eſt, ut alienus cenſeretur Joſeph.

Vide aliud exemplum de Gabriele ad c. 25. Exod. in *Baal Hatturim*.

CIX. Sed de Michaële nonnulla adhuc notentur. *Baal Hatturim in c.* XXII. *Gen.* ita loquitur: ויקרא אליו מלאך יהוה מן השמים סופי תיבות מיכאל הוא, h.e. *in vers. 11. verba, & clamavit ad eum Angelus Domini de cœlo, si ultimas literas juxta Gematriam æstimes, idem faciunt atq; hæc, Michael fuit.* Nempe Angelus creatus, princeps Israëlitici populi, designatur: unde rectè *v. 12.* de ipso dici potuit, quod inde *cognoverit timorem Abrahami erga Deum*, & à se *v. 17.* per נְאֻם יְהוָה removet, quæ Angelicæ naturæ non conveniunt, prædicata: ut frustrà sint, qui ibid. Dei intelligunt Filium nomine Angeli.

CX. Idem *auctor* ad Gen. XIV. hanc notam habet: ויבא הפליט בפרקי דרבי אליעזר בשעה שהפיל הקב"ה לסמאל ממקומו אחז בכנפות מיכאל להפילו עמו ופלטו הקב"ה מידו: h.e *quùm scribitur*, Gen. XIV, 13. *& venit, qui evaserat, notari debet, quod legitur in Capitulis Rabbi. Eliëser, in hunc sensum: quum Deus S.B. Samaelem* (dæmonem) *de loco suo deturbaret, his apprehensis alis Michaelem secum deorsum trahere nitebatur, quem tamen Deus è manibus ejus eripuit.* Et aliam ad c. XXVIII, 20. ללבוש מגיס במסורת הכא

מלאכי חבלה, h.e. *per Cherubim intelliguntur Angeli noxii.* At longè manifeſtius *Baal Hatturim*: לשמר נוטריקון לילין שדין מזיקין רוחין, h.e. *vox* לִשְׁמֹר *per Notaricon denotat ſpiritus nocturnos, dæmones, noxios, & Spiritus.* Hos enim facit cuſtodes Paradiſi, quales etiam pòſt ab Adamo prognatos tradunt in *Lex. Talm. p. 1306.* Locus ipſe legitur in *Talmud Maſſech*: עירובין c. 2. unde idem *R. Salomo ad 2. Sam.* VII, *14.* per בְּנֵי אָדָם intelligit *dæmones*: & operoſè aliàs diſputant, an pœnæ infligantur à malis ſolùm Angelis?

CVIII. *Gen* XXXVII, 15. *Invenit vir quidam Joſephum errantem in agro, qui interrogavit eum: quid quæris?* Hîc dum ſoliciti ſunt, quis tandem vir ille fuerit, qui errantem puerum in viam reduxerit, offert ſe Cabbala ejusmodi: וישאלהו האיש בגימטריא מלאך גבריאל שאלו:, h.e. *quum dicitur, interrogavit eum vir, per Gematriam ſic reſpondetur: Angelus Gabriel fuit, qui interrogavit eum.* Et *Gen.* XLII, 7. וַיִּתְנַכֵּר, & alienum ſe finxit. Quomodo id effectum dederit Joſephus, inquirunt hoc modo: ויתנכר בגימטריא על ידי האיש גבריאל, h.e. *dictio illa* ויתנכר *per Gematriam cum hiſce coincidit: per manus viri illius, Gabrielis.* Nempe hujus operâ & interventu factum eſt, ut alienus cenſeretur Joſeph.

Vide aliud exemplum de Gabriele ad c. 25. Exod. in *Baal Hatturim*.

CIX. Sed de Michaële nonnulla adhuc notentur. *Baal Hatturim in c.* XXII. *Gen.* ita loquitur: ויקרא אליו מלאך יהוה מן השמים סופי תיבות מיכאל היה, h.e. *in vers. 11. verba, & clamavit ad eum Angelus Domini de cœlo, si ultimas literas juxta Gematriam æstimes, idem faciunt atq; hæc, Michael fuit.* Nempe Angelus creatus, princeps Israëlitici populi, designatur: unde rectè *v. 12.* de ipso dici potuit, quod inde *cognoverit timorem Abrahami erga Deum*, & à se *v. 17.* per נְאֻם יְהוָה removet, quæ Angelicæ naturæ non conveniunt, prædicata: ut frustrà sint, qui ibid. Dei intelligunt Filium nomine Angeli.

CX. Idem *auctor* ad Gen. XIV. hanc notam habet: ויבא הפליט בפרקי דרבי אליעזר בשעה שהפיל הקב"ה לסמאל ממקומו אחז בכנפות מיכאל להפילו עמו ופלטו הקב"ה מידו:, h.e *quùm scribitur*, Gen. XIV, 13. *& venit, qui evaserat, notari debet, quod legitur in Capitulis Rabbi. Elieser, in hunc sensum: quum Deus S.B. Samaelem* (dæmonem) *de loco suo deturbaret, hic apprehensis alis Michaelem secum deorsum trahere nitebatur, quem tamen Deus è manibus ejus eripuit.* Et aliam ad c. XXVIII, 20. ללבוש מגיס במסורת קכא

מלאכי חבלה, h. e. *per Cherubim intelliguntur Angeli noxii.* At longè manifeſtius *Baal Hatturim*: לשמר נוטריקון לילין שדין מזיקין רוחין, h. e. *vox* לְשְׁמֹ-*per Notaricon denotat ſpiritus nocturnos, dæmones, noxios, & Spiritus.* Hos enim facit cuſtodes Paradiſi, quales etiam pòſt ab Adamo prognatos tradunt in *Lex. Talm. p. 1306.* Locus ipſe legitur in *Talmud Maſſech*: עירובין c. 2. unde idem *R. Salomo ad 2. Sam.* VII, *14.* per בְּנֵי אָדָם intelligit *dæmones*: & operosè aliàs diſputant, an pœnæ infligantur à malis ſolùm Angelis?

CVIII. *Gen* XXXVII, 15. *Invenit vir quidam Joſephum errantem in agro, qui interrogavit eum: quid quæris?* Hîc dum ſoliciti ſunt, quis tandem vir ille fuerit, qui errantem puerum in viam reduxerit, offert ſe Cabbala ejusmodi: וישאלהו האיש בגימטריא מלאך גבריאל שאלו:, h. e. *quum dicitur, interrogavit eum vir, per Gematriam ſic reſpondetur: Angelus Gabriel fuit, qui interrogavit eum.* Et *Gen.* XLII, 7. וַיִּתְנַכֵּר, & alienum ſe finxit. Quomodo id effectum dederit Joſephus, inquirunt hoc modo: ויתנכר בגימטריא על ידי האיש גבריאל, h. e. *dictio illa* ויתנכר *per Gematriam cum hiſce coincidit: per manus viri illius, Gabrielis.* Nempe hujus operâ & interventu factum eſt, ut alienus cenſeretur Joſeph.

Vide aliud exemplum de Gabriele ad c. 25. Exod. in *Baal Hatturim*.

CIX. Sed de Michaële nonnulla adhuc notentur. *Baal Hatturim in c.* XXII. *Gen.* ita loquitur: ויקרא אליו מלאך יהוה מן השמים סופי תיבות מיכאל היה, h.e. *in vers. 11. verba, & clamavit ad eum Angelus Domini de cœlo, si ultimas literas juxta Gematriam æstimes, idem faciunt atq; hæc, Michael fuit.* Nempe Angelus creatus, princeps Israëlitici populi, designatur: unde rectè *v. 12.* de ipso dici potuit, quod inde *cognoverit timorem Abrahami erga Deum*, & à se *v. 17.* per נְאֻם יְהוָה removet, quæ Angelicæ naturæ non conveniunt, prædicata: ut frustrà sint, qui ibid. Dei intelligunt Filium nomine Angeli.

CX. Idem *auctor* ad Gen. XIV. hanc notam habet: ויבא הפליט בפרקי דרבי אליעזר בשעה שהפיל הקב״ה לסמאל ממקומו אחז בכנפות מיכאל להפילו עמו ופלטו הקב״ה מידו: h.e *quùm scribitur*, Gen. XIV, 13. *& venit, qui evaserat, notari debet, quod legitur in Capitulis Rabbi. Eliéser, in hunc sensum: quum Deus S.B. Samaelem* (dæmonem) *de loco suo deturbaret, hic apprehensis alis Michaelem secum deorsum trahere nitebatur, quem tamen Deus è manibus ejus exipuit.* Et aliam ad c. XXVIII, 20. ללבוש פניס במסורת הכא

*in Job. ad c.1.num.*XI.*&* XIII.concilium Angelorum admittit, ſed cui præſit non Dei Filius, verum aliquis Dei loco ex Angelis ſuperioribus.

CV. Porrò dictum eſt, *Exod.* XXIII, *23*, *ibit ante te* מַלְאָכִי, *Angelus meus*: id quomodo accipi debeat, inter ipſos variant ſententiæ. Fuére, qui aſſererent, intelligi per מלאך librum Legis, ratione deductâ ex verbis כִּי שְׁמִי בקרבו, h.e. *quia nomen meum in eo eſt*: in libro enim nomen alicujus multò rectiùs eſſe dicitur, quàm in perſona: alii retulére ad אֲרוֹן הַבְּרִית, id eſt, *arcam fœderis*. Sed maſculè *Aben-Ezra* reſpondet: כל אלו דברי רוח, *verba hæc omnia vana ſunt*, cum toties facta ſit mentio Angelorum, divinitùs miſſorum, maximè in Daniele, ubi dicitur מִיכָאֵל שַׂרְכֶם, *Michael princeps veſter*, nempe Judæorum, *Dan*. X, *ult. & ibidem verſ. 13.* vocatur אַחַד הַשָּׂרִים הָרִאשׁוֹנִים, i.e. *unus de principibus primariis* (ἀρχάγγελος *in epiſt. Iudæ, verſ.9.*) unde concludit: זה המלאך מיכאל, i.e. *hic angelus eſt ipſe Michael*, princeps Judæorum dictus: nempe alluſione gratiſſimâ, & facilimâ literarum transpoſitione. Unde *Baal Hatturim* ad *Exod.*XXXII, *34.* ubi eadem verba repetuntur, ait: מלאכי אותיות

מיכאל

מַלְאָכִי *dictio* h. e. מיכאל שהוא מלאכי המיוחד לי, *easdem habet literas, quas vox* מיכאל, *ac si diceret, quòd Michael sit quasi proprius ejus Angelus*, vel, *ille est proprius meus Angelus & peculiaris.*

CVI. Adjiciam alia quoque exempla de Angelis. *Num.* XXII, *38.* dicit Bileam, *loquar, quod posuerit* בְּפִי אֱלֹהִים, ubi ajunt *Cabbalistæ*: בפי בגימטריא מלאך : בפי בגימטריא הזמם ; שמלאך נתן זמם לתוך פיו להחזירו אל בלק ; h.e. *vox* בְּפִי *per Gematriam coincidit cum* מַלְאָךְ; *& per eandem Cabbalæ speciem etiam cum* הַזָּמָם, *quia Angelus*, אלהים *dictus, dedit sententiam illam vel posuit in os ejus, quam Balaco proponere rursum debebat.* Sic creatum Angelum intelligunt. *Num.* VIII, *3. hæc erat factura candelabri,* כמראה *juxta exemplum, quod ostenderat* יהוה Mosi. Ubi rursum scribunt: כמראה בגימטריא כגבריאל מלמד שגבריאל הראה לו דמות המנורה כן עשה : h.e. *vox* כמראה *per Gematriam est idem ac* כגבריאל, *sicut Gabriel, ac docet, Gabrielem ostendisse ipsi speciem candelabri, juxta quam illud formavit.*

CVII. *Gen.* III, *ult. Collocavit Deus ante hortum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium versatilem,* לִשְׁמֹר *ad custodiendam viam ligni vitæ. R. Salomo scribit*: את הכרובים

 מלאכי

מלאכי חבלה, h. e. *per Cherubim intelliguntur Angeli noxii.* At longè manifestius *Baal Hatturim*: לשמר נוטריקון לילין שדין מזיקין רוחין, h. e. *vox* לִשְׁמֹר *per Notaricon denotat spiritus nocturnos, dæmones, noxios, & Spiritus.* Hos enim facit custodes Paradisi, quales etiam pòst ab Adamo prognatos tradunt in *Lex. Talm. p. 1306.* Locus ipse legitur in *Talmud Massech*: עירובין c. 2. unde idem *R. Salomo ad 2. Sam.* VII, *14.* per בְּנֵי אָדָם intelligit *dæmones*: & operosè aliàs disputant, an pœnæ infligantur à malis solùm Angelis?

CVIII. *Gen* XXXVII, 15. *Invenit vir quidam Josephum errantem in agro, qui interrogavit eum: quid quæris?* Hîc dum soliciti sunt, quis tandem vir ille fuerit, qui errantem puerum in viam reduxerit, offert se Cabbala ejusmodi: וישאלהו האיש בגימטריה מלאך גבריאל הוא:, h. e. *quum dicitur, interrogavit eum vir, per Gematriam sic respondetur: Angelus Gabriel fuit, qui interrogavit eum.* Et *Gen.* XLII, 7. וַיִּתְנַכֵּר, & alienum se finxit. Quomodo id effectum dederit Josephus, inquirunt hoc modo: ויתנכר בגימטריה על ידי האיש גבריאל, h. e. *dictio illa* ויתנכר *per Gematriam cum hisce coincidit: per manus viri illius, Gabrielis.* Nempe hujus operâ & interventu factum est, ut alienus censeretur Joseph.

Vide aliud exemplum de Gabriele ad c. 25. Exod. in *Baal Hatturim*.

CIX. Sed de Michaële nonnulla adhuc notentur. *Baal Hatturim in c.* XXII. *Gen.* ita loquitur: ויקרא אליו מלאך יהוה מן השמים סופי תיבות מיכאל היה, h.e. *in vers. 11. verba, & clamavit ad eum Angelus Domini de cœlo, si ultimas literas juxta Gematriam æstimes, idem faciunt atq; hæc, Michael fuit.* Nempe Angelus creatus, princeps Israëlitici populi, designatur: unde rectè *v. 12.* de ipso dici potuit, quod inde *cognoverit timorem Abrahami erga Deum,* & à se *v. 17.* per נְאֻם יְהוָה removet, quæ Angelicæ naturæ non conveniunt, prædicata: ut frustrà sint, qui ibid. Dei intelligunt Filium nomine Angeli.

CX. Idem *auctor* ad Gen. XIV. hanc notam habet: ויבא הפליט בפרקי דרבי אליעזר בטעם : שהפיל הקב״ה לסמאל ממקומו אחז בכנפות מיכאל להפילו עמו ופלטו הקב״ה מידו:, h.e *quùm scribitur,* Gen. XIV, 13. *& venit, qui evaserat, notari debet, quod legitur in Capitulis Rabbi. Eliesér, in hunc sensum: quum Deus S.B. Samaelem* (dæmonem) *de loco suo deturbaret, hic apprehensis alis Michaelem secum deorsum trahere nitebatur, quem tamen Deus è manibus ejus exipuit.* Et aliam ad c. XXVIII, 20. ללבוש מגים בתמורת הכא

הכא ואידך ללבוש את הבגדים מלמד שיעקב היה כהן גדול כדאיתא בב"ר · אמר הקב"ה למיכאל אתה עשית יעקב כהן גדול שלי בעל מום שהוא צולע על ירכו חייך שאתה צריך להיות כהן גדול למעלה במקומו · זהו שאמר ונתן לי לחם ובגד ללבוש שתקיים כי הכהונה שקניתי מעשו שהעבודה היתה בבכורות : , h. e. vox ללבוש *bis extat, juxta notam Masoræ, semel hîc loci, & iterum Levit.* XXI, 10. *ubi agitur de vestibus, quibus utuntur Sacerdotes. Docet igitur hic textus, Jacobum fuisse summum sacerdotem, uti quoq; est in Bereschit Rabba. Michaeli dixit Deus S.B. tu Jacobum, sacerdotem meum summum, infecisti maculâ,* h. e. *claudicantem fecisti. Juro per vitam tuam, te futurum sacerdotem summum supernè loco ejus. Atq; hoc est, quod Jacob ait: Si dederit mihi panem ad comedendum, & vestimentum ad induendum, nempe, ut mihi constans sit sacerdotium, quod emi ab Esauo; nam tunc sacer cultus* (positus in sacrificiis, ut עבודה interpretantur Judæi) *primogenitos spectabat.*

Seld. de succ. p. 453. & 208.

CXI. Uterque locus *Apocalypsin* mihi revocat in memoriam: prior quidem conferri potest cum cap. XII, 7. ubi מיכאל ומלאכיו pugnant cum שטן vel נחש הקדמוני, atque hic detruditur ממקומו, v. 8. Alter autem, dum Michaelem facit sacerdotem, respicit ad illa loca,

V. Capelli Spic. ad Jud. vers. 9.

loca, ubi mentio fit altaris, v. g. *cap.* VI, *9. c.* VIII, *3. 5. c.* IX, *13. c.* XIV, *18.* & ſimul quoque templi, *cap.* XI, 1. Agnoſcunt enim Judæi quoque מקדם העליון, ſanctuarium ſupremum, & neſcio quas oblationes. Sed hoc inde colligitur, Angelum, qui Jacobum claudicantem fecit, fuiſſe Michaëlem: certè creatum Angelum rectiùs intellexeris, quàm Dei filium, quia Hoſ. XII, 5. flens & Jacobo ſupplicans introducitur, uti quoque *Schindler.* obſervavit in *Lex. pag. 196.* D. Nam quòd Filio Dei ante incarnationem, lacrymæ tribui queant, licet in aſſumtâ quadam formâ; item, quod ſupplicatio ei conveniat, humanitate necdum ſibi unitâ, id vero perſonâ ejusdem indignum judico.

CXII. Cæterum ab Angelis ad Prophetas tranſeamus. *Deut.* XVIII, *18.* Numen ait: *Prophetam ſuſcitabo eis, de medio fratrum eorum, ſimilem tui, & ponam verbum meum in os ejus, & loquetur ad eos, quæcunq; præcepero ei. Et quisquis non obedierit verbis, quæ nomine meo loquetur, ab eo ipſemet requiram.* Per Cabbalam hunc quoque Prophetam nobis pandere ſatagunt, h. m. נביא אקים בגימטריא זהו ירמיהו · זה הוכיחן יתם הוכיחן וכו׳ כדאיתא בפסיקתא:, h. e. *cum ſcriptum eſt, Prophetam*

phetam suscitabo, verba per Gematriam cum his coincidunt, Iste (Propheta) *est Ieremias. Ille* (Moses) *reprehendit eos* (Israëlitas) *& hic* (Jeremias) *eosdem reprehendit, &c. uti fusius comparationis membra extant in Pesikta.* Plura ibidem more suo de Propheta elicit *Baal Hatturim*.

CXIII. Sic ille cabbalisticè *Jeremiam*, alii alios designari arbitrantur: at N. T. plerisque adversus *Calvinum* aliud suadet, ubi mentio fit insignis cujusdam magnique Prophetæ, à vulgo etiam celebrati. Intelligunt sanè Judæi etiam quemcunque Prophetarum, moti *partim* oppositione, in textu instituta, inter hariolos, quos gentes requirebant, & Prophetam, quem Israëlitæ consulere debebant; & qui præstò futurus sit, quoties eo consulto opus habeant; *partim* ipsius Scripturæ expositione. Nam Saul, quia Samuëli Prophetæ non paruit, pœnam dedit divinitus hîc, licet generatim, descriptam; conferantur inter se, *1. Sam.* X, *8. & cap.* XV, *3. item cap.* XIII, *13. ac cap.* XV, *16. usq. ad v. 27.* Similiter, *1. Reg.* XX, *35. seqq.* egregium offendimus exemplum alterius quidem, divinitus puniti, quod Prophetæ verbis non paruisset; alterius autem à pœna liberi,

liberi. Hoc nempe est illud אנכי אדרש מעמו, i. e. *ego ipse ab eo requiram*. Cum itaque executio hujus comminationis locum habuerit in aliis quibuscunque Prophetis, nil caussæ invenio, cur eos excludam. Accedit; quòd hâc ratione vel promissione Deus subvenire voluit Israëlitis jugiter atq; constanter, ne esset, cur ad hariolos diverterent; unde cum Sauli Numen per Prophetam non responderet amplius, Pythonissam consuluit, *1. Sam.* XXVIII, *6. & seqq.* Proinde collectu proclive est, non notari solum Messiam, quo pollicitationi respondeat finis & intentio.

CXIV. Sanè quidem ex ipso N. T. verbisque Judæorum colligo, quòd primario quidem intellexerint Messiam, aliis tamen haud quaquam exclusis. Rationes utrobiq; sunt hæ: *Joh.* I, *19. & seqq.* Sacerdotes & Levitæ missi ad Johannem, interrogabant, *sitne Elias, cujus reditum ex Malachiæ vaticinio c. 4. expectabant*, idque cum negâsset, iteratò quærunt: *sitne Propheta?* Eodem negato, indignabundi ajunt: ***cum neq; ipse sis Messias, nec præcursor ejus Elias, deniq; nec Propheta, quid novi itaq; moliris, dum baptizas***, quasi dicant: אפילו אמר נביא עבור על אחת

מכל

מכל מצות האמורות בתורה כגון אליהו בהר הכרמל הכל לפי שעה שמע לו:, h. e. *novimus, quid sentiendum sit de propheta; etiamsi dicat, ne cures legem hanc vel illam, quæ extat in numero præceptorum Mosis (ceu Elias in monte Carmel contra ejusdem interdictum fecit) idq; certum duntaxat intervallum temporis spectet, obedias ipsi necesse est*, quia dictum, *Deut.* XVIII, 15. אליו תשמעון, uti hæc ipsa leguntur in *Talmud Massech:* יבמות, *cap.* X. & textus idem confirmationis loco affertur. Et in *eadem Massech. c. 8.* id aliter probatur ex collatione locorum, *Deut.* XXI, *23. & 2. Sam.* XXI, *10.* Nam David Propheta, contra Mosis interdictum, suspensos Saulis filios eodem die sepulturæ mandari non curavit.

CXV. Hæc si sedulò expendantur, facilè constabit, cur quærant: *sitne Iohannes Propheta*; quod scilicet Prophetæ quovis seculô indultum sit aliquid ex mandato Divino, quod tamen negatum aliis, idque ex loco, *Deut.* XVIII. Quòd autem Messiam principaliter designatum rati sint, id probo ex verbis ipsorum, *Joh.* VI. Nam ad illustris miraculi conspectum *v. 14.* ajunt: *hic verè Propheta ille est*, VENTURUS *in mundum.* Si conjecturæ locus est, dixero, ipsos respexisse

xisse ad verba, *Deut.* XXXIV, 10. ubi Scriptura ait, *Josuam quidem repletum fuisse* רוח חכמה, *neq; eum defecisse miracula, ad cujus imperium Sol illicò substitit*: at non surrexisse tamen ultrà in Israel Prophetam, כְּמֹשֶׁה, similem Mosi, sive intimam cum Deo conversationem, sive copiam miraculorum spectes, quæ etiam nunc opere maximo deprædicat *Menasse in Conciliatore*, p. 238. *seqq.* Accedit locus, *Luc.* VII, 16. ubi distinctionis causâ magni Prophetæ fit mentio.

CXVI. Cum itaque suppetant rationes non minus pro Messiâ, quàm Prophetis reliquis; eæque satis evidentes; neque illum, neque hos ex verbis, *Deut.* XVIII, 18. excludere licet. Atque mihi quidem summoperè probatur illa *Cunæi* Cabbala, quam *D. Glass. l. 2. Ph. sacr. p. 317. edit. primæ*, lubens sequitur. Video à *Scriptore Epistolæ ad Hebræos*, c. I, 5. adduci verba Numinis, 2. *Sam.* VII, 14. *Ego ero illi in patrem & ipse erit mihi in filium*, & quidem de Messia, qui *Hebr.* VII, 26. vocatur *sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus*; cùm tamen apud Samuelem disertè legatur: *castigabo eum virgâ hominum*, בְּהַעֲוֹתוֹ, *si peccârit.* Unde collectu facile est, cùm Messiam intelligi, à peccato quocunq;

immunem; tum Salomonem peccatorem, neque ex prædicato, quod unius proprium eſt, alteri quicquam naſci præjudicii. Hoc ſolum admitti debet, dari ſenſum myſticum, qui non cuivis, obiter etiam Scripturas luſtranti, ſit obvius.

CXVII. Pari itaque ratione, *Deut.* XVIII, *15. ſeqq.* & Meſſias intelligitur, & Prophetæ alii, niſi quòd ille magnus, hi minores audiunt. Accuratè autem tenendum, Judæos inde nil lucrari. Fac enim, textum accipi debere de Prophetis quoque aliis, cum promiſſio illa divina ſit: quî, quæſo, fieri poteſt, ut lex ſibi ipſa conſtet, omnibus jam inde usque à morte Malachiæ (ipſis חותם הנביאים dicti) ceſſantibus Prophetis? Rationem aſſignare nullam poſſunt, niſi hanc; veniſſe itaque aliquem, in quo primariò pollicitatio impleta ſit. Eum nos miraculis, vitæ integritate, legis renovatione manſuetudine & humilitate inſignem, qui è ſinu Patris prodiit, & cum ipſo de facie ad faciem loquitur, Meſſiam noſtrum JESUM aſſerimus: neque ipſis contrà hiſcere licitum eſto.

CXVIII. Gravioribus itaque præmiſſis, animi relaxandi gratiâ ad Bileamum tranſeamus.

feamus. Ille vero ſe vocat הַגֶּבֶר, *Num.* XXIV, 2. Solenne eſt Judæis, ludere variâ vocum acceptione: unde hanc ipſam dictionem, *Eſa.* XXII, 17. per gallum gallinaceum reddebat *præceptor Hieronymi*, ceu ipſe *Sanctus Pater in Commentario* ad illum locum tradidit. Cæterum uti aliàs varia de Bileamo tradunt; ita mirum non eſt, ſi hîc quoque ſibi indulgeant. In *Talmud Maſſechet* סנהדרין, *c. ult.* ajunt: *eum, cum Jobô, Moſisq́; Socero interfuiſſe conſilio Pharaonis, de perdendis obſtetricum aſtu pueris Iudaicis.* Addunt *ſingulos juſtâ mercede affectos*: איוב ששתק נידון ביסורין · בלעם שיען נהרג · ויתרו שברח זכו בני בניו וישבו בלשכת הגזית:, h. e. *Iob, qui ſilentium coluit, judicatus eſt per caſtigationes; Bileam, qui conſilium dedit, interfectus eſt, Num.* XXXI, 8. *Iethronis, qui aufugerat, nepotes digni habiti ſunt, qui ſederent in Synedrio* (quod לשכת הגזית indigitant) In libro דברי הימים של משה ſimilia de Bileamo ejusq́; filiis recenſentur.

CXIX. Hic ipſe igitur Pharaonis conſiliarius גֶּבֶר dicitur, juxtà *Baal Hatturim*, hiſce de cauſis: דומה בלעם לתרנגול כמו שהתרנגול הוא כואף מכל כן בלעם רבע אתונו · וכמו שהתרנגול יודע העתים כן בלעם ידע לכוין השעה שהקב״ה כועס · כמו שהתרנגול דרכו לעמוד על רגל אחד כן בלעם חגר

 באחת

:בלאחת תרנגליו, h.c. *Bileam similis est gallo gallinaceo. Sicut enim gallus parum curat, cum quâ coëat, sed indifferenter quidvis arripit: ita Bileam coivit cum asina sua. Uti gallus temporum intervalla novit: ita Bileam noverat, quomodo hora Dei irascentis observari deberet. Postremò, uti gallus* (instar claudicantis) *uni pedi insistere consuevit: ita Bileam uno pede claudicabat.* Quæ de coitu cum asina ejus referunt, in Talmud l.c. quoque inculcant.

CXX. Ita satis exagitatus videbatur inimicus, nisi è Cabbala aliquid superesset præsidii. Ait enim textus, *c.* XXII, *30. & dixit asina Bileamo: nonne asina tua sum,* רְכַבְתָּ עָלַי; *cui insedisti tam diu usq; ad diẽ hunc?* Nempe hîc רכבת עלי per Gematriam coincidit cum verbo רבעתני, h. e. *coivisti mecum tanto tempore.* Item *c.* XXIII, *10.* sic loquitur *Bileam*: :תמות נפשי מות ישרים ותהי אחריתי כמהו, h e. *moriatur anima mea morte justorum, & sit novissimũ meum instar illius.* Ad quæ verba hæc extat Cabbala: תמות ג׳ במסורת תמות נפשי מות ישרים : ואידך תמות נפשי עם פלשתים · ואידך תמות בנוער נפשם · הוא בקש שתמות נפשו עם הישרים ולא היה כן · אלא אדרבה מת מות פלשתים כלומר רשעים ובנוער כדאיתא אנשי דמים ומרמה לא יחצו ימיהם · שבן ל״ד שנים היה כשהרגו פנחס : ישרים בגימטריא אבות העולם · סופי

סופי תיבות של שמות האבות בגימטריא בלעם וזהו ותהי אחריתי כמוהו:, h.e. *vox* תמות *textus hujus juxta Masoram ter extat: hoc loco; & Iudic.* XVI, *30. moriatur anima mea cum Philistais; ac tertium Iob.* XXXVI, *14. moriatur in adolescentiâ anima eorum. Nempe Bileam mori voluit cum justis, quod tamen factum non est: nam contra obiit mortem Philistaeorum, h.e. impiorum, & quidem in adolescentiâ vel juventa: nam* XXXIV. *annos natus fuit, cum interficeretur à Pinehaso. Porrò quod ait* ישרים, *id per Gematriam valet* אבות העולם, h. e. *patres mundi; & literae finales in nominibus propriis illorum patrum* [יעקב, יצחק, אברהם] *per Gematriam totidem faciunt, ac dictio* בלעם, *atq; hoc est illud, quod ait: & sit novissimum meum, ut novissimum ejus, vel patrum illorum; permutato numero.* At ille שב למקומו, i. e. *rediit ad locum suum,* וירד לגיהנם, *& descēdit in Gehennam,* uti est apud eund. *Baal Hatturim, Num. 24. in fin.* quod etiam colligit è voce ינחני, cap. XXIII, 11. quae per Gematriam coincidit cum voce לגיהנם, in Gehennam. De literis initialibus & finalibus in nominibus Patriarcharum extat alia Cabbala in *Baal Hatt. ad c.* VI, 3. *Exod.*

CXXI. Jam de rebus Judaicis, Regno,

Judicibus, Hostibus, Sacerdotio, statû œconomico innumera ferè occurrunt. Placet paucula afferre in medium. De Rege eligendo hæc habentur, *Deut.* XVII, *14. 15. cum ingressus fueris terram, & dixeris, constituam super me Regem, sicut habent omnes per circuitum nationes: eum constitues, quem Dominus elegerit de numero fratrum tuorum.* In Hebræo dicitur מקרב אחיך, quæ verba per Gematriam cum his coincidunt משבט יהודה, h. e. *de tribu Juda*, de qua quidem non erat Saul, sed David. Et versus 20. מתחיל ומסיים בלמד, h. e. *incipit à Lamed & desinit in Lamed*: nam in numeris Lamed valet 30. ודוד בן ל' שנה במלכו, & *David innuitur natus annos 30. quum regnaret.* Ibidem dicitur, למען יאריך ימים, *ut prolonget dies*, nempe מלך שמלך בן ל' יאריך ימים ולא שאול, h.e. *Rex ille dies prolongabit in regno suo, qui regnavit annos natus triginta, non verò Saul.*

CXXII De Judicibus, *Exod.* XXI, *1.* Cabbalam habent egregiam. Verba Scripturæ sunt: וְאֵלֶּה הַמִּשְׁפָּטִים אֲשֶׁר תָּשִׂים לִפְנֵיהֶם, h.e. *ista sunt judicia, quæ pones coram eis*: unde emergunt aliquot regulæ; hac maxime ratione: ואלה נוטריקון וחייב אדם לחקור הדין המשפטים נוטריקון הדיין מצווה שיעשה פשרה טרם ועשה

ועשה משפט: אמר נוטריקון אם שניהם רוצים: תשים נוטריקון תשמע שניהם יחד מדברים: לפניהם נוטריקון לא פני נדיב יהדר התנכר מהם: Sensus hic est: *dictio* וְאֵלֶּה *per Notaricon, Cabbalæ speciem, hoc importat, quòd teneatur homo* (Judex) *scrutari, quid sit justum: & altera* הַמִּשְׁפָּטִים *per eandem Cabbalam hoc innuit, judici imperatum esse, ut probè rem exponat, antequam ferat judicium: tertia vox* אֲשֶׁר *per idem Notaricon vult, ut adsit utriusq; partis consensus: quarta* תָּשִׂים *eadem arte notat, utrumq;, reum & actorē, coràm inter se de causa loquentem audiri debere: quinta* לִפְנֵיהֶם *per idem artificium innuit, non ita externam faciem viri magnifici in judicio attendendam, ut eo nomine quasi alium se esse fingat*, instar Josephi, Genes. XLII, 7.

CXXIII. Hæ observationes uti judici notandæ: ita ex occasione huc referri debet, quod de Salomonis solio tradunt Rabbini, quod ex קבלה à majoribus deductum cupiunt. Scripturæ verba sunt, *1. Reg.* X, *18. 19. 20. fecit Rex Salomo thronum de ebore grandem, & vestivit eum auro fulvo nimis, qui habebat* SEX GRADUS, *& duo Leones stabant ad manus, &c. neq; factum fuit tale quid in omnibus Regnis.* בנוי ורחב שש מעלות היו לכסאו של שלמה

מנין שכ׳ שש מעלות לכסא ובפרשה זו כתובים שש דברים בלא תעשה: ואלו הן לא תטה משפט· ולא תכיר פנים· ולא תקח שוחד· לא תטע לך אשרא· ולא תקים לך מצבה: ולא תזבח ליי׳ אלהיך שור ושה׳ הרי שש: והיה הכרוז עומד לפני כסאו של שלמה· כיון שהיה עולה מעלה הראשונה היה כורז לא תטה משפט· מעלה השניה היה כורז לא תכיר פנים· שלישי׳ היה כורז לא תקח שוחד· רביעית לא תטע לך אשרה: חמישית לא תקים לך מצבה: ששית לא תזבח ליי׳ אלהיך: Leguntur hæc verba in דברים רבה, ſectione שופטים.

CXXIV. Sententia illorum hæc eſt: *Veni & vide. Salomonis thronus ſex gradus habebat. Unde id conſtat? ex* 1.Reg.X. *Et in hac ſectione Moſaica,* שופטים *inſcripta, confirmationis loco ſex interdicta continentur, nempe hæc: ne pervertas judicium, ne habeas rationem perſonæ, neq; munus accipias, aut plantes lucum, erigasve ſtatuam, aut Domino Deo tuo offeras, in quo ſit macula. Ecce emergunt ſex. Præco autem quidam ſtabat coram ſolio Salomonis, acclamans Regi, gradum primum conſcendenti: cave judicium pervertas; ſecundum, alienus ſis à perſonæ acceptione; tertium, non accipies munus; quartum, non plantabis tibi lucum; quintum, nec eriges ſtatuam; ſextum, non immolabis Domino Deo tuo, in quo ſit macula.* Eadem repetuntur in עיר גבורים, *num.* 458.

458.atque addunt alii, cum in ipſo quaſi vertice, conſidendi gratiâ, Rex eſſet conſtitutus, vidiſſe ipſum ſcriptum, דע לפני מי אתה יושב, h.e. *in cujus conſpectu ſedere cupias, etiam atq; etiam conſidera.* In conſpectu quippe ſupremi Numinis, quod Regem non tàm auro atque purpurâ, quàm judicio atque virtutibus, perſona illuſtri dignis, fulgere voluit.

CXXV. De Magiſtratu ſatis circumſpectè nonnunquàm loquuntur. Unde *R. Chanina* in פרקי אבות, *cap. 3.* ait: הוי מתפלל בשלומה של מלכות שאלמלא מוראה איש את רעהו חיים בלעו: h.e. *ora pro pace vel incolumnitate Regni*, (h.e. Regis; ſic enim abſtracta pro concretis ſubſtituere amant) *niſi enim eſſet timor ejus, alter alterum vivum devoraret.* Rectè etiam inter ſe conferunt vocem דיין (Judex) & אלהים (Deus) cùm Pſal. LXXXII. dicatur: *Deus judicium exercet* בקרב אלהים, h.e. בקרב הדיינים, *in medio judicum*, ut *Kimchi* interpretatur; unde ad verſum 6. [citatum à Chriſto, *Ioh.* X, *34.*] ubi ſcriptum, אלהים אתם, ita commentatur: אמרתי אלהים אתם· כי השופטים נקראו אלהים כשהם שופטי אמת. אני אמרתי שתהיו אלהים באמת ותדמו לבני עליון שנקראו גם כן אלהים שהם מלאכים: h.e. *dixi*, אֱלֹהִים *eſtis; quia judi-*

ces vocantur אלהים, *si judicium verum exercent; unde sensus hic est: ego dixi, ut sitis* אלהים *in veritate, & similes fiatis filiis excelsi* (Dei) *qui itidem* אלהים *dicti sunt, hoc est, Angelis*. In *Michlal Iophi* additur, alludere Psalten ad duo loca: scilicet, *Exod.* XXII, *8.* עד האלהים יבא דבר שניהם, *& Deut.* X, *17.* ubi Deus vocatur אלהי אלהים, *Deus* אלהים, i. e. *Angelorum* (videatur *epist. ad Hebr. cap.* I, *6. & c.* II, *7.* ubi אלהים per *Angelos* vertuntur) aut *Iudicum*, uti *1. Sam.* XXVIII, *13.* אֱלֹהִים עֹלִים *vidit Pythonissa*, id est, *Samuelem Iudicem*; vel, ut Judæis placet, ob multitudinis numerum, cùm Samuelem, tùm Mosen. Ajunt enim in *Talmud Mass.* חגיגה, cap. I. שמואל הנביא היה מתירא מיום הדין · אלהים ראיתי עולים מן הארץ · עולים תרי משמע חד שמואל ואידך דאזיל שמואל ואייתי משה אמר דילמא ח״ו לדינא קא מתבעינא קום בהדאי דליכא מלתא דכתיבא באורייתא ולא קיימתיה: h. e.

Add. Ialkut ad h. l.

Samuel metuebat sibi à supremo judicii die (fingunt enim hæc de quodam R. *Eleazaro*, כי הוה מטי להאי קרא בכי, qui, cum ad hunc textum pervenisset, eo nomine flevit, quòd minus legem servasset, quàm Samuel) *nempe dictum est, vidi Deos vel judices ascendentes de terra, & quidem vox* עולים *pluralis numeri minimum literaliter duos designat: quorum unus*

unus erat Samuel. Sed quis alter? Abijt Samuel, adduxitq; Mosen secum dicens, forsan, quod Deus averruncet, ad judicium divinum deposcor: surge, quæso, mecum: nulla enim res in lege scripta est, quam non servarim, 1. Sam. XII, 3. *seqq.* Hoc nisi admittere velimus, אלהים ibi erit terminatione solâ plurale, nilque ex plurali addito, *v. g. Genes.* XX, *12.* התעו אותי אלהים, colligi poterit; in quo tamen multi hodiè desudant.

CXXVI. Sed longius, quàm decreveram, dilabor. Dixi, ipsos Cabbalistas inter se conferre אלהים & דיין Sic vero *Baal Hatturim ad Exod.* VI. אלהים בגימטריא הוא דיין מדבר אתו משפט, *vox* אלהים *per Gematriam coincidit cum his* הוא דיין, *quia Exod.* VI, *2. loquitur Deus cum Mose de re, judicium spectante.* Censent enim יהוה notare רחמים *misericordiam*, אלהים verò משפט *judicium.* Eadem repetit, *Exod.* XXII. At enim, quos hostili prosequuntur animo, utut magnates sint, satis duriter habent. Generale illorum dicterium est: כל מי המזכיר הרשע ואינו מקללו עובר בעשה, h. e. *quisquis nominat impium, nec maledicit ei, transgreditur præceptum affirmativum.* Id vero nunc apertè, nunc clanculum faciunt. *2. Sam.* XXII, *27. & Psal.* XVIII, *27.* dicitur: *perver-*

sum

ſum te exhibes cum עִקֵּשׁ. Hic vocem יִקֵּשׁ ad *Pharaonem* referunt, hoc modo: אכי אקשה את לב פרעה ועליו נאמר עם עקש תתפל׳ יקש בגימטריא מִלֶך מצרים: , *Exod.* VII, *3. ſcriptum eſt: ego indurabo cor Pharaonis: & quidem dictum eſt de eodem, perverſum te exhibes cum perverſo, ubi* עקש *per Gematriam idem valet, atq; Rex Ægypti.*

CXXVII. *Exod.* XV, 18. Moſes in Cantico ſic loquitur cùm Iſraëlitis יְהוָה ׀ יִמְלֹךְ, *Dominus regnabit in æternum.* De *Peſik*, duabus dictionibus interjecto, ita ajunt: יהוה ימלוך · פסק לומר לך כשיבא השעה שיאמרו יי׳ מלך יי׳ מלך יי׳ ימלוך לעולם וָעֶד אז תפסוק מלכות ה׳ה · משה הקדים יי׳ למלכות ודוד הקדים מלכות ליי׳ שנ׳ ימלוך יי׳ לעולם כפי שסיים ודרך רשעים יעות · לא רצה להזכיר השם על הרעה:, i.e. *Dominus regnabit: hic eſt accentus Peſik, ut indicet tibi, ubi venerit tempus, quo dicent; regnat Dominus, regnat Dominus, Mich.* IV, *7. revera Dominus regnabit in ſeculum & usq; atq; adeò tunc ceſſabit regnum gentium mundanarum. Sic Moſes h.l. præmiſit nomen Dei voci regnandi, quod David poſtpoſuit, dicens Pſal.* CXLVI, *10. regnabit Dominus in ſeculum; quia proximè præcedens verſus deſinebat in hac verba: ſubvertet viam* IMPIORUM, *noluit immediatè ſubjungere nomen Dei*

vel

vel illud annectere nequitiæ. Obiter hîc notandum, quod crebrò inculcant, אין הקבה מייחד שמו על הרעה, h. e. *Deus nomen suum non associat rei malæ*; nam inde negant, *Gen.*I,5. cum לחשך conjunctā vocem אלהים, uti est in *Baal Hatturim* l. c. nec non, *Num.* 23. quod ipsum *Hieronymum* non latuit, scribentem: *ubicunq; maledictio ponitur, nunquam Dei nomen adjunctum est.* Vid. *Pineda* in *Iob.*I,11.

CXXVIII. Nempe igitur אומות העולם, h. e. *gentibus mundi* aliis valdè infensi sunt, sibi autem blandiuntur. Tritum inter ipsos est, & notatum à בה, i.e. בעל הטורים [ità compendii causâ posthac scribam] ad *Lev.* XXIV. כל הסוטר לועו של ישראל כאילו סוטר לועה של שכינה; h. e. *quisquis Iudæum percutit in maxillam, perindè peccat, ac si læderet ipsam Majestatem divinam*; petitum autem ex *Talmud Mass.* סנהדרין, *cap.*7. ubi nescio cui *R. Chaninæ* tribuitur, id probanti ex *Prov.* XX,25. De cæteris autem dicunt ad *Exod.*IX,20. טוב שבגוים הרוג. i.e. *optimus gentilum interficitur*, etiam טוב שברופאים הירא דבר יהוה; uti aliàs ajunt: טוב שברופאים לגיהנם, i. e. *optimus medicorum Gehennâ dignus est.* Itaque satis erat, *R. Salomonem* scribere, *Gen.* XV,9.10. לפי שהאומות נמשלו לפרים ואלים ושעירים שנאמר סבבוני פרים רבים וגו׳ · ואומה החיל

*niel.*VIII uti est thes.128.[*Becanus* in *Manuali* c.5.l.1.§.66. חיתו שדי apud *Esaiam*, *c.*LVI, *9.* *sunt* ROMANI, *propter infidelitatem* BESTIÆ *agri dicti.* Vulgata, *Daniel.*IX; *30.* *venient* כתים, *Romani.* Hieronymus: *Judæi hoc de Romanis intelligi volunt.* Adde; *Num.* XXIV; *24.* & *Lex.Buxtorf.Talmud.*pag.31.]

CXXXI. *S.Hieronymus* auctor est, *Judæos* olim multa de *Romanis* exposuisse. V. g. ad *c.*XXXIV. *Esa.* ait: *Hebræi hæc de Romano Imperio prophetata contendunt; & in ultionem Sion vastitatem quondam regni potentissimi prædicari.* Idem ad *c.*XXVI: ubi dicitur: *Incurvabit habitatores* מרום, *civitatem sublimem humiliabit: ut Judæi putant*, ROMAM; *ut nos, rectius esse convincimus Hierusalem, &c.* Et ad *c.* I. *Ioëlis*, ubi dictum: *residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo*; ita scribit: *Erucam, Hebræi Assyrios interpretantur, Babylonios atq; Chaldæos: locustam, Medos & Persas: bruchum Macedonas & omnes Alexandri successores: rubiginem referunt ad Imperium Romanum, qui quarti & ultimi in tantum oppressére Judæos, ut de suis finibus eos pellerent.* Ad *cap.*III, *19.* *Ioël. Idumæa erit in desertum perditionis. In hoc*

hoc loco Iudæi gravissimo somno dormiunt, in ultimo tempore vindictam sui in Ægyptios, qui vicini sunt, & in ROMANOS, *quos interpretantur Idumæos, spe vanissima confingentes, &c.* In *Commentario* in *Obadiam: Iudæi frustrà somniant, contra urbem Romam regnumque Romanum hanc fieri prophetiam*. *Et illud, quod in Esaia scriptum est, onus* DUMA, *paululum literæ apice commutato, pro* ר *legi posse* ר, *& sonare* ROMAM: *vau quippe litera & pro u. & pro o. eorum linguâ accipitur*,

CXXXII. Nostrâ ætate quoque similia in scriptis eorum occurrunt; *Kimchi in Obadiam* scribit: ארץ אדום איננה היום לבני אדום כי האומות נתבלבלו ורובם הם בין אומות הנוצרים ואומות הישמעאלים ולא יכירו בהם מי הוא מאדום וממואב ומבני עמון ומשאר האומות כי כלם גלו מארצם ונתערבו באומות אלא שמלכות רומי היתה בתחלה רבים בני אדום. ומה שאמרו הנביאים בחרבן אדום באחרית הימים אמרו: h. e. *Terra Idumæa hodiè non est filiorum Edom: nam populi confusi sunt, & pleraque pars eorum est in fide Christianorum & Ismaelitarum, neque in illis agnosci potest, quis oriundus sit ab Edom, Moab, aut de filiis Ammon, cæterisque gentibus. Omnes enim è terra sua migrârunt, aliisque permisti sunt; nisi quòd Regnum Romanum initiò maximam partem Edomitis constitit.*

niel. VIII uti est thes. 128. [*Becanus* in *Manuali* c. 5. l. 1. §. 66. חיתו שדי apud *Esaiam*, *c.* LVI, *9. sunt* ROMANI, *propter infidelitatem* BESTIÆ *agri dicti*. Vulgata, *Daniel.* IX, *30. venient* כתים, *Romani*. Hieronymus: *Judæi hoc de Romanis intelligi volunt*. Adde; *Num.* XXIV; *24.* & *Lex. Buxtorf. Talmud.* pag. 31.]

CXXXI. *S. Hieronymus* auctor est, *Judæos* olim multa de *Romanis* exposuisse. V. g. ad *c.* XXXIV. *Esa.* ait: *Hebræi hæc de Romano Imperio prophetata contendunt; & in ultionem Sion vastitatem quondam regni potentissimi prædicari*. Idem ad *c.* XXVI. ubi dicitur: *Incurvabit habitatores* מרום, *civitatem sublimem humiliabit: ut Judæi putant*, ROMAM; *ut nos, rectius esse convincimus Hierusalem, &c.* Et ad *c.* I. *Ioëlis*, ubi dictum: *residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo*; ita scribit: *Erucam, Hebræi Assyrios interpretantur, Babylonios atq; Chaldæos: locustam, Medos & Persas: bruchum Macedonas & omnes Alexandri successores: rubiginem referunt ad Imperium Romanum, qui quarti & ultimi in tantum oppressere Judæos, ut de suis finibus eos pellerent*. Ad *cap.* III, *19. Ioël. Idumæa erit in desertum perditionis. In*

hoc

hoc loco Iudæi gravissimo somno dormiunt, in ultimo tempore vindictam sui in Ægyptios, qui vicini sunt, & in ROMANOS, *quos interpretantur Idumæos; spe vanissima confingentes, &c.* In *Commentario* in *Obadiam: Iudæi frustrà somniant, contra urbem Romam regnumq; Romanum hanc fieri prophetiam. Et illud, quod in Esaia scriptum est, onus* DUMA, *paululum literæ apice commutato, pro* ד *legi posse* ר, *& sonare* ROMAM: *vau quippe litera & pro u. & pro o. eorum linguâ accipitur.*

CXXXII. Nostrâ ætate quoque similia in scriptis eorum occurrunt; *Kimchi in Obadiam* scribit: ארץ אדום איננה היום לבני אדום כי האומות נתבלבלו ורובם הם בין אומות הנוצרים ואומות הישמעאלים ולא יכירו בהם מי הוא מאדום ומואב ומבני עמון ומשאר האומות כי כלם גלו מארצם ונתערבו באומות אלא שמלכות רומי היתה בתחלה רבים בני אדום. ומה שאמרו הנביאים בחרבן אדום באחרית הימים אמרו: h.e. *Terra Idumæa hodiè non est filiorum Edom: nam populi confusi sunt, & pleraq; pars eorum est in fide Christianorum & Ismaelitarum, neq; in illis agnosci potest, quis oriundus sit ab Edom, Moab, aut de filijs Ammon, cæterisq; gentibus. Omnes enim è terra sua migrârunt, aliisque permisti sunt; nisi quòd Regnum Romanum initiò maximam partem Edomitis consti-*

niel. VIII uti eſt theſ.128. [*Becanus* in *Manuali* c. 5. l. 1. §. 66. חיתו שדי apud *Eſaiam*, *c.* LVI, *9. ſunt* ROMANI, *propter infidelitatem* BESTIÆ *agri dicti*: Vulgata; *Daniel.* IX; *30. venient* כתים, *Romani.* Hieronymus: *Judæi hoc de Romanis intelligi volunt.* Adde; *Num.* XXIV; *24.* & *Lex. Buxtorf. Talmud.* pag. 31.]

CXXXI. *S. Hieronymus* auctor eſt, *Judæos* olim multa de *Romanis* expoſuiſſe. V. g. ad *c.* XXXIV. *Eſa.* ait: *Hebræi hæc de Romano Imperio prophetata contendunt; & in ultionem Sion vaſtitatem quondam regni potentiſſimi prædicari.* Idem ad *c.* XXVI: ubi dicitur: *Incurvabit habitatores* מרום, *civitatem ſublimem humiliabit: ut Judæi putant,* ROMAM; *ut nos, rectius eſſe convincimus Hieruſalem, &c.* Et ad *c.* I. *Ioëlis*; ubi dictum: *reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo*; ita ſcribit: *Erucam, Hebræi Aſſyrios interpretantur, Babylonios atq; Chaldæos: locuſtam, Medos & Perſas: bruchum Macedonas & omnes Alexandri ſucceſſores: rubiginem referunt ad Imperium Romanum, qui quarti & ultimi in tantum oppreſſere Judæos, ut de ſuis finibus eos pellerent.* Ad *cap.* III; *19. Ioël. Idumæa erit in deſertum perditionis. In*

hoc

hoc loco Iudæi gravissimo somno dormiunt, in ultimo tempore vindictam sui in Ægyptios, qui vicini sunt, & in ROMANOS, *quos interpretantur Idumæos; spe vanissima confingentes, &c.* In *Commentario* in *Obadiam: Iudæi frustrà somniant, contra urbem Romam regnumq; Romanum hanc fieri prophetiam. Et illud, quod in Esaia scriptum est, onus* DUMA, *paululum literæ apice commutato, pro* ר *legi posse* ר, *& sonare* ROMAM: *vav quippe litera & pro u. & pro o. eorum linguâ accipitur.*

CXXXII. Nostrâ ætate quoque similia in scriptis eorum occurrunt; *Kimchi in Obadiam* scribit: ארץ אדום אינה היום לבני אדום
כי האומות נתבלבלו ורובם הם בין אומות הנוצרים
והאומות הישמעאלים ולא יכירו בהם מי הוא מאדום וממואב
ומבני עמון ומשאר האומות כי כלם גלו מארצם ונתערבו
באומות אלא שמלכות רומי היתה בתחלה רבים בני אדום.
ומה שאמרו הנביאים בחרבן אדום באחרית הימים אמרו;
h.c. *Terra Idumæa hodiè non est filiorum Edom: nam populi confusi sunt, & pleraq; pars eorum est in fide Christianorum & Ismaelitarum, neq; in illis agnosci potest, quis oriundus sit ab Edom, Moab, aut de filijs Ammon, cæterisq; gentibus. Omnes enim è terra sua migrârunt, aliisque permisti sunt; nisi quòd Regnum Romanum initiò maximam partem Edomitis constitit.*

niel. VIII uti est thes.128. [*Becanus* in *Manuali* c.5.l.1.§.66. חיתו שדי apud *Esaiam*, c. LVI, *9. sunt* ROMANI, *propter infidelitatem* BESTIÆ *agri dicti.* Vulgata, *Daniel.* IX, *30. venient* כתים, *Romani.* Hieronymus: *Judæi hoc de Romanis intelligi volunt.* Adde; *Num.* XXIV; *24. &* *Lex. Buxtorf. Talmud.* pag: 31.]

CXXXI. *S. Hieronymus* auctor est, *Judæos* olim multa de *Romanis* exposuisse. V. g. ad *c.* XXXIV. *Esa.* ait: *Hebræi hæc de Romano Imperio prophetata contendunt; & in ultionem Sion vastitatem quondam regni potentissimi prædicari.* Idem ad *c.* XXVI. ubi dicitur: *Incurvabit habitatores* מרום, *civitatem sublimem humiliabit: ut Judæi putant*, ROMAM; *ut nos, rectiùs esse convincimus Hierusalem, &c.* Et ad *c.* I. *Ioëlis*, ubi dictum: *residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo*; ita scribit: *Erucam, Hebræi Assyrios interpretantur, Babylonios atque Chaldæos: locustam, Medos & Persas: bruchum Macedonas & omnes Alexandri successores: rubiginem referunt ad Imperium Romanum, qui quarti & ultimi in tantum oppressére Judæos, ut de suis finibus eos pellerent.* Ad *cap.* III, *19. Ioël. Idumæa erit in desertum perditionis. In*

hoc

hoc loco Iudæi gravissimo somno dormiunt, in ultimo tempore vindictam sui in Ægyptios, qui vicini sunt, & in ROMANOS, *quos interpretantur Idumæos; spe vanissima confingentes, &c.* In *Commentario* in *Obadiam: Iudæi frustrà somniant, contra urbem Romam regnumq; Romanum hanc fieri prophetiam. Et illud, quod in Esaia scriptum est, onus* DUMA, *paulum literæ apice commutato, pro* ד *legi posse* ר, *& sonare* ROMAM: *vav quippe litera & pro u. & pro o. eorum linguâ accipitur.*

CXXXII. Nostrâ ætate quoque similia in scriptis eorum occurrunt; *Kimchi in Obadiam* scribit: ארץ אדום איננה היום לבני אדום
כי האומות נתבלבלו ורובם הם בין אמונת הנוצרים
ואמונת הישמעאלים ולא יכירו בהם מי הוא מאדום וממואב
ומבני עמון ומשאר האומות כי כלם גלו מארצם ונתערבו
באומות אלא מלכות רומי היתה בתחלה רבים בני אדום.
ומה שאמרו הנביאים בחרבן אדום באחרית הימים אמרו:
h.e. *Terra Idumæa hodiè non est filiorum Edom: nam populi confusi sunt, & pleraq; pars eorum est in fide Christianorum & Ismaelitarum, neq; in illis agnosci potest, quis oriundus sit ab Edom, Moab, aut de filijs Ammon, cæterisq; gentibus. Omnes enim è terra sua migrârunt, aliisque permisti sunt; nisi quòd Regnum Romanum initiò maximam partem Edomitis constitit.*

ſum te exhibes cum עִקֵּשׁ. Hic vocem עִקֵּשׁ ad *Pharaonem* referunt, hoc modo: אכי אקשה את לב פרעה ועליו נאמר עם עקש תתפל׳ יקש בגימטריא מֶלֶךְ מצרים: , *Exod.* VII, *3. ſcriptum eſt: ego indurabo cor Pharaonis: & quidem dictum eſt de eodem, perverſum te exhibes cum perverſo, ubi* עקש *per Gematriam idem valet, atq; Rex Ægypti.*

CXXVII. *Exod.* XV, 18. Moſes in Cantico ſic loquitur cum Iſraëlitis יְהוָה ׀ יִמְלֹךְ, *Dominus regnabit in æternum.* De *Peſik*, duabus dictionibus interjecto, ita ajunt: יהוה ימלוך׳ פסק לומר לך כשיבא העת שיאמרו יי׳ מלך יי׳ מלך יי׳ ימלוך לעולם וָעֶד אז תפסוק מלכות ה׳ה׳ משה הקדים יי׳ למלכות ודוד הקדים מלכות ליי׳ שנ׳ ימלוך יי׳ לעולם כפי שסיים ודרך רשעים יעות׳ לא רצה להזכיר השם על הרעה: , i.e. *Dominus regnabit: hic eſt accentus Peſik, ut indicet tibi, ubi venerit tempus, quo dicent; regnat Dominus, regnat Dominus, Mich.* IV, *7. regnabit Dominus regnabit in ſeculum & usq;, atq; adeò tunc ceſſabit regnum gentium mundanarum. Sic Moſes h.l. præmiſit nomen Dei voci regnandi, quod David poſtpoſuit, dicens Pſal.* CXLVI, *10. regnabit Dominus in ſeculum; quia proximè præcedens verſus deſinebat in hac verba: ſubvertet viam* IMPIORUM, *noluit immediatè ſubjungere nomen Dei*

vel

vel illud annectere nequitiæ. Obiter hîc notandum, quod crebrò inculcant, אין הקבה מייחד שמו על הרעה, h. e. *Deus nomen ſuum non aſſociat rei malæ*; nàm inde negant, *Gen.* I,5. cum לחשך conjunctã vocem אלהים, uti eſt in *Baal Hatturim* l. c. nec non, *Num.* 23. quod ipſum *Hieronymum* non latuit, ſcribentem: *ubicunq; maledictio ponitur, nunquam Dei nomen adjunctum eſt.* Vid. *Pineda* in *Iob.* I,11.

CXXVIII. Nempe igitur אומות העולם, h. e. *gentibus mundi* aliis valdè infenſi ſunt, ſibi autem blandiuntur. Tritum inter ipſos eſt, & notatum à בה״ט, i.e. בעל הטורים [ità compendii cauſâ poſthac ſcribam] ad *Lev.* XXIV. כל הסוטר לועו של ישראל כאילו סוטר לועה של שכינה; h. e. *quisquis Iudæum percutit in maxillam, perindè peccat, ac ſi læderet ipſam Majeſtatem divinam*: petitum autem ex *Talmud Maſſ.* סנהדרין, *cap.* 7. ubi neſcio cui *R. Chaninæ* tribuitur, id probanti ex *Prov.* XX,25. De cæteris autem dicunt ad *Exod.* IX,20. טוב שבגוים הרוג, i.e. *optimus gentilum interficitur*, etiam הירא דבר יהוה; uti aliàs ajunt: טוב שברופאים לגיהנם, i. e. *optimus medicorum Gehennâ dignus eſt.* Itaque ſatis erat, *R. Salomonem* ſcribere, *Gen.* XV, 9. 10. לפי שהאומות נמשלו לפרים ואילים ושעירים שנאמר סבבוני פרים רבים וגו׳ ואומר האיל

האיל אשר ראית בעל הקרנים מלך פרס והצפיר השעיר מלך יון · וישראל נמשלו לבני יונה שנ' יונתי בחגוי הסלע לפיכך בתר הבהמות רמז שיהיו האומות כלין והולכין : ואת הצפור לא בתר רמז שיהיו ישראל קיימין לעולם : h.e. *quia gentes mundi comparantur juvencis, & arietibus ac hircis (uti constat ex Psal. XXII, 13. circumdederunt me vituli, &c. atq; ait Danielis Prophetia, c. VIII, 20. aries, quem vidisti, habentem cornua, Persiam notat, v. 21. & hircus pilosus Rex Graciæ est) collati sunt Iudai pullis columbæ, juxta illud, Cantic. II, 14. columba mea in foraminibus Petræ, unde etiam divisio animalium illorum notat, gentes sensim consumtum iri. At quod sequitur, avem non fuisse divisam, indicat, Judæos æternum permansuros.*

CXXIX. At enim uberiùs mentem suam explicant passim; imprimis adversus regnum Romanum, ejusque fidem. Nam *regnum ipsum* vocatur מלכות אדום, מלכות חייבת, מלכות הרשעה, אדום רשעה, *Christus* אלהי הערלים, *lex ejus* תורת ערלים, item און גליון, & *persona, quæ officio præest*, בן בנו של נמרוד, רשע בן רשע, הרשע, &c. In ב״ה hæc extant ad *c.* VI. *Exod.* והוצאתי והצלתי וגאלתי ולקחתי ארבעה לשונות של גאולה כנגד ארבע מלכיות · ובאחרון כתיב כנגד אדום ולקחתי ועל כן כתיב ביה ולקחתי כאדם שלוקח בחזקה

שהוא

שהוא קמה מכלם :, h. e. *versu nono & decimo leguntur quatuor verba*, לקח, גאל, הציל, הוציא, *de liberatione usurpata, & respiciunt quatuor regna. Notanter autem ultimo loco adhibetur* לקח; *quod ad Regnum Edomitarum, h.e. Romanorum, referendum, idq; ea de causa, ut conferat illum liberandi modum cum homine, qui alteri aliquid violenter extorquet vel aufert. Nam illud Regnum quartum robore & violentiâ cætera omnia superat.*

CXXX. *Lev.* XXVI, 5. ubi maximè fundari censent spem liberationis suæ, ita legimus: *comedetis panem vestrum* לָשֹׂבַע, *& habitabitis confidenter in terrâ vestrâ: & dabo* שָׁלוֹם *in terra; dormietis, & non erit, qui exterreat, removebo* חַיָּה רָעָה *de terrâ, ut gladius non transeat per terram vestram. Glossa Iudaica* in כה hæc est: לשובע בגימטריא אפילו אוכל קימעא · שלום אותיות לשמו שנאמר שלום · והשבתי חיה רעה בגימטריא אלו ד' מלכיות בבל מדי יון אדום : h. e. *quod dictum est* לשובע, *valet per Gematriam, etsi comedat parum*. *In voce* שלום *latet dictio* לשמו, *quia nomen ejus* (Messiæ, Esa. IX, 6.) *erit* שלום *vel pax. Verba autem* והשבתי חיה רעה, *per Gematriam notant quatuor regna, Babyloniæ, Medorum, Græcorum & Edomitarum*, h.e. Romanorum. Alludit ad animalia, *Daniel.*

niel. VIII uti est thes.128. [*Becanus* in *Manuali* c.5.l.1.§.66. חיתו סדי apud *Esaiam, c.* LVI, *9. sunt* ROMANI, *propter infidelitatem* BESTIÆ *agri dicti.* Vulgata, *Daniel.* IX, *30. venient* כתים, *Romani.* Hieronymus: *Judæi hoc de Romanis intelligi volunt.* Adde, *Num.* XXIV, *24.* & *Lex. Buxtorf. Talmud.* pag. 31.]

CXXXI. *S. Hieronymus* auctor est, *Judæos* olim multa de *Romanis* exposuisse. V. g. ad *c.* XXXIV. *Esa.* ait: *Hebræi hæc de Romano Imperio prophetata contendunt; & in ultionem Sion vastitatem quondam regni potentissimi prædicari.* Idem ad *c.* XXVI. ubi dicitur: *Incurvabit habitatores* מרום, *civitatem sublimem humiliabit: ut Judæi putant,* ROMAM; *ut nos, rectiùs esse convincimus Hierusalem, &c.* Et ad *c.* I. *Ioëlis*, ubi dictum: *residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo*; ita scribit: *Erucam, Hebræi Assyrios interpretantur, Babylonios atq́; Chaldæos: locustam, Medos & Persas: bruchum Macedonas & omnes Alexandri successores: rubiginem referunt ad Imperium Romanum, qui quarti & ultimi in tantum oppressére Judæos, ut de suis finibus eos pellerent.* Ad *cap.* III, *19. Ioël. Idumæa erit in desertum perditionis. In hoc*

hoc loco Iudæi gravissimo somno dormiunt, in ultimo tempore vindictam sui in Ægyptios, qui vicini sunt, & in ROMANOS, *quos interpretantur Idumæos, spe vanissima confingentes, &c.* In *Commentario* in *Obadiam: Iudæi frustrà somniant, contra urbem Romam regnumq; Romanum hanc fieri prophetiam. Et illud, quod in Esaia scriptum est, onus* DUMA, *paulum litera apice commutato, pro* ד *legi posse* ר, *& sonare* ROMAM: *vau quippe litera & pro u. & pro o. eorum linguâ accipitur.*

CXXXII. Nostrâ ætate quoque similia in scriptis eorum occurrunt; *Kimchi in Obadiam* scribit: ארץ אדום איננה היום לבני אדום כי האומות נתבלבלו ורובם הם בין אמונת הנוצרים ואמונת הישמעאלים ולא יכירו בהם מי הוא מאדום וממואב ומבני עמון ומשאר האומות כי כלם גלו מארצם ונתערבו באומות אלא מלכות רומי היתה בתחלה רבים בני אדום. ומה שאמרו הנביאים בחרבן אדום באחרית הימים אמרו: h.e. *Terra Idumæa hodiè non est filiorum Edom: nam populi confusi sunt, & pleraq; pars eorum est in fide Christianorum & Ismaelitarum, neq; in illis agnosci potest, quis oriundus sit ab Edom, Moab, aut de filijs Ammon, cæterisq; gentibus. Omnes enim è terra sua migrârunt, aliisque permisti sunt; nisi quòd Regnum Romanum initiò maximam partem Edomitis constitit.*

tit. Et quidem quod Prophetæ de Edomitarum devaſtatione prædixerunt, id omne intelligitur de ultimis plane temporibus; h.e. non de eo, quod ſub templo ſecundo contigit. Idem *Kimchi ad cap.* III, *24. Joelis* ait: יואל זכר אדום בעבור מלכות רומי וכן עשה ישעיה בפרשת קרבו גוים שהיא על חרבן רומי · ואמר זה בעבור כי מלכות רומי רובם אדומיים ואף על פי שנתערבו בהם עמים רבים כמו שנתערבו גם כן בישמעאלים נקראים על העיקר · ומלך קיסר אדומי היה וכן כל המלכים אחריו אשר היו ברומי:, h.e. *Joël meminit τοῦ Edom, ob Regnum Romanum, ceu etiam fecit Eſaïas in ſectione illa, cujus initium eſt* קרבו גוים, h.e. *cap.* XXXIV, *1. ubi ſermo eſt de Romæ devaſtatione. Loquitur autem ita adhibita voce Edom, quia Regnum Romanum conflatum eſt potiſſimum ex Edomitis: ac licet illis permiſti ſint populi alii complures, id quod etiam Iſmaelitis contigit, denominatio tamen facta eſt à principali. Certè Rex ille, Cæſar dictus, Idumæus fuit, adeoq; omnes ſucceſſores ejus, qui Romæ fuerunt.* Conferantur hæc cum verbis *Hieronymi*, ut appareat, quàm tenaces ſint traditionum paternarum; addi etiam poteſt *Abarbanel in* משמיע ישועה *ad Eſaiam & Ioëlem*, qui *per* אדום *itidem* רומיים *notari* aſſerit, eo fervore, ut audacter affirmet, *neq;* על בית שני

neq;

neq; כדרך הנוצרים *textus exponi posse*, adductis aliquot rationibus. Sed ad alia pergam necesse est.

CXXXIII. In Judice æquitas & rectitudo maximè omnium requiritur: id indicatum putant *Cabbalistæ*, *Exod.* XVIII, *17*. Textus ait: *Mosen sedisse ad judicandum populum, qui steterit juxta eum* מן הבקר עד הערב, i.e. *à mane ad vesperam*. Unde *Glossa* habet: כתיב הבקר עד הערב הה״א יתירה שלמטה אינו אומר אלא מן בקר עד ערב לומר כל הדן דין אמת לאמיתו באלו נעשה שותף להקדוש ברוך הוא במעשה בראשית שנבראת בה״א: i.e. *Scriptũ est* הבקר & הערב *cum He abundante; nam infrà v. 14. tantùm dicit textus*, מן בקר עד ערב, *quo innuat, quemcunq; judicium verum ferentem juxta veritatem* (i.e. ut oportet. videri quidem possit legendum leviculâ permutatione לעמיתו, h.e. *proximo suo*; at phrasis דן דין אמת לאמיתו ipsis aliàs usitata est, ut patet vel ex Lex. *Talm. p. 512.* in fin.) *tantæ esse existimationis, ac si fuisset socia causa Dei S.B. in opere Creationis. Nam illud productum est per He.* Hoc ut intelligatur, notari debent, quæ leguntur in *Talmud Babylonico*; *Massecheth* מנחות, *cap. 3. & in Talm. Hierosol. Mass.* חגיגה, *cap.* אין דורשין.

CXXXIV. In Talmud Hierosol. hæc

verba extant : בב' אותיות נבראו העולם הזה והעולם הבא שנ' כי ביה יהוה צור עולמים צייר עולמים ואין אנו יודעים איזה מהם נברא בה"א ואיזה מהם נברא ביו"ד · אלא מה דכתיב אלה תולדות השמים והארץ בהבראם · בה"א בראם הוי אומר העולם הזה נברא בה"א והעולם הבא ביו"ד · מה ה"א חסר מלמטה רמז לכל באי עולם שהם יורדים לשאול · מה ה"א יש לה נקודה אחד מלמעלה רמז מאחר שהם יורדים הם עתידים לעלות שנ' ה' ממית ומחיה מוריד שאול ויעל : מה הי"וד פתוחה מכל צדדיה פתח לכל בעלי תשובה · מה הי"וד כפופה כך כל באי עולם עתידים לכפוף ונהפכו כל פנים לירקון · וכיון שראה דוד כן התחיל מקלס בב' אותיות הללו יה הללו אל בקדשו · כל הנשמה הללו יה :, h.e. *duabus literis creati sunt mundus hic & mundus venturus; quia dictum est*, Esa. XXVI, 4. *Deus per* יה *secula* צור, *hoc est*, צייר *formavit* (ut non sit nōmen צור petra, sed verbum) *neq; tamen sciremus, uter cōditus sit per He aut per Jod, nisi esset illud, quod scriptum*, Genes. II, 4. *Illæ sunt generationes cæli & terræ* בהבראם ; *cujus sensus Cabbalisticus hic est*, בהא בְּרָאָם, *i.e. per* ה *creavit illa* (ut ה sumatur quasi in suppositionè materiali) *dic itaq; mundum hunc conditum esse per* ה, *& futurum per Jod. Quæ est ratio literæ* ה? *dum deorsum vergit; interruptum est, adeoq; omnibus venientibus in mundum* (Joh. I, 9.) *indicat, quod descensuri sint in* שאול, *h. e. morituri*

morituri. Porrò quæ litera ה *conditio est? supernè punctulum quoddam habet* (vel apicem) *innuens, futurum, ubi descenderint, ut redeant, ceu scriptum*, 1. Sam. II, 6. יהוה *mortificat & vivificat, deducit ad infernum & reducit. Quæ autem literæ Jod ratio est? Ab omni latere apertum est, unde indicat, portam apertam esse omnibus, qui pœnitentiam agere cupiunt. Et porrò quæ ejusdem conditio est? incurvatur: sic, quotquot veniunt in mundum, incurvabuntur, juxta illud*, Jerem. XXX, 6. *& versa sunt omnes facies in pallorem. Unde David, cum rem ita se habere adverteret, per duas istas literas Deum laudare cœpit, dicens* הללו יה *per totum Psalmum 150.* Observat autem h. l. *Scholiastes*, cum dicitur בה״א בראם, h.e. *creavit ea per* ה, id perinde esse, ac si dictum fuisset, בלי טוס ויגיעה כמו דבור אות ה״א, h.e. *sine ullo labore & defatigatione, quasi neq; ה in enunciatione sui opus habet, &c.* Jam quæ extant in *Talm. Babyl.* eodem ferè recidunt, nisi quod formula Cabbalistica adhibetur, אל תקרי בהבראם אלא בה״א בראם, h. e. *ne legas* בהבראם, *sed* בה״א בראם. Conferri etiam possunt *Galatinus de A. C. V. l. 6.* c. 11. & *Buxt. in Comment. Masoret. c. 15.*

CXXXV. Sed cum Judicem leges spe-

ctent, videamus, quid de illis tradant Cabbalistæ. In *Talm. Massech.* מכות, *c.3.* sic scribitur: תרי"ג מצות נאמרו לו למשה בסיני שס"ה לאוין כמנין ימות החמה רמ"ח עשה כנגד איבריו של אדם · ומאי קרא תורה צוה לנו משה תורה בגימטריא הוי הכי תורה שית מאה וחד סרי הוון אנכי ולא יהיה לך מפי הגבורה שמענום · בא דוד והעמידם על י"א בא ישעיה והעמידן על שש בא מיכה והעמידן על ג' בא עמוס והעמידן על אחת שנ' כה אמר ה' לבית ישראל דרשוני וחיו · מתקיף ליה רב נחמן ודילמא דרשוני בכל התורה כולה אלא בא חבקוק והעמידן על אחת שנ' וצדיק באמונתו יחיה :, h.e. 613. *præcepta dicta sunt Mosi in monte Sinai: 365. negantia juxta numerum dierum Solis, & 248. affirmantia juxta numerum membrorum hominis. E qua Scriptura? Ex illa,* Deut. XXXIII, 4. *legem præcepit nobis Moses. Nam* תורה *per Gematriam ita se habet, h.e. literæ illius conficiunt 611. Reliquæ duæ sunt,* Exod. XX. *ubi una incipit* אנכי, *altera* לא יהיה לך (alii aliter complent numerum, ut est in *lex. Talm.* p. 983. circa fin.) *venit autem David & contraxit præcepta illa ad undecim,* Psal. XV. *uti Esaias ad sex, cap.* XXXIII, 15. *Micheas ad tria, c.* VI, 8. *Amos ad unum, quia dictum est, c.* V, 4. *sic ait Dominus domui Israël: quærite me, & vivetis. Objicit Rab Nachman ei* [R. Simlai] *forsan illud* דרשוני *intelligendum est hoc modo, ut quæra-*

V. supra, p. 272.

quæramus eum in lege universa: ergò venit Habacuc, & ea præcepta constituit in hoc uno dicto, c.II. *Iustus suâ fide vivet.* Egregia profectò observatio, quæ cum N. T. satis convenit. Neque enim præcepta omnia intrinsecam bonitatem habebāt, uti *Grotius* loqui amat, adeoque multa cessare poterant, imò vero debebant, instar jugi importabilis, *Actor.* XV,16. ut vita nostra spiritualis consistat in fide, *Rom.* I,17. *Gal.* III,11. *Hebr.* X,38. Ac lepida est nota Cabbalistarum de vita, in lege promissa, *Exod.* XXIV. Cum enim *v.16.* dicitur: אֶת־מִסְפַּר יָמֶיךָ אֲמַלֵּא, *numerum dierum tuorum complebo*, observarunt, designari vitæ suæ brevitatem: חמלא עולה על ימי שנותיכו שבעים שנה חוץ משנה שנולד בה ושנה שמת בה: h. e. *ex dictione* חמלא, *per Gematriam considerata, emergunt 72. Nempe dies annorum nostrorum conficit annos* LXX. *excepto eo anno, quo homo nascitur, & altero, quo moritur.* Ac ante promulgatam legem pii diutius vivebant, & tamen de brevitate vitæ conquerebantur, *Gen.* XLVII,8 9. Sic ajunt, *Exod.* XX, 11. יאריכון חסר יוד שאין אריכות ימים בעולם הזה, h. e. *in verbo, quo vitæ prolongatio promittitur, Iod deficit: neq. enim in hoc mundo vera obtinet vitæ prolongatio.*

CXXXVI. De numero autem illo præceptorum adhuc aliquid notarunt. *Genes.* XXXII, 4. legitur: *sic dicit servus tuus Jacob, cum Labano* גַּרְתִּי *peregrinatus sum.* R. Salomo ita commentatur: גרתי לא נעשיתי שר וחשוב אלא גר. אינך כדאי לשנא אותי על ברכות אביך שברכני הוה גביר לאחיך לא נתקיימה בי · ד״א גרתי בגימטריא תרי״ג כלומר עם לבן הרשע גרתי ותרי״ג מצות שמרתי ולא למדתי ממעשיו הרעים: h. e. *cum ait* גַּרְתִּי, *sensus hic est: non factus sum ibi princeps aliquis & magnæ existimationis, sed permansi peregrinus, adeoq; te non decet, ut me prosequaris odio ob benedictiones patris tui, quibus benedixit mihi; minimè enim in me confirmata sunt verba illa,* הוה גביר לאחיך, *h. e. esto Dominus fratrum tuorum;* Gen. XXVII, 29. *Expositio alia quoq; datur: nam* גרתי *per Gematriam valet 613. ac si diceret Jacobus: peregrinus fui apud impium illum Labanum, & tamen 613. præcepta ita servavi, ut nil de pravis illius operibus didicerim.* Numerarunt autem 20. annos, quibus fuerat Jacob cum Labano, unde non haberi poterat amplius גֵּר, i e. *peregrinus, qui hinc inde vagatur*, sed תּוֹשָׁב, i. e. *incola*, unde colligunt, hanc subesse causam, quòd 613. h. e. omnia præcepta servârit, ubi tamen strictè Mosaica intelligi

V. supra, p. 315.

non debent, cùm solùm allusio sit, neque legem, *Lev.* XVIII, 18. de duabus sororibus, servasse dicendus est. Videatur *liber*, cujus inscriptio est כתר שם טוב, & quidem, *edit. Venet. p. 31. col. 1. non long. à fin.*

CXXXVII. De *Decalogo* quoq; nonnulla videamus. Observarunt ejus initium, finem, ipsarumque adeò literarum numerum. V.g. in *Baal Hatturim*: עשרת הדברות מתחילין באל״ף ומסיימין בכ״ף וזהו אך טוב לישראל: ויש בהם תר״ך אותיות כנגד תרי״ג מצות ושבע מצות של בני נח ומיוסדים כתר תורה · לומר לך שאם לומד אדם תורה לשמה הוא כתר לראשו · ואם לומד שלא לשמה יחזור כרת: h.e. *decem præcepta incipiunt ab* א *& finiunt in Caph: unde dictio* אך *emergit, atq; hoc est, quod scriptum, Psal.* LXXIII, *1.* אך *profectò bonus Israeli est. Sunt & in illis 620. literæ, quæ respiciunt 613. præcepta Judæis, &* VII. *illa filiis Noachi tradita, atq; signum eorum est: quod lex sit* כֶּתֶר *corona, ut indicet tibi, si quis discit legem propter seipsam, corona est capiti ejus; si autem discit eam fine alio* (v.g. lucri causa) *mutabitur* כֶּתֶר *in* כָּרֵת (vel, ut alii scribunt, כָּרֵת) *h.e. exterminium, seu cedet ipsi in damnum.* Buxt. L.T. p. 1895. 1909.

CXXXVIII. *Exod.* XX, 6. notant quoq; coronulas literæ impositas, v.g. על שי״ן דלא

 תשא

תשא יש ז' תגין כנגד ז' שמות ליצר הרע · ז' מדרגות
לגיהנם:, i.e. *litera* ש *in voce* תשא *habet 7. apices, qui respiciunt 7. nomina concupiscentiæ parvæ & 7. gradus inferni.* Nempe in *Talm.* scribitur *Maſſ.* סוכה: ז' שמות יש לו ליצר הרע הקב״ה קראו רע
משה קראו ערל דוד קראו טמא שלמה קראו שונא
ישעיהו קראו מכשול יחזקאל קראו אבן יואל קראו צפוני:
h. e. *Concupiscentia prava habet 7. nomina. Deus S. B. ipse vocat eam* רע, Gen. IIX, 21. *Moses præputium*, Deut. X, 16. *David immundum*, (quod inde colligitur, quia Psal. LI, 12. cor mundum poscit) *Salomon hostem*, Proverb. XXV, 21. *Esaias offendiculum*, cap. LVII, 4. *Ezechiel lapidem*, c. XXXVI, 26. *Ioel absconditum*, cap. II, 20. Prolixè de nominibus hisce agitur in עיר גבורים, & quidem in פתיחה
ראשונה, ibique dicitur: הנחש הטיל ד' זוהמות
בחוה מד' רוחות הטומאה רוח שטות רוח זנות רוח חמדה
רעה וכו', h. e. *serpens conjecit in Evam 4. impuritates à 4. immundis Spiritibus, scilicet Spiritu stoliditatis, scortationis, concupiscentiæ malæ*, &c. Alias de duplici concupiscentia hominis hæc extat Cabbala in כ״ה ad c. II, 7. Genes. וייצר שנים חד מלא וחד חסר · וייצר יי' אלהים
את האדם מלא שיש לו שני יצרים יצר טוב ויצר רע · ויצר
יי' אלהים מן האדמה כל חית השדה חסר · שאין להם אלא
יצר אחד:, h. e. vox וייצר *bis extat, semel plenè cum iod,*

Iod, iterum autem defectivè scripta sine Iod. Cum enim Gen. II, 7. scribitur, וייצר, *& formavit Dominus Deus hominem, plenè scriptum est Iod, quia in eum cadit concupiscentia duplex* (respicit ad יצר incipiens à Jod) *bona & mala. At Gen.* II, 19. *defectivè scriptum est* ויצר, *& formaverat Deus Dominus de terra omnem bestiam agri, cum in illas bestias non cadat duplex illa concupiscentia.* Innuit, ut obiter id addam, Cabbala hæc, Deum creasse יצר הרע, uti alias ipsos statuere ostendi *ad Lipmannum. p. 648. num. 93.*

CXXXIX. De Gehennæ autem nominibus hæc tradunt in Talm. Massech. עירובין, c. 2. ז׳ שמות יש לו לגיהנם שאול ואבדון ובאר שחת ובור שאון וטיט היון צלמות וארץ תחתית׃, h. e. *Gehenna in fontibus 7. habet nomina. Vocatur enim* שְׁאוֹל, Jon. II, 3. *de ventre* שאול *clamavi.* (Hic enim locus confirmationis causa adducitur; unde ibidem scribitur: ג׳ פתחים אחד במדבר ואחד בים ואחד בירושלים, h. e. *3. sunt inferni portæ: 1. in deserto. 2. in mari,* Jon. II, 3. *3. Hierosolymis*) *Item* אבדון, Psal. LXXXVIII, 12. *numquid narrabitur in sepulchro misericordia tua, & veritas tua* באבדון? *Ac* בְּאֵר שַׁחַת Psal. XVI, ult. *non relinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre* שחת.

(Galati-

l. 7. de (Galatinus Psal. LV, ult. adducit) similiter
A. C. בּוֹר שָׁאוֹן וְטִיט הַיָּוֵן, Psal. XL, 3. *eduxisti me de*
V. c. 6. *cisterna sonitus, & luto cœni*: ac צַלְמָוֶת, Psal.
CVII, 10. *qui habitant in tenebris & umbra mortis*. Conferatur etiam *liber* עיר גבורים, l.c. *num. 36.* ubi inter nomina concupiscentiæ pravæ & inferni instituitur comparatio. De מדרגה התחתונה של גהינם agitur in *Beth Israël, p. 54. col. 3.* & de דיוטא התחתונה של שאול *Kimchi in Comment. ad Psal.* IX, 18.

CXL. De mandato, זכור את יום השבת לקדשו, *memento diei Sabbathi*, ita scribunt Talmudistæ: זה הפסוק הוא פסוק ז' ומתחיל בז' בשביל שהשבת הוא שביעית · וה' תיבות בפסוק לומר לך שכל המקיים את השבת כאילו קיים חמשה חומשי תורה:, h.e. *versus hic 7. est in c.* XX. *Exod. atq; incipit à Dsain* (quod in numeris valet 7.) *quia Sabbathum est dies 7. Quinq; autem dictiones sunt in illo versu, ut indicet tibi eum, qui Sabbathum observat, talem haberi, ac si implevisset omnes leges, in Pentateucho præscriptas.* Oppositè dicitur, *Jac.* II, *10. qui peccat in uno, reus est omnium*. Frequens est comparatio hujusmodi Judæis. Sic ajunt: שעבוד מלכיות שקול כנגד גיהנם:, h.e. *quòd Judæi fuêre in servitute sub regnis quatuor, suprà dictis, illa pœna æquipollet infernali.* Item: כל שאין עוסק בפריה ורביה

כאילו

כאילו שופך דמים:, h.e. *si quis non deditus est generationi liberorum, perinde est, ac si effunderet sanguinem humanum*: alius ait: כאילו ממעט את הדמות שנאמר כי בצלם אלהים עשה את האדם וכתיב ואתם פרו ורבו:, h.e. *perinde est, ac si minueret imaginem divinam, quia* Gen. IX. *dictum est*: ad imaginem Dei fecit hominem; *statimq́; subjunctum instar causæ*, ואתם, *itaq́; vos crescite & multiplicamini.* Sic quoque dicunt: כל המעלים עיניו מן הצדקה כאילו עובד עבודה זרה:, i. e. *si quis oculos suos avertit ab eleemosyna, perinde facit, ac si coleret idola.* Hinc erogatio opum in pauperes Judæis מִצְוָה vel מִצְוְתָא appellatur, & Christus, *Matth.* XXV. beneficia erga egenos summoperè deprædicat. Item בה, *Deut.* V. הנשבע לשקר כאילו עובד עבודה זרה:. Recutitis colere idola est summum peccatorum; & summa religionis, colere Deum unum. Inde nata comparatio.

CXLI. Ut vero magis patescat, quanti faciant Sabbathum, aliam Cabbalam afferam ex *En Israël*, p. 73. col. 1. כל המשמר שבת כהלכתה אפילו עובד עבודה זרה כאנוש מוחלין לו שנ' אשרי אנוש יעשה זאת שומר שבת מחללו:, h. e. *quicunq́; observat Sabbathum, ut oportet, ei delicti gratiam faciunt, si vel maximè coleret idola instar*

instar Enos (de quo *Gen.* IV, 26. verbum הוחל *profanandi* sensu interpretantur, & cujus ætate idololatriam cœpisse persuasum habent) *quia scilicet dictum est*; *Esa.* LVI, 2. *beatus fuisset* אנוש *Enos*; *si fecisset hoc custodiens Sabbathum*; מְחַלְּלוֹ *ne polluat illud.* אל תקרי מחללו אלא מחול לו; id est; *ne legas* מְחַלְּלוֹ, *sed*, מָחוּל לוֹ, vel, מָחַל לוֹ, i. e, *& condonatur ei.* Addunt ibidem effectum Sabbathi alium: אלמלא שמרו ישראל שבת ראשונה לא שלטה בהם אומה ולשון:; h. e. *si Israëlitæ servassent Sabbathum primum, nec gens, nec lingua ulla eis prævaluisset.* [*Baal Hatturim* ad c. XXXV, 3, 4. Exod. השבת ויאמר · ר״ת וס״ת תורה שעיקר התורה בשבת כשאדם פנוי מעסקיו:; i.e. *voces duorum versuum* השבת ויאמר; *quà literas initiales & finales, invicem junctas, producunt dictionem* תורה; *nam lex potissimum in Sabbatho obtinet, cùm homo ab operibus vacat.*]

CXLII. De 4 præcepto, & quidem verbo ויטב bene longa Cabbalistarum nota occurrit in ב״ה *ad c. V. Deut.* quæ contracta sic habet: תגין על הטי״ת שעברתו אמו תשעה חדשים ואביו ואמו נזהרו תשעה מדות האמורות בנדרים · ונח סימנים אשת משגעת נוטריקון בני אנוסה שנואה כדה תמורה מריבה שכרות גרושת הלב ערבוביא חצופה: h. c. *litera* ט *in voce* ויטב *habet Tagin sive apices.*

ces sibi impositos; quia per novem menses (cum ט valeat IX.) *mater ejus* (filii, qui honorem ipsi debet) *fuit gravida, ipsumq́; gestavit in utero; & ut cùm pater, tùm mater ejus præmoneantur de rebus novem, à quibus in generatione liberorum sibi cavere debent; quæ quidem describuntur in Talm. Masseck.* נדרים. *Per Notaricon autem quod eorum signum est; hæc esse intelligas. Ne sint liberi fæmellæ subactæ vel coactæ, odio habitæ* (ita ש & ס permutant invicem) *menstruatæ vel excommunicatæ, permutatæ* (si mulieri quidem suæ jungatur, sed quam putet esse aliam, sibi interdictam) *refractariæ vel contentiosæ, ebriæ, expellendæ* (cui vir libellum divortii dare decrevit) *pervulgatæ vel communi, protervæ.* Difficile enim dictu est, quantum poscant ad legitimam sobolis procreationem. Unde in Talm. l. c. ajunt: כל המסתכל בנשים סוף בא לידי עבירה · אל תרבה שיחה עם האשה סופך בא לידי ניאוף · כל המסתכל בעקבה של אשה ובאשתו נדה הויין ליה בנים שאינן מהוגנים: h. e. *quisquis observat fæmellas, tandem incidit in transgressionem legis. Ne multum loquaris cum fæmella: nam tandem incides in scortationem vel adulterium. Quisquis mulieris alicujus calcaneum de industria considerat, aut uxorem suam, men-*

struo

struo laborantem, ejus liberi erunt inhonesti. Addatur cap. V. Matth. & videatur פגום in *Lex. Talm.*

CXLIII. De eruditis, legumq; divinarum peritis hinc inde etiam nonnihil admiscent. In בה״ *Exod.* XIV. hæc invenies: ובמשה ב׳ ובמשה עבדו· וידבר העם באלהים ובמשה· לומר לך החולק על רבו כחולק על השכינה והמאמין בדברי חכמים כמאמין בשכינה: i.e. *dictio* ובמשה *bis extat cum hisce præfixis, semel, Exod.* XIV, *ult*, credidit populus Deo & Mosi, servo ejus. *Iterum, Num.* XXI, 5. & locutus est populus contra Deum & contra Mosen. *Conjungitur per vav utrobiq; Moses Deo, ut indicet tibi, si quis discipulus se opponat Magistro suo, quod divinæ Majestati resistere censeatur; & si quis credat verbis Sapientum, quod perinde sit, ac si quis credat ipsi Majestati divinæ.* Nempe juxta illud Dei ad Samuelem, *l. 1. c.* VIII, 7. *non te rejecerunt; sed me;* & Christi ad discipulos, *Luc.* X, *16. qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me.*

CXLIV. Contra etiam vitia notat Cabbala. *Lev.* X, *9.* scribitur: *dixit Deus Aaroni, vinum & siceram non* תשת *bibes.* Quæ legis causa exciterit, in textu diserte non exprimitur;

mitur: omninò tamen innuitur, Aaronis filios ebrios ignem alienum sacris admiscuisse; ut ebrietas occasio fuerit arrepti ignis, atque hic demum repentinæ mortis. Id cum observassent *Cabbalistæ*, hæc notarunt: תפלת שכור תועבה, h. e. *preces ebrij sunt abominabiles*, per Notaricon scilicet, ut est in ב"ה. Incipit etiam mandatum Dei â voce יַיִן, unde idem subjungit: אין פסוק מתחיל יין אלא זה שהביא יללה בעולם כמ"ד שתויי יין היו ולכך מתו, *nullus versus incipit à dictione* יַיִן *nisi hic, qui ejulatum in mundum attulit* (alludit ad aliam Cabbalam; nam היין בגימטריא יללה, h.e. *vinum per Gematriam est ejulatus*) *id quod consentit cum illo, qui ait: filij Aaronis vino inebriati erant, atq; ea propter mortui sunt.*

CXLV. Jam quod de Aaronis filiis ait, quod vinum hauserint דֶּרֶךְ שִׁכְּרוּת, ita ut redderentur ebrii, id rursum per Cabbalam innuunt. Scribitur *v. 1.* אֹתָם defectivè, & *v. 2.* אוֹתָם plenè, unde hæc emergit observatio: אותם מלא ו'ו שחטאו בששה דברים· אש זרה הורו בפני רבם· שתויי יין· בנים לא היו להם· נתנו עיניהם בפרנסות· לא נטלו עצה:, h. e. *vox* אותם *scripta est plenè cum vav, quæ litera in numeris valet sex. Sex enim admisêre peccata. Attulerũt ignem alienum: docuerunt in præsentia Ma-*

 gistri

giſtri ſui: ebrij erant vino: non genuerunt liberos: conjecère oculos ſuos in gubernationem; adeoq́; ab aliis non capiebant conſilium. Denique in *Talm. Maſſ.* סנהדרין; *c. 4.* aliud vini incom̃odum notarunt hiſce verbis: יין ניתן בע׳ אותיות וסוד ניתן בע׳ אותיות נכנס יין יצא סוד:, h.e. *vox* יין *in numeris valet 70. & ſic quoq́;* סוד, *unde, dum vinum ingreditur, egreditur arcanum.*

CXLVI. Porrò in *Talm. Hieroſol. Maſſech.* יומא, extat, quod durum eſt auditu, hiſce verbis: ההורג נפש בשגגה לא היה לו כפרה ונתנה לו התורה כפרה זו מיתתו של כהן גדול שנ׳ וישב בה עד מות כהן הגדול:, h.e. *qui hominem interficit per imprudentiam ſive invitus, ei nulla expiatio in Moſe præſcripta eſt, niſi quod lex ferè innuit, eam eſſe mortem ſummi ſacerdotis, ceu dictum, Num.* XXXV, 25. *manebit in ea, donec moriatur ſacerdos magnus.* Etiamne ſum̃i ſacerdotis mors expiat peccata aliena? Certè ipſi Judæi in *Gloſſa* ajunt: נראה ענין זר, i.e. *videtur eſſe res valdè aliena*, cum ſit גורם חטאתי, quemlibet ob ſuum ipſius peccatum moriturum: quia tamen mortis mentio diſerta extat, inde ajunt in *Maſſech.* מכות; *Talm. Babyl. c. 2.* matres ſacerdotum homicidis ejuſmodi

miſiſſe

misisse victum & amictum, ne filiorum suorum mortem precibus accelerarent.

CXLVII. Textus exilii, quod pœnæ loco erat, meminit: mors autem sacerdotis summi illius terminus erat, non homicidii expiatio. Quod si inde ab ipso Reipubl. primordiô Reges habuissent, forsan illorum obitus exilio finem imposuisset. At enim observo, Cabbalistas similia urgere. Nam in בס' hæc inveniuntur: ערוה שנים במסורת לכסות בשר ערוה· ואידך לא תקרבו לגלות ערוה· רמז שבגדי כהונה מכפרין על העריות:, h. e. *vox* עֶרְוָה *non nisi bis occurrit juxta Masoram: semel*, Exod. XXVIII, 42. *& iterum*, Levit. XVIII, 6. *atq; eo indicatur, vestes sacerdotales expiare incestus.* Sic porrò *ibidem*: חשן משפט בגימטריא מכפר הרהר הלב: אפוד בגימטריא מלאך שהיה מלובש כמלאך: שפה לפיו שהמעיל מכפר על לשון הרע· שאם חטא בלשון הרע יעשה שפה לפיו שימנע מלשון הרע ויעשה תשובה ויתכפר לו:; h e. *dictiones* חשן משפט *indicant per Gematriam, quod ille ornatus expiârit cogitationes cordis pravas. Et* אפוד *per Gematriam sonat Angelum, quia sacerdos amictus erat instar Angeli. Ac quod ibidem* (Exod. XXVIII, 32.) *dicitur* שפה לפיו, *indicat, pallium sacerdotale expiare peccatum obtrectationis. Hoc enim si admiserit, faciat oram ori suo, ut cohibeatur*

ab obtrectatione, agat pœnitentiam, & expiabitur ei. Sic veræ expiationis ignari passim veniam quærunt: unde etiam in עיר גבורים, *p. 23: n. 32.* ajunt: ג' דברים מכפרים שינוי השם ושינוי מקום ושינוי המעשה: h. e. *tria sunt, quæ expiant peccata: mutatio nominis, loci, & operis*: cujus sensus ibi mirè exponitur. Ac *Schick.* noster putabat, Paulum in signum veræ conversionis & pœnitentiæ nomen suum mutâsse. Idem *Baal Hatturim* ad *Exod.* XXXII. ait: כפרו ב״וד הדברות, i. e. *expiavit illud per decem præcepta*: & ad *Levit.* XVI. וכפר בגימטריא זה בְוִידוּי, h. e. *vox* וכפר *innuit per Gematriam, expiationem peccatorum fieri per confessionem.* Nempe remissionem peccatorum in absolutâ Dei misericordiâ sitam arbitrantur.

Cōfer suprà, p. 263. CXLVIII. Quando autem de obtrectatione & conviciis modò dictum est, ex occasione exemplum Cabbalæ subjungam: *Gen.* XXXVII, 2. refertur, quòd Josephus patri attulerit דִּבָּתָם *crimen eorum*, scilicet fratrum. Num rectè id factum à Josepho, & quid retulerit, sic produnt Cabbalistæ: דבתם רעה בגימטריא שהם אכלו באבר מן החי · דבתם בגימטריא מות · מלמד שלשון הרע הורג שלשה · נער בגימטריא שוטה וזהו שאמר הפסוק ומוציא דבה הוא כסיל: i. e. *voces* דבתם רעה *per Gematriam indicant,*

cant, filios Jacobi comedisse membrum de vivo, h.e. carnem crudam, filiis Noachi interdi- *Schin.*
ctam, *Gen.* IX. *ât seorsim dictio* דבתם *per Ge-* *Lex.p*
matriam coincidit cum vocula מָוֶת, *& docet,* *1530.c*
quòd obtrectatio tres occidat. Deniq; כער *per Gematriam sonat stultum, atq; hoc ipsum est, quod Scriptura ait*: qui prodit infamiam, insipiens est, *Prov.* X, *18.* Sic nempe Josephum dilaudant, de quo etiam ajunt: שהכתיר עצמו ברבנות, *quod seipsum fratribus ducem præfecerit*, enarrans somnium de manipulis & stellis undecim, ceu prodidi in tract. *ad Lipman. p. 263.* ubi quoque similia extant judicia de factis piorum. Quomodo autem tres perimat calumnia, videri potest in *Lex. Talm. Buxt. p. 1160.*

CXLIX. Sed accedamus nunc ad ea, quæ habet comunis vita & infirmitas, quò porrò, quid tradant, appareat. Matrimonium Judæorum vel prolificum est, vel sterile. Nam פריה ורביה magnum omninò præceptum habetur: unde in *Baal Hatturim* scribitur ad *Num.* XXI. אמרי אינשי נסה אשה ושהה עמה עשר שנים ולא ילדה שהוא יכול להוציאה: וילפינן ליה מדכתיב מקץ עשר שנים לשבת אברם בארץ כנען שלקח הגר:, i.e. *Homines dicunt: si quis uxorem duxerit, & per decennium ei cohabitarit, neq;*

tamen pepererit, potest eam ejicere: quod quidam didicerunt ex illo, quod scriptum est, Gen. XVI,3. *post decem annos Abrahami, habitantis in terra Canaan. Nam tunc duxit Hagarem.* Primam autem quãdo sibi jungere conveniens fit, ostendit Cabbala, petita ex *Lev.* XXI,13. והוא בְּבְתוּלֶיהָ *& ipse uxorem ducet.* Ubi hæc extat *glossa*: והוא עולה י״ח רמז בן י״ח שנה לחופה וכן והוא כחתן יוצא מחופתו: בבתוליה בי״ת ויו״ד יתירין דהוי ליה למכתב בתולה רמז עד י״ב שנים בתוליה שלמים: h. e. *ex literis vocis* והוא *emergunt in numeris 18. & alluditur eo, quod natus annos* XVIII. *uxorem ducere debeat, id quod optimè convenit cum illo Psal.* XIX,4. והוא, tanquam Sponsus procedens ex thalamo suo. *In dictione autem* בבתוליה *abundant Beth & Jod: poterat enim scribere,* בתולה, *h.e. virginem ducet; indicare autem voluit, quòd anni* XII. *destinati sint sanguini virginitatis incorrupto.* Unde etiam fœmellæ maturè matrimonio junguntur.

Pirk. Abb. cap. 5. sub fin.

CL. Dum autem parit uxor, vel enititur puerum vel puellam. זכר בגימטריא ברכה ונקבה בגימטריא קללה: h. e. *masculus per Gematriam adfert benedictionem; at fæmella eâdem arte maledictionem infert*: perinde ac si fato quodam id obtineret, ceu *Gen.* XI,1. שפה אחת

per

per Gematriam propè accedit ad לפנן הקדם; & talia in ipsa lingua S. recondita lateant. Si fit בְּכוֹר, est בָּרוּךְ, nisi quod in peccato conceptus, ut scriptum, *Psal.* LI,7. quæ verba miris modis torquent, ne Peccatum Originis, quod vocamus, admittere cogantur; unde omnia, quæ natura suppeditat, quæ Cabbala progignit, adferunt, dummodò huic loco satis fiat.

CLI. *Kimchi in Psal.* ait: *matri tribui, quod filium* בְּחֶמְאָ *calefecerit, juxta illud,* אשה מזרעת תחלה יולדת זכר, i.e. *si fœmella prior ejicit semen vel confert, parit marem; patrem verò suum in ea fuisse sententiâ perhibet, ut statuerit, Davidem Hyperbole usum,* כדי לסלק מעליו העון, *ut à se removeret peccatum, vel illud extenuaret*, quæ hodie *Photinianorum* expositio est. *R. Salomo* aliter, conjiciendo culpam in opus matrimoniale: איך לא אחטא ועיקר יצירתי על ידי תשמיש · ד״א עִיקר יצירתי מזכר ונקבה שכלם מלאי עון:, h. e. *quomodo non peccarem, cum formatio mea initium sumserit à coitu: vel aliter; formatio mea ortum trahit à mare & fœminâ, scatentibus peccato. Aben-Ezra*, sapiens dictus, comparationem & æquipollentiam instituit; בעבור התאוה הכטועה בלב אדם כאילו בעון חוללתי והטעם כי בשעת הלידה היצר הרע

נטוע בלב: ויש אומרים כי זה רמז לחוה שלא ילדה רק אחר שחטאה:, h.e. *ob concupiscentiam, cordi hominis implantatam, perinde est, ac si conceptus essem in peccato: atq; sensus est, quòd ab ipsa usq; nativitate hominis concupiscentia prava cordi hominis insit. Sunt etiam, qui dicant, alludi ad Evam, quæ filium enixa non est, nisi postquam peccavit.*

CLII. Rabbi hîc planè nobiscum facere videtur: sensum tamen alium ferè exhibet in Com. ad *Iob.* XIV, 4. מי יתן טהור' ענינו כענין הן בעון חוללתי כי האדם נברא מדבר טמא:, h.e. *cum dicitur: quis dabit mundum de immundo, idem sensus est, ac illius: ecce in peccato conceptus sum. Homo enim producitur ex re immunda.* Lucem hæc sortiuntur ex *Talm. Massech.* נדה, *cap. 3.* ubi hæc traditio extat: אין אשה מתעברת אלא סמוך לוסתה שנ' הן בעון חוללתי:, h.e. *nulla fœmella concipit, nisi prope tempus menstrui sui, quia dictum est: ecce, in peccatis conceptus sum.* Alii clarius id efferunt, quòd generatio fiat מטפה סרוחה, i. e. *ex guttâ fœtidâ;* negant enim, fœmellas menstruo laboraturas, nisi peccatum intercessisset; prorsus uti locus illi non est in beluis, cum tamen generationi decedat nihil.

CLIII. Denique *Autor lib.* כתר שם טוב, *p.127.*

p.127. col.4. dum agit de *Psal.* LI. verba hæc expendens, ſupponit, כי ישי היה צדיק, h.e. *patrem Davidis, Iſai fuiſſe juſtum*, addit: התחברות האדם והאשה על ג' מינים האלקיים מצות פריה ורביה וזהו המטובה שבכלם · והב' בעבור שלא יתגבר יצרו עליו שזה גם כן מצוה בצד מה · והג' למלאת תאותו וזאת הכונה היא רעה מאוד: h. e. *tribus modis vir conjungitur uxori: primò quidem, ut ſatisfaciat praecepto,* Gen. I, 27. 28. *creſcite & multiplicamini; qui quidem modus omnium optimus eſt. Deinde, ne concupiſcentia prava ipſi dominetur* (1. Cor. VII, 2. propter ſcortationis periculum) *nam & hoc ex parte imperatum eſt. Deniq; ut ſatisfaciat appetitui ſolum, quæ quidem intentio peſſima eſt.* Hiſce ita ſuppoſitis, auctor videns, patrem Davidis fuiſſe צדיק גמור, adiicit, דבר קשה, i.e. *res admodum difficilis eſt*, & confugere alios perhibet ad Notaricō dictionis אדם, quâ innuuntur Adam, David, Meſſias, שנפש האדם בעבור בחטאתה באה בגלגול לעולם בדוד ואחר כך במשיח: *quòd anima Adami ob peccatum admiſſum per* μετεμψύχωσιν *devoluta ſit continuâ ſerie ad Davidem, porrò conferenda ipſi quoq; Meſſiæ, eadem translatione.*

CLIV. Infans in lucem editus, ex mandato divino circumciditur. De circumciſione quidem ſuprà nonnulla adducta ſunt,

relictum tamen, quod moneam. *Exod.* XII, 13. Moſes ait: *erit ſanguis* לָכֶם לְאֹת, unde hæc obſervatio prodiit: לכם בגימטריה מילה שבאותו לילה מלו· לאת כתיב חסר ו״ו לומר לך שממילת יצחק עד מילת מצרים היו ארבע מאות ואחד ושלשים שנה; h.e. *dictio* לכם *per Gematriam notat circumciſionem: iſta quippe nocte circumciſi ſunt* (ergò intermiſſa fuit in deſerto, & Joſuæ imperatum cap. V. ut reſtauraret circumciſionem) *At vox* לאת *defectivè ſcripta eſt, ut notet, jam inde usq; à circumciſione Iſaaci ad hanc circumciſionem, cum egrederentur ex Ægypto, numerari annos 431.* Geneſ. XV, 16. Gal. III, 17.

CLV. In eodem *cap.* XII, 22. *Exod.* legiſlator ait: *Tingetis poſtes* מִן הַדָּם, *ſanguine*. Quid vero ſanguis ille tandem indicat? *Baal Hatturim* myſterium occulere non potuit, unde hæc annotavit: מן הדם בגימטריה דמי מילה, h. e. *quod de ſanguine dictum eſt, per Gematriam innuit ſanguinem illum, qui in ipſa circumciſione effunditur aut verò elicitur.* Ecce tibi ſanguinem, ad quem §. præced. alludebat! Nempe in more poſitum habent, ut omnia detorqueant ad circumciſionis ſanguinem, ubicunque דם extat; & ad fœdus Moſaicum, ſi quando vocula ברית occurrit.

rit. Unde *Kimchi ad Zach.* IX, *11.* scribit: אמר כנגד כנסת ישראל כמו שאמר על המלך המשיח שיהיה נושע בצדקתו אמר גם את תהי נושעת בדם בריתך והוא דם המילה שהחזיקו בו ישראל בגלות יותר מכל המצות: h. e. *loquitur respiciendo ad cœtum Israëlitarum; & ceu de Rege Messiâ ait, quod servari debeat ob justitiam suam: ita ait futurum, ut illa Synagoga quoq; servetur ob sanguinem fœderis sui* (Genes. XVII, 4. seqq.) *h. e. sanguinem circumcisionis, quia in exilio hujus majorem rationem habuit, quàm aliorum præceptorum in universum.*

CLVI. Conjicitur abscissum præputium illicò in pulverem, cujus facti rationem assignant ex *Num.* XXIII, *14. quis numeravit* עפר *pulverem Jacob.* sic enim ב״ה: עפר בגימטריא ערלה בחול· רוצ לומ שנותנין הערלה בחול:, h. e. *dictio* עפר *per Gematriam sonat, præputium est in arena: alludit autem ad ritum illum* (pueri circumcisi, cujus) *præputium in arenam conjiciunt vel conjicitur.*

CLVII. De impositione nominum etiam in adultis, peculiaris extat observatio in *libro* חסידים, *n. 194.* Legimus, *Ezech.* XXVIII, 3. חָכָם אַתָּה מִדָּנִאֵל, ubi vox דנאל defectivè scripta hanc notam peperit: אם נכרים יקראו לשום יהודי בשם אלהיהם אל יבוא אליהם לקרא שמו כך·

מקרי

שהרי כתב חכם אתה מדניאל מדנאל כתיב חסר יוד לפי שמיחה דניאל לנבוכד נאצר מלעשות אלוה ולא מיחה בו מלקרותו בלטשאצר כשם אלהיו: , h. e. *si cui Judæo alienigenæ imponant nomen, quod conveniat cum nomine Dei eorum, ne concedat ipsis, ut sic vocetur. Ecce enim scriptum est*, Ezech. XXVIII, 3. *num sapientior es Daniele? ubi scriptum* דנאל *sine Jod, eò quòd cohibuit Daniel Nebucadnezarem, ne hic illum haberet pro Deo* (Dan. II, 46. ut explicat R. Salomo ad loc. Ezech.) *at non cohibuit eum, quò minus vocaretur juxta nomen Dei sui, Beltesch azar*. Talia curiosè observarunt. V. g. notatum ipsis גט nunquã ita concurrere in lingua sancta, unde *in lib.* חיים scribitur, *p. 13.* גירושים שנואים לפני השם שכן בכל התורה לא תמצאו ב' אותיות של גט בזה אחר זה:, i. e. *expulsio uxoris* (quæ fit dato ספר כריתות, *Deut.* XXIV, 1. Judæis dicto) *Deo grata non est* (*Matth.* XIX, 8. unde non desunt, qui censeant, huc respici, *Malach.* II, 16. ut שָׂנֵא שַׁלַּח sit: odit illud שלח Deus, ceu in *Michlal Jophi* scribitur: שלח est מקור infinitivus, non autem imperativus. Vid. *Iunius & Tarnovius* in comm.) *Nam in lege ita se res habet, ut nuspiam literæ* גט, *proximè quidem, ita cohæreant.*

CLVIII. De precibus & divitiis, œconomicum,

micum statum spectantibus, hæc nobis pandunt ad *Gen.* XXVIII, 12. סולם בגימטריא קול שקול תפלת הצדיקים היא סולם למלאכים לעלות בו וכן עלה המלאך בלהב וקרבן והתפלה היא העבודה לכך כל מי שמתכוין בתפלתו הסולם שלם במעלותיו ויכולים לעלות בו : סולם בגימטריא ממון · ובגימטריא עוני כי : זה ישפיל וזה ירים, h.e. *vox* סולם, *scala, per Gematriam coincidit cum* קול, *h.e. voce: nam vox orationis justorum est scala Angelorum, per quam ascendunt; unde etiam Angelus, Judic.* XIII, 20. *in flamma sacrificij ascendit. Preces vero sunt verus Dei cultus; quamobrem quisquis attentè precatur, ejus scala nullo gradu destituitur, quò Angeli facilius per eam ascendant. Eadem vocula* סולם *per Gematriam divitias non minus ac paupertatem indicat. Nam divitiæ alios deprimunt, alios exaltant.* Quod autem dictum de Angelis, preces in cœlum deferentibus, id convenit cum lib. *Tob. cap.* XII, 10. ubi Angelus ait: *se memoriam orationis induxisse* ἐνώπιον τοῦ ἁγίου, quod Rabbini dicerent לפני הקדוש ברוך הוא. Eôdem referendum, quod *Actor.* X, 4. Angelus ait: *preces ascendisse in memoriam* ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Item, quod legitur, *Sirac.* XXXV, 2. & *Apoc.* VIII, 3. conferri tamen potest *D. Gerhard. in Exeges.* ubi agit de lib. Tobiæ.

CLIX.

CLIX. Cum vero Judæi inhiare ſoleant divitiis, lege cautum eſt, *Levit.* XXV, 36. 37. ne à fratribus נֶשֶׁךְ accipiant, h. e. uſuram. Notatu digna ſunt, quæ de vitio illo, quo Chriſtianorum alius alium exhaurit & ad incitas redigit, leguntur ad *cap. cit.* וחי אחיך עמך וסמיך ליה אל תקח מאתו נשך ותרבית · רמז שכל המלוה ברבית אינו חי · וכן הוא אומר בנשך נתן חיה לא יחיה : נשך בגימטריא זה נחש · לעתיד לבא אין הנחש מתרפא כדכתיב והנחש עפר לחמו · כן הלוקח רבית לא יחיה : רבית עולה תרי"ב משקול כמו תריב מצות : דבר אחר שדומה רבית לנחש שנושך כנחש :, i. e. *dictum eſt : ut vivat frater tuus tecum; & ſtatim ſubjungitur : ne accipias ab ipſo* נשך & תרבית. *Indicat textus, quemcunq; à fratre uſuram poſcentem vitâ indignum eſſe. Ceu etiam dicitur*, Ezech. XVIII, 13. *dedit in uſuram, & vivet?* [malè וחי in חיה mutavit : ſed hoc ipſis inſolens non eſt, dum memoriæ pluſculum tribuunt] *Non Vivet. Dictio quoq;* נשך *per Gematriam ferè coincidit cum voce* נחש, *i. e. ſerpens. Nam ubi venerit Meſſias, priſtino ſtatui non reſtituetur ſerpens, juxta illud ſcriptum in Eſa.* LXV, *penult. cibus ſerpentis tum erit pulvis, ut antea : ſimiliter, qui uſuram accipit, non vivet. Porrò, ſi attendamus ad vocem* רבית, *in numeris facit 612. nam transgreſſio hu-*

sio hujus praecepti (quod unum est ex illis 613.) *malitiâ sua aequiparatur reliquis 612. praeceptis, simul sumtis. Aliorum sententia est, usuram serpenti similem esse, quod mordeat, ut serpens.*

CLX. Quod de serpente dictum, explicationem quandam meretur. *Lutherus* arbitratur; serpentem [cum inter reptilia non censeatur, sed bestias terrae] ante seductionem hominis, bestiae instar, erectum incessisse: non ut homo, sed ut cervus aut pavo incedit, dissentientibus tamen *Photin.* ut est apud *D. Stegmannum disp. 9. Photin. quaest. 7. Et Vorst. ad c. 14. Eliesaris* ait: *quicquid sit, aliquid loco maledictionis incommodi accidisse serpenti, ut ejus incessus non fuerit aeq; facilis, atq; anteà, plusquam vero simile est.* Asserit autem ille *Eliesar*, pœnam serpentis hanc fuisse, קצץ רגלוי מל כחם, *abscidit Deus ei pedes* [quae etiam *R. Salomonis* sententia est ad *Jerem.* XLVI, 22. unde id probare satagunt] & in הליכות עולם, p. 180. scribitur, *Angelorum operâ Deum serpenti praecidisse* ידים ורגלים, quae *D. L. Empereur* vertit; *manus & pedes*, rectius *pedes anteriores & posteriores*, ut liquet ex *Kimchio in radice* עקר. Uti igitur serpentibus praesente Messiâ pedes restitutum iri negant; ita quoque inficiantur, mutandum ea tempe-

tempestate cibum, ex loco *Esa.* adducto: quanquam varius ibi est in *Commentario Abarbanel*, qui omninò consulendus.

CLXI. Claudant Cabbalisticam hanc doctrinam, in modis colligendi diversis positam, nonnulla Judæorum calamitatem spectantia & liberationem illam atque felicitatem, quam temerè expectant. *Exod.* XIII, 11. scribitur: וּנְתָנָהּ לָךְ, *& dabit eam* [terram] *tibi*; at *Baal Hattur.* hæc annotat: ג' תגין על הה"א לומר לך אם תשמור ה' חומשי תורה יתננה לך: h. e. *litera He habet tres apices supernè, ut dicat tibi, se daturum terram illam, si observaveris, quæ in quinq; libris Mosaicis, per* ה *indicatis, imperata sunt.* At illi vitulo conflato summoperè Deum ad iram provocârunt, ut tritum inter illos sit dicterium, quod legitur in *Massech.* סנהדרין, *cap.* חלק vulgò dicto: אין לך כל פורענות ופורענות שבאה לעולם שאין אחד מכ"ד בהכרע ליטרה של עגל הראשון שנ' וביום פקדי ופקדתי עליהם חטאתם: h. e. *nulla pœna venit in mundum, in qua non sit drachma in depressione libræ de vitulo primo, quia dictum est,* Exod. XXXII, 34. *ego, quando pœnæ infligendæ erunt, tum visitabo quoq; simul in ipsis peccatum hoc eorum*; nempe punit in mille generationes Deus peccata actualia, secus quam ait, *Exod.*

Exod. XX, 5. Qui fit itaque, quòd peccatum originale non admittunt, quòd multò latius se extendit, & minus non est illô de conflato vitulo, si rectè rem expendas?

CLXII. Subinde tamen quærunt, quô flagitium illud nonnihil excusent. Textus ita habet, *Exod.* XXXII, 1. *& vidit populus*, כי בשש משה, *quod tardaret Moses ad veniendum.* Unde nata hæc *glossa* : בשש שנים כי בשש משה מדוע בשש רכבו לבא · מה התם את אף הכא היו סבורים שמת · כמו שדרשו חכמים ז"ל שהראה להם דמות מטתו ברקיע : כי זה משה האיש אשר העלנו מארץ מצרים לא ידענו מה היה לו · בגימטריא שהראה להם השטן מטתו של משה רבינו :, h. e. *dictio* בשש *bis occurrit; nempe h. l. & Judic. V, 28. quid vero in loco hoc posteriori innuitur? Eum, de quo sermo est, mortuum esse. Sic quoq; Israelitæ*, Exod. XXXII, 1. *putabant, Mosen esse mortuum: ceu quidem exposuerunt Sapientes, b. m. Mosaici baculi speciem ostensam fuisse populo in aëre. Ostendunt id ipsum verba*, כי זה משה, *&c. quæ per Gematriam cum hisce coincidunt: ostendit ipsis Satan baculum Mosis, magistri nostri.* Sed calva est hæc captatio occasionis & idololatriæ.

CLXIII. Neque vero in cæteris cum Deo aliter agunt, quam ut facto ipso ostendant,

fato deberi, quantum fuit periculorum atq; exilii. In Cantico Mosis, *Deut.* XXXII, 39. ter extat אֲנִי, semel autem וַאֲנִי: & *v. 36.* אָזְלַת יָד inde exilia atque captivitates æstimant. Audiamus בה״ ad illum locum: אזלת יד בגימטריא זו גלות׳ כי אני אני הוא אני אמית ג׳ פעמים אני כנגד ג׳ גליות׳ ואני כנגד גלות רביעי׳ דכתיב ואני בתוך הגולה לומר שבכל הגליות הקב״ה עמנו להצילנו: ואין מידי מציל, מידי בגימטריא דין שאין ניצול מיום הדין: h.e. *verba* אזלת יד *per Gematriam indicāt exilium. In reliquis ter* אני *extat, respiciendo ad exiliū triplex: at* ואני *quartum denotat exilium; quia ita scriptum est*, Ezech. I, 1. *Innuitur autem, Deum in omnibus exiliis nobiscum esse, quò nos eripiat. Porrò etiam vers. eodem* מידי *per Gematriam notat judicium seu condemnationem*. *Nemo enim* [adversariorum, qui nos affligunt] *effugiet diem judicii.* Si dilucidiùs nosse cupias, quid hoc sibi velit, evolvi poterit *R. Salomo* ad *cap.* XV. *Genes.* ubi ait: רמז לו שיפלו המלכיות בגיהנם, i. e. *notatur futurum, ut regna* [Reges] *cadant* [conjiciantur] *in gehennam.* Sic enim abstracta pro concretis ponunt; & verba inter se permutant. Cæterum de exiliis illis videatur *Vorstius in Chronologia Ganzij, p. 44.*

CLXIV. Templorum quoque durationem

nem eâdem arte multò antè censent designatam. Dei mandatum est, *Exod.* XXV, 8. *facient mihi Sanctuarium*, וְשָׁכַנְתִּי *ut habitem in medio eorum*. Sed quamdiu? Indicatum id censet בה per ipsas literas, hisce verbis: ושכנתי · רמז לבית ראשון ששכן ת״י שנים · וכן אתה קדוש יושב תהלות ישראל · קדוש עולה ת״י שמנין קדוש היה תהלות בישראל: ויש בו אותיות שני ת״כ רמז לת״כ שנים של בית שני: i. e. *dictio* וְשָׁכַנְתִּי *innuit templum primum, in quo Deus habitavit 410. annos: atq; idem* [de illo מִקְדָּשׁ] *indicatur, Ps.* XXII, 5. *tu Sanctus es, habitans in laudibus Israël. Quamdiu? notat id vox* קָדוֹשׁ, *in numerus, designans 410. atq; juxta eum annorum numerum ab Israelitis laudes ejus in templo primo decantari debebant. In eadem vero dictione continentur quoq; literæ secundi templi durationem exhibentes, nempe* ת״כ, *quæ notant annos 420. durantis templi secundi.* Sic quum templum primum מִשְׁכָּן appellatur; atq; ea vox in numeris conficiat 410. iterum templum primum intellectum arbitrantur; & *Exod.* XXVII, 20. ubi כָּתִית importat 410. & 420. id factum judicant, quò determinetur utriusq; templi duratio. Videatur *Baal Hatturim* loco citato.

CLXV. Cum vero firmiter sibi persuadeant,


deant, futurum, ut tertium quoque templum extruatur, id confirmare nituntur ex eadem Cabbala. *Exod.* XXVIII, 1. ג' פעמים אחרון בפסוק וג' פעמים לכהנו לי בפרשה כנגד בית ראשון ובית שני ולעתיד: i.e. *ter in hoc versu extat vox* אחרון: *tribus etiam vicibus in Paraschâ hac legitur* לכהנו לי, *nempe v. 1. 3. & 4. quâ repetitione respicitur ad templum primum, nec non secundum, & deniq; ad illud, quod adhuc futurum est.* De tali templo somniant quoque adhuc aliquid *Pontificij*, in controversia de Antichristo, *2. Thess. II.*

CLXVI. Porrò Eliæ adventum uti adstruebant ætate Christi, in terris agentis, ita posteà constanter asseruêre; unde cum, *Exod.* XVI, 32. præceptum esset, ut Manna reponerent ob seram posteritatem, למען יראו את הלחם, *quo nepotes, & qui eos olim secuturi erant, oculis usurparent cibum*, quô majores usi in deserto; *Baal Hatturim* hoc ad Eliæ, etiamnum venturi, præsentiam extendit. Sic enim ait: ראשי תיבות אליה׃ לומר שיהא שמור עד שיבא אליה: h. e. *si initiales attendamus literas, prodit inde nomen Eliæ, ut indicet tibi, Manna reservatum iri, usq; dum venerit Elias.* Si quæras, ubi itaque delitescat hodie illud Manna? respondent: fuisse in arca, uti quoque

quoque tradit *Auctor epistolæ ad Hebr.* IX, 3. 4. Sed ubi arca? eam recondidit Josias, ne ab hoste cum captivis abduceretur, uti tradit *Kimchi, 2. Paralip.* XXXV. Multi hîc disceptant: sed res uberiorem poscit considerationem. Hoc silentio involvi non debet, quod idem נֹּא, *Exod.* XIX. Eliæ adjungat Mosen; & *Joseph Ben Gorion, lib. 1. c. 17.* Historiæ, à *Münstero* Hebraicè atq; Latinè editæ, Jeremiam; ceu tradit etiam de Patribus *D. Thum. in Papa Antichristô, p. 84.* circa finem, de duobus testibus, *Apocal.* XI, 3.

Decretum mihi erat, arborem Cabbalisticam cum ejusdem interpretatione annectere, maximè, cum videam, מדות, quarum ibidem extat mentio, ad SS. Trinitatem transferri cùm à *Galatino*, tum ab *aliȳs*, qui hodie Cabbalæ sunt dediti. Verum hîc abrumperre placet. Tantum enim hîc est tenebrarum, ut non cuivis obvium sit, aliquid lucis adferre.

ARBOR CABBALISTICA,



INDEX LOCORUM
S. SCRIPTURÆ,

Quæ partim allegantur, partim explicantur.

XV,

INDEX

* * * * * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

INDEX RERUM ET VERBORUM.

A.

אֶל בְּ,

B.

Came-

Idola,

Peſik,

Præ-

R.

Regem

S.

שֵׁשַׁךְ,

T.

SOLI DEO GLORIA.

Errata.

Errata fic corrigenda funt.

Pag. 12. fol. Salomo. p. 26. f. fynecdoche. p. 30. f. Pfalm. 27, 8. p. 31. pr. ego. p. 62. m. παῤῥησιασθήσῃ. *p. 74. f.* שְׁאֵת. *p. 76. m. adeoq́;. p. 98. f. refpublicâ. p. 99. fin.* بم. *p. 112. m. hæ nuptias. p. 126. pr. fatentur. p. 128. m.* אֱלֹהֵי חַסְדִּי. *p. 135. m. Pifcatori. p. 137. pr.* סֵפֶר. *p. 146. f.* אֱלֹהַי. *p. 158. f.* מְעָרַת הַמַּכְפֵּלָה. *p. 161. f.* הַרְבֵּה. *p. 170 f. Matth.* XXVIII, 18. *p. 176. pr. cap.* XIV, 1. *p. 193. pr. convertemur. med.* וְרוּחַ. *p. 207. m.* חָסִיד. *p. 229. pr. fuppeteret. p. 247. f. litera* ה. *p. 264. pr.* كبر. *p. 279. m. Talmud. p. 282.* הררים. *p. 284. m. fic & apud Hebræos. p. 290. f. fpecies, quæ. p. 322. pr. contrà duobus in locis fcriptum. p. 328. m. regnum familiæ. p. 372. f. vifum itaq́;. p. 413. f. gentilium. p. 423. f. conficiunt annos. p. 424. lin. 8.* גרתי. *p. 454. med.* חל.

F I N I S.

Peſik,

Præ-

Regem

שֵׁשַׁךְ,

T.

Univer-

SOLI DEO GLORIA.

Errata.

Errata sic corrigenda sunt.

Pag. 12. fol. Salomo. p. 26. f. synecdoche. p. 30. f. Psalm. 27,8. p. 31. pr. ego. p. 62. m. παῤῥησιασθήσῃ. *p. 74. f.* שְׂאֵת. *p. 76. m. adeoq́ꝫ. p. 98. f. respublicâ. p. 99. fin.* [illegible]. *p. 112. m. hæ nuptias. p. 126. pr. fatentur. p. 128. m.* אֱלֹהֵי חַסְדִּי. *p. 135. m. Piscatori. p. 137. pr.* סֵפֶר. *p. 146. f.* אֱלֹהַי. *p. 158. f.* מְעָרַת הַמַּכְפֵּלָה. *p. 161. f.* הַרְבֵּה. *p. 170 f. Matth.* XXVIII, 18. *p. 176. pr. cap.* XIV, 1. *p. 193. pr. convertemur. med.* וְרוּחַ. *p. 207. m.* חָסִיד. *p. 229. pr. suppeteret. p. 247. f. litera* ח. *p. 264. pr.* [illegible]. *p. 279. m. Talmud. p. 282.* הררים. *p. 284. m. sic & apud Hebræos. p. 290. f. species, quæ. p. 322. pr. contrà duobus in locis scriptum. p. 328. m. regnum familiæ. p. 372. f. visum itaq́ꝫ. p. 413. f. gentilium. p. 423. f. conficiunt annos. p. 424. lin. 8.* גרתי. *p. 454. med.* חל.

F I N I S.

